IN HOC SECVNDO VOLVMINE
HÆC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS Artis Rhetoricæ libri Tres, M. Antonio Maiorano interprete.
Rhetorica ad Alexãdrũ, Frãciſco Philelpho interprete.
De Poetica, Petro Victorio, patritio Florentino interprete.
AVERROIS Paraphraſes in libros Tres Rhetoricorũ, Abramo de Balmes interprete.
De Rhetorica Perſuaſiua Tractatus.
De Rhetorica Demonſtratiua Tractatus.
Paraphraſis in librum Poticæ, a Iacob Mantino latinitate donata.
Libri quidem omnes recogniti, ac in Summas nonnulli: omnes vero in Capita diuiſi.
Summarum, ac Capitum index, in voluminis initio.

INDEX SVMMARVM, AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summa, ac Capita Primi libri artis Rhetoricę Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

DE Rhetorices cum Dialectica, conuenientia, eius utilitate, essentia, subiecto ac instrumentis. De triplici Rhetorices, Causarumue generibus, ipsorum finibus, circa quæ unumquodq; uersetur, ac quibus utatur exquisita enarratio. fol. 1. A

De eisdem Rhetoricam ac dialecticā esse. Eos, qui de Rhetorica ante Arist. scripserunt, defectuose, ac non recte scripsisse. Quæ sit ipsius utilitas. Cap. 1. f. 1. B

Quid sit Rhetorica, quod eius subiectum, quomodo se ad Dialecticā habeat, & ex quibus rebus principalib. oratio cōficiatur. C. 2. 3. a

De Tribus Rhetoricæ, seu Cārum generibus, & finibus ipsorum. Cap. 3. 5. M

De quibus Deliberatio esse soleat. Cap. 4. 6. L

De Deliberantium fine, Felicitate scilicet: de ijs, in quibus ipsa consistat: ac de ipsorum unoquoq; singillatim. Cap. 5. 8. A

De Vtili, ac bono. C. 6. 9. M

De maiore ac minore bono. Caput 7. 11. D

Permoscendas esse rerumpublicarū species, ac ciuitatum mores ad bene consulendum. Quot, & quæ sint ciuitatū species. Ca. 8. 13. I

De Honesto ac laudabili: quæ ad demonstratiuum genus pertinēt. Cap. 9. 14. D

De accusatione, & defensione, quæ ad iudiciale genus pertinent: ac primum de eo, quod est iniuriam afferre. Cap. 10. 16. H

De Iucundis. Cap. 11. 18. B

Quomodo se habentes, & quibus iniuriantur. Ca. 12. 20. C

De Iniuria, sureq; factis. C. 13. 21. L

De maiore ac minore Iniuria. Cap. 14 23. C

De inartificiali fide. Ca. 15. 23. I

Summa, ac Capita Secundi libri artis Rhetoricæ

SVMMA LIBRI.

DE hominū affectibus: ætatum, ac fortunæ Morib.

De possibils ac impossibili, amplificatione & Attenuatione cum eis orationibus communibus.

De probationū generibus, Exemplo. f. ac Enthymemate: eoq; tū ue

Index in lib.

rq, cum apparenti: ac eiusdem solutionibus. De Sententia item, tam ea ipsius parte. 26.B
Quid auditores afficiendi sint. Cap.1.ibi.
De ira.Cap.2. 26.K
De consuetudine.Ca.3. 28.F
De amicitia, & amore, & eorum contrariis.Cap.4. 29.E
De timore, et eius cõtrario.c.5. 30.I
De uerecundia, & inuerecundia. Cap.6. 32.B
De Gratia.Ca.7. 33.I
De Commiseratione.Ca.8. 34.C
De Indignatione.Ca.9. 35.B
De Inuidia.Cap.10. 36.D
De Aemulatione.C.11. 37.A
De moribus iuuenum.Ca.12. 37.I
De moribus senum. Ca.13. 38.D
De morib. aetatu media.c.14. 39.A
De moribus nobilium. C.15. 39.E
De moribus diuitum.C.16. 39.H
De moribus potentium & fortunatorum.Ca.17. 39.M
Quod sint quaedam omnibus generibus communia.C.18. 40.C
De possibili & impossi.c.19. 40.K
De amplificatione, ac attenuatione.Cap.20. 41.I
De Exemplo.Ca.21. 41.L
De Sententia.Cap.22. 42.K
De Enthymemate.Ca.23. 44.B
De locis enthymematũ.c.24. 45.d
De apparentium enthymematum locis.Cap.25. 48.L
De enthymematum solutionibus. Cap.26. 50.D
Amplificationẽ & attenuationẽ nõ eẽ enthymematis locũ. nec refutatiua, et affirmatiua enthymemata diuersa eẽ spẽs.C.27. 51.B

Summa, ac Capita Tertij libri artis Rhetoricę.

SVMMA LIBRI.

De eis, quae ad dictionẽ, eloquutionẽue pertinẽt. De partiũ ordine i ipsa oratiõe. 51.H
De partibus Rhetoricae.C.1. ibid.
De eloquutionis uirtute.C.2. 52.G
De Frigidis.Ca.3. 54.A
De Imagine.Cap.4 54.K
De Latinitate.Ca.5. 55.C
De Amplitudine ac breuitate eloquutionis.Ca.6. 55.L
De Decoro i eloquutione.c.7. 56.D
De Numero.Cap.8. 56.M
De pendente Oratione, ac eius contraria.Cap.9. 57.G
De Vrbanis.Cap.10. 58.K
Quid sit ante oculos ponere. Cap. 11. 59.M
De diuersis dicendi generibus. Cap 12. 61.H
De partibus orationis.C.13. 62.F
De Exordio.Cap.14. 62.L
Loci ad dissoluendum calumniam. Cap.15. 64.D
De Narratione.Cap.16. 64.M.
De Confirmatione.Cap.17. 66.B
De occasiõe iterrogãdi.c.18. 67.H
De Peroratione.Cap.19. 68.D

Capita

Capita Paraphrasis Auerrois in libros Rhetoricorum Aristotelis.

CAPITA PRIMI LIBRI.


E libri neceſsitate, et cui ſcientiarū attineat. C. 1. 69. B

De utilitate artis oratoriæ. Cap. 2. 71. C

Tractatus.

De definitione Rhetoricæ, & eius diuiſione. Ca. 1. 72. F

De inſtrumentis Rhetoricis. Cap. 2. 73. E

De generibus præmiſſarum huius artis. Cap. 3. 74. G

De Exemplo. Ca. 4. 75. D

De Enthymemate. C. 5. 75. I

De triplici genere cārū. C. 6. 76. C

De fine ſingulorum generum cauſarum. C. 7. 76. K

De præmiſſis propriis unicuiq; generi cauſarum, & primo de propriis deliberatiuo. c. 8. 77. G

De locis inferentibus iuuantia, & noxia. Cap. 9. 81. E

De locis inferentibus magis iuuatinum, uel magis noxium. Cap. 10. 83. G

De rebus, quibus fit bona perſuaſio, aut diſſuaſio ſtatutorum. Ca. 11. 86. L

Sermo de laude & uituperatione. Cap. 12. 87. I

Sermo de accuſatione, & defenſione. Ca. 13. 90. L

De iocūdis & triſtibus. c. 14. 92. K

De rebus, quibus fit iniuria. Cap. 15. 95. H

De Statutis. Cap. 16. 101. A

De Teſtibus. Cap. 17. 102. A

De conſtitutionibus. Ca. 18. 102. I

De Torturis. C. 19, 103. E

De inſtrumentis. Ca. 20. 103. H

Capita Paraphrasis in ſecundum lib. Rhetoricorū.

DE neceſſariis generi iudiciali. 104. F

Sermo de ira. Cap. 2. 105. B

De rebus iram promouentibus. Cap. 3. 106. D

Sermo de iram lenientibus. Ca. 4. 107. H

De amicitia & amore. C. 5. 109. B

De timore. Cap. 6. 111. B

De fortitudine. Cap. 7. 112. G

Sermo de uerecundia, & uituperio & inuerecundia. C. 8. 113. D

De conſtitutione Gratiæ, & reditu gratiarum. C. 9. 116. A

De dolore. Cap. 10. 116. I

De ſuperbia. Cap. 11. 118. H

De inuidia. Cap. 12. 119. F

De gaudio. Cap. 13. 120. C

De compaſsione & contriſtatione. Cap. 14. 120. E

De moribus iuuenum. C. 15. 121. F

De decrepitorū moribus. c. 16. 122. C

De moribus ſenum. C. 17. 123. B

De

De [illegible] 135.B
De [illegible] 135.C
De [illegible] 135.D
De [illegible] 135.E
De [illegible] 135.F
De [illegible] 135.G
De [illegible] 135.H

Capita Paraphrasis in tertium librum Rethoricorum.

Prefatio dicendorum in hoc libro. Cap.1. 136.k
De dictionibus simplicibus. Cap 2. 136.M
De preceptis oratoris in usu permutatarum dictionis.C.3. 139.I
De oratoris observationibus. Cap. 5. 141.L
De temporibus partibus orationis opportunis. Cap. 5. 145.A
De cateris observandis in simplicibus constituentibus orationem. Cap. 6. 146.G
De partibus orationum: & suo ordine, & primo de Exordio. Cap.7. 150.E

De [illegible] 151.M

Sententia Capitis libri Rhetoricorum ad Alexandrum Aristotelis.

SUMMA LIBRI.

[illegible] fol.158.B
De genere deliberativo. Capitulum quod est considerandum C.2. 160.I
De genere demonstrativo. Capitulum 2. 161.C
De genere laudabili. Ca.4. 161.M
De Quaestione Cap.5. 164.k
Que communia sunt omnibus generibus. Cap.6. 165.A
De Probationibus Ca.7. 165.D
De Exemplis. Cap.8. 166.C
De Coniecturis. Cap.9. 167.A
De Comentationibus. C.10. 167.H
De Sententia. Cap.11. 167.D
De Signo. Cap.12. 167.M
De argumento. Cap.13. 167.K
De probabili, & differentijs suprà dictorum. Cap.14. 168.A
De Testimonio & Testibus. Capitul.15. 168.F
De Quaestione. Cap.16. 168.I.
De Iureiurando. Cap.17. 169.H

De

Index in Lib. Rhet. & Poe.

Quæ vitare, sectarique texētes fabulas oporteat: & à quibus locis, Tragœdiæ ipsius opus ducatur. cap.11. 209.A

De Moribus.cap.12. 210.D

De agnitionū speciebus.c.13.210.I

Quo pacto decorum sit in ipsis fabulis inueniendum. cap.14. 211.C

Confictos sermones prius in vniuersum esse explicādos: postmodum Episodia legitime constituenda. cap.15. 211.E

De cōnexione, solutioneq; Fabulæ. cap.16. 211.I

De quatuor Tragœdiæ generibus. Quo pacto Tragœdia appellanda sit vna, vel diuersa, ac de eustando Epopœiæ contextu in ipsa Tragœdia.cap.17. 211.L

De choro.cap.18. 212.C

De Sententia.ca.19. 212.D

De dictione, eius partibus, ac partium speciebus.cap.20. 212.F

De dictionis virtute.cap.21. 213.k

De Epopœia Heroicaque imitatione, ipsiusq; cum Tragœdia conuenientia, ac differētia.c.22.214.G

De obiectionibus in poetas, earumdemq; solutionibus.cap.23. 215.k

Vtra melior sit imitatio, Epopœica ne, an Tragica.cap.24. 216.L

Capita Paraphrasis Aperrosi Cordubensis in librum Poeticæ Aristotelis.

Vot, & quæ sint imitationis genera. ac ex quibus seruatur imitatio oratione.cap. 1.89

De duabus alijs imitationis differentijs penes res imitatas: ac penes imitandi modum.ca.2. 89.

De causis, à quibus orta est Poetica, & de aliquibus ipsius speciebus.cap.3. 218.L

Quæ sit Tragœdiæ essentia definitio: et quot, ac quæ sint ipsius partes quales.cap. 219.M

De partibus Tragœdiæ qualibus. cap.5. 220.k

De Tragœdiæ partibus quantis: vnde dicatur eius opus. De Moribus, Agnitione, Episodijs, connexione, Solutioneq; fabulæ. Quatuor Tragœdiarum generibus, & Affectionibus, seu Sententijs.cap.6. 222.M

De dictione, ac eius partibus, & ipsius virtute. De imitatione Heroica, & peccatis ac defensionibus Poetarum.cap.7. 225.k

FINIS.

ARISTOTELIS
ARTIS RHETORICAE
LIBER PRIMVS.

M. Antonio Maioragio Interprete.

SVMMA LIBRI.

De Rhetorices cum Dialectica, conuenientia, eius vtilitate, essentia, subiecto, ac instrumentis. De triplici Rhetorices, Causarum ve generibus, ipsorum finibus, circa quæ vnumquodq; versetur, ac quibus vtatur, exquisita enarratio.

De eisdem Rhetoricam, ac Dialecticam esse. Eos qui de Rhetorica ante Aristotelem scripserunt, defectuose, ac non recte scripsisse. Quæ sit ipsius vtilitas. Cap. 1.

RHetorica Dialecticæ ex altera parte respondet. ambæ enim in eiusmodi rebꝰ sunt, quæ a cunctis hominibus quodãmodo cognosci, atque intelligi possunt: nec sunt in aliqua definita, ac certa scientia. Quocirca, omnes homines vtrarunq; sunt aliquo modo participes. omnes.n. aliquo vsq; & exquirere, & rationem reddere, & defendere, & accusare aggrediuntur. at ex imperitorum numero quidã hæc temere, casuq; faciunt, quidam autem habitu quodam animi, longo vsu comparato. cum autem hæc vtroq; modo fieri contingat, perspicuũ est, certa vtA, atque arte comprehendi posse. licet enim causam stueri, cur & qui ex vsu, & qui forteuito hæc faciunt, id, quod volũt, assequãtur. hoc autem ipsum iam artis opus esse, nemo est quin fateatur. Sed qui hactenus de Arte dicendi conscripserunt: paruam quandam eius particulam confecerunt, probationes enim solæ ad artem pertinẽt, reliqua vero sunt additamenta. at isti nihil de enthymematibꝰ loquũtur, quod corpus est, ac fundamentum fidei faciẽdæ, de ijs vero, quæ sunt extra rem posita, plurima pertractãt. nam criminatio, misericordia, iracundia, cæteræq; huiusmodi animi perturbationes nequaquam ipsius

G rei propriæ ſunt, ſed admoueā-
dū iudicem pertinent. Quod ſi
id in oībus iudicīs fieret, quod
in aliquibus ciuitatibus etiam
hoc tpe fit, atq; in illis præcipue
quæ bonis legib⁹ fundatæ ſunt,
nihil ſanè iſti haberent, de quo
uerbum facere poſſent. cēs. n.
exiſtimant, legibus hoc caueri
oportere: quidam etiam eo vtū
tur, ō prohibent oratorē quic-
quam extra cām dicere, quēad-
modum Athenis fit in Ariopa-
H go. & recte quidem hoc ſentiūt:
neq; n. conuenit iudicem diſtor
quere, atque inflectere ad indi-
gnationem, vel iuidiam, uel mi
ſericordiam. idem. n. eſt, ac ſiqs
eam, qua vſurus eſt, regulā obli-
quam, ac tortuoſam efficeret.
Præterea non dubium eſt, eius,
qui cōtrouerſiam habet, nullas
alias eſſe parteis: quam docere,
rem aut eſſe, aut non eſſe, aut fa-
ctam aut nō factam fuiſſe. vtrū
autem magna ſit an parua, iuſta
an iniuſta, ſi lator legis non defi
niuit, ipſum per ſe iudicem ſtel-
I ligere oportet, non aūt ab actori
bus diſcere. Maxime vero expe-
dit bene inſtitutas leges omnia,
quæcunq; poſſunt, cōplecti, ac
definire, minimamq; partē ipſis
iudicib⁹ relinquere, primo, quia
lōge facilius eſt, vnum, aut pau-
cos inuenire, q̄ multos, qui be-
ne ſentiant, & leges ferre, ac ve-
re iudicare poſſint: deinde, quia
legum lationes lōgo tpe, diligē-
tiq; cōſideratiōe fiūt, iudicia ve
ro plerunq; ſubita atq; repētina
ſunt, vt difficile ſit, ipſos diſce- K
ptatores æquitatem, atq; vtilita
tem recte pſpicere, ac tueri. Illud
tū maximum oīum, q̄ legislato
ris iudicū non de ſingulis, neq;
de præſentibus rebus eſt, ſed de
futuris, & de vniuerſo gñe. ſen-
tentiq; vero moderator & iudex
de præſentibus iam, & definitis
rebus diſceptant, ac ſtatuūt, qui
ſæpenumero vel amore, vl odio
vel vtilitate propria mouentur
ita, vt nullo pacto amplius veri
tatem intelligere, ac videre ſatis
queant, cum propria voluptas, L
aut moleſtia vero iudicio tene-
bras offundat, In cæteris igitur
rebus (vt antea dixi) quammini
mis iudicem ipm dominum cō
ſtituere oportet. verum vtrū fa
cta res ſit an non facta, futura an
nō futura, ſit nec ne ſit, iudicib⁹
ipſis omnino ſtatuendū relique
re neceſſe eſt, neq; n. vllo mō fie
ri pōt, vt hęc legislator p̄uideat.
Quæ cum ita ſe habeant: perſpi-
cuū eſt, eos ad artem ea reduce-
re, q̄ ſunt extra propoſitā mate- M
riam, quicūq; res alias explicāt,
vt quid prooemium, quid narra
tionē habere oporteat, & quid
vnaquęq; aliarū partiū. nihil. n.
aliud ſibi, pponunt, q̄, vt iudicē
aliquo mō afficiant. de artificio
ſis vero, pbationibus ne verbū
quidē faciūt, quib⁹ ſolis acer ſar
gumētatiōib⁹, & argut⁹ orator
ſit: Atq; hac de cā, cū eadē via at
que rōne deliberatiōes, & iudi-
cia tractent: ſitq; deliberationis
tractatio ſpecioſior & ciuitatib⁹

vtilior

A vtilior, q̃ conuẽtorũ & iudicio
rũ: de illa quidẽ nihil dicunt, de
iudicijs aũt oẽs artẽ conscribere
aggrediũtur. nã in deliberatiuo
gñe lõge minus, pdest ea, q̃ sunt
extra cãm, dicere: minusq; calli-
ditatis, ac fallaciæ capax est sen
tẽtiæ dictio, q̃ iudicium, sed ma
gis aperta est, ac popularis. hic
.n. disceptator ipse de suis, ac p-
prijs reb⁹ iudicat. itaq; nihil a-
liud opus est, q̃ ostendere, rem
ita se habere, quemadmodum is
B ait, qui sententiam dicit. In iudi
cijs verò nequaquam hoc satis
est, sed auditoris aĩum occupa-
re per magni interest: qm̃ de a-
lienis rebus futurũ est iudiciũ,
itaq; sæpe iudices ad voluptatẽ
se se referentes, & ad gratiam au
dientes, litigantibus gratifican-
tur, non vere iudicant. Arq; hoc
in cã est, vt multis in locis (sicut
antea dixi) lex prohibeat, aliq̃d
extra cãm dicere, qd in sentẽtijs
ipsi disceptatores, quorũ de re
agitur, fatis diligenter obseruãt.
C Iã vero illud certũ, atq; explora
tũ est, cã viã atq; rõnẽ, q̃ ad artẽ
pertinet, totã in probatiõib⁹ eẽ
positã. probatio aũt ac fides, q̃-
dã est argumenti conclusio. tũc
.n. maxime credimus, cũ recte
cõclusum esse putamus. rhetori
ca porrò conclusio, probatio q̃
vocatur enthymema: hoc enim
oĩum, pbationũ plurimũ valet.
Est aũt enthymema syllus, a c
rõcinatio q̃dã. de of vero syllo
tractare Dialecticæ, ppriũ ẽ vel
vniuersæ, uel certe cuiusdã par-
tis eius. Nõ dubiũ est igitur, eũ, D
qui perspiciẽdi facultatẽ hẽt, ex
quibus propõnibus, & quo pac-
to collocatis syllus fiat, acerri-
mũ in argumentando, & argu-
tissimum oratorem futurũ: mo-
do præterea itelligat, quæ sit ma
teria, quam tractent: & in qua
versentur enthymemata & quo
modo a demostratiuis syllogis-
mis distinguantur, eiusdẽ .n. fa-
cultatis est, & quid verũ, & qd
ueri simile sit, intelligere. Huc ac
cedit, q̃ hoses ipsi a natura ad E
veritatem satis informati sunt,
& in maiori rerum parte verita
tem consequuntur quapropter
eiusdẽ hois est, qui ad verũ cõ-
ciendum aptus sit, ẽt ad res pro
babiles ita se habere, vt facile
eas indagare queat. Iã igitur cur
ĩ, qui de Arte dicẽdi scribunt, q̃
sunt extra cãm persequũtur, &
cur ad iudiciale genus magis in
clinarint, satis ostensum est.

Vtilis est aũt Rhetorica ppea
q̃ res veræ, ac iustæ natura me-
liores, ac potentiores sunt, q̃ cõ F
trariæ. q̃ si nõ recte iudicia exer
ceantur, necesse est, easa falsis,
& iniquis superari. hoc autẽ vi-
tuperatione, ac reprehẽsione di
gnum est. præterea apd quosdã
homines, ẽt si exquisitam scien-
tiam haberemus. non facile esset
argumẽtis, ab ea ductis, dicẽdo
persuadere. q̃. n. a scientia profi-
ci scitur oratio, munus operam-
que doctoris requirit, quod in
persuadendo fieri non potest.
Sed oẽm probationẽ, & oronẽ

G ā eōibus ac probabilibus ducere opus eſt, vt in Topicis ēt dixi mus, cum doceremus, qūo cum imperita multitudine cōgrediē dum ſit. iam vero ēt opꝰ eſt, res contrarias dicendo perſuadere poſſe, quemadmodum in ſyllogiſmis ac diſſerēdi rōne fieri ſolet: non quidem, vt vtrunque faciamus, neq. n. quæ mala ſunt, perſuadere oportet, ſed ne lateat nos, qūo hoc fieri poſſit, & ſigs huiuſmodi oratione non iuſte vtatur, eam refellere valeamus.

H Ex alīs aūt artibus nulla eſt, q̄ in contrarias partes diſſerat. verum Dialecticæ, ac Rhetoricæ tm̄ hoc proprium eſt. ambæ. n. eodem mō in vtranq; partē diſſerunt, & contraria colligūt ſed tm̄ res, quæ his artibus ſubiectæ ſunt, non eodem mō ſe habent. ſemper. n. quæ veræ, ac meliores natura ſunt, illæ facilius etiā probantur, & perſuadentur. dico aūt, vt generatim, & plerūq; fit. præterea ſi turpe eſt homi-

I ni, non poſſe ſibi ipſum corpore opitulari: quanto turpius erit, oratione ſe defendere non poſſe quæ magis, q̄ vſus corporis, hominis propria eſt? Quòd ſi quis obīciat, maxima incommoda eum importaturum, qui iniuſte hac dicēdi facultate vtatur, hoc iam cōe eſt cum alīs bonis oībꝰ prēter virtutem, & cum eis prēcipuæ, q̄ maximas vtilitates adferre ſolent: vt cum fortitudine corporis, cum bona valetudīe, cū diuitīs, cū arte imperatoria, q-

bus ſi iuſte quis vtat, plurimū K pdeſſe, ſin iniuſte, nō mediocriter obeſſe pōt. Lāigiē, dicēdi Artem non eſſe in aliquo certo ac definito gn̄e, ſicuti neq; Dialectica ē, & magnopere vtilē eſſe, perſpicuum eſt: prēterea officiū eius eē, nō pſuadere, ſed ea videre, q̄ ad perſuadendum accōmodata ſint: qd ēt in alīs vſibus artibus vſu uenit. neq;. n. medici officiū eſt ſanare, ſed vſq; eo rē perducere, quo rō curandi patitur. non fieri pōt, vt is bene, atq; ex arte curetur, qui bonam va- L letudinē recupare nullo mō poſſit. Illud ēt manifeſtum eſt, eiuſ dē artis eſſe, & qd̄ appoſitū eſt ad perſuadēdū, & qd̄ vē appoſitū inuenire, quēadmodū Dialecticæ eſt verū ſyllogiſmum, & qui verus vē, intelligere. fallax .n. & captioſus diſputator non ex facultate, ſed ex volūtate, atq; delectu dēt æſtimari. ſed ea eſt dīa, q̄ in arte dicēdi tā is, q fallacibus vtitur argumētatiōibꝰ, q̄ is, qui ſcīa cōētus, eas refugit M orator vocatur: in diſſerendi verō rōne diſtincta ſunt noīa. nā qui ſtudio fallēdi ducitur, ſophiſta, qui aūt facultatem quidem hēt fallendi, ſed ea nō vtitur, dialecticus appellatur. Sed age iam de ipſa arte dicere aggrediamur & qūo, quibusq; argumētatiōibus ea, quæ, ppoſita ſunt, aſſequi poterimus. rurſus ergo, tanquam a prīcipio, naturam eius definiendo aperiamus, deinde etiam de reliquis dicamus.

Quid

A *Quid ſit Rhetorica, quod eius ſubiectum quomodo ſit ad Dialecticã habeat, & ex quibus rebus principalibus oratio conficiatur.* Cap. 1.

Eſt igitur Rhetorica vis q̃dam, ac facultas inuenien
di, quid in quaq; re ſit ad perſuadendum accommodatũ. hoc.n. nullius artis alterius offi ciũ eſt: nam artes, aliæ ſingulę tã tũ ea docere, ac probare conten dunt, quæ materiæ illius ſunt, ſ qua verſantur: vt medicina, qd
B ſalubre, quid ſ ſalubre ſit, geome tria, quæ ſint euenta, q̃ magnitu dinibus accidunt, arithmetica numeros, eodẽ modo aliæ artes & ſcĩæ. Rhetorica vero de oĩ, pe ne dixerim, propoſita qõne ap poſite ad perſuadendum dicere põt. Atq; iõ dicimus, eam non ſ aliquo proprio, aut definito ge nere artis ſuæ vim habere. Pro bationũ aũt aliq; quidẽ expertes artis, aliæ verò artificioſæ ſunt. Experteis artis eas voco', q̃ nr̃a
C opa non pariuntur, ſed extrinſe cus aſſumuntur, vt teſtimonia, & qõnes, & eius gñis cæteræ: ar tificioſas autem eas, quas artis p̃ ſidio diſcimus, & cum inhæreãt in ipſa re, repiri induſtria nr̃a, atq; inde erui põt. ita in ſuperiore genere de tractandis argumen tis, in hoc etiam de inueniendis cogitatum eſt. Earum vero pro bationum, quas dicendo acqui rimus, tria gña ſunt. nam alię in vita, ac moribus oratoris poſitę ſunt: aliq; in permouendo, atque afficiendo, prout opus fuerit, au D ditore: aliæ denique in ipſa ora tiõe, cum aut probatur aliquid, aut probari videtur. Quę a vi ta, & moribus probatio naſcit, ea tunc fit: cum ita habetur ora tio, ut eum, qui dicit, dignũ, cui fides habeatur, videri faciat. p bis. n. viris & magis, & celerius credimus, atq; hoc gñatim in oĩ bus quidem rebus: at in hĩs præ cipue, quæ certo ſciri non poſ ſunt, ſed varie traduntur, omni no bonorum virorum ſentẽtijs acquieſcimus. hoc autem etiam E ipſo genere orationis conſequi oportet: neq; ſatis eſt, eſſe orato rẽ, ante cõceptam de ſe, bonam opinionem ad dicendum adfer re. neque. n. audiendi ſunt qui dam artis ſcriptores, qui orato ris ante perſpectam probitatem in arte collocant: tanquam ſi bo ni mores, ad tempus oratiõe ex preſſi, nullam ad perſuadẽdum vim haberent. quin auſim dice re, maximam ferè omnium vim fidei faciendę in moribus expri F mendis eſſe poſitam. Alterum genus probationis, quod ab au ditoribus proficiſcitur, fit, cum motum aliquẽ animi miſcet o ratio. neq; n. eodem modo de a liqua re iudicamus: cum mœre mus & gaudemus, aut cum dili gim⁹ & odio proſequimur: qua in una re tantum eos labora: ſſe dicimus, qui hactenus de Arte dicendi conſcripſerunt. ſed de his omnibus ſigillatim tractabi mus, cũ motiones aſorum expli

Gcabimus.tertium probatiõis genus oõne fit:cum aut verũ,aut quod veri ſpẽm hẽt,cõcludim⁹ ex eis argumenta ducẽtes, quæ in qualꝫ re ſunt ad perſuadẽdũ accommodata. Cum igitur oẽs artificioſæ probationes per hęc fiant:perſpicuum eſt, eum ſolũ hæc tria conſequi poſſe,qui diſſerendi rationem,& morum atque virtutum cognitionem, & perturbationum animi naturã perceperit: vt ſciat, quid vnaquæque perturbatio ſit,& qua
H lis, & ex quibus excitetur, & quomodo. Itaque fit, vt Rhetorica ſit propago quædam, & quaſi pullulatio Dialecticæ: & facultatis eius, quæ de moribus tractat, quam recte ciuilem ſciẽtiam appellabimus. atque ideo Rhetorica ſibi habitum, ac formam ſcientiæ ciuilis inducit:& qui huic arti incumbũt,partim ignoratione rerum, partim inani gloria ducti,partim alĩs etiã humanis,cauſis ciuilem ſe tenere ſcientiam profitentur : cum
I particula tantum quædam, & imago Dialecticæ ſit, quemadmodum initio diximus.neutra enim earũ alicuius definitæ rei ſcientia eſt, vt quærat, quomodo res ea ſe ſe habeat:ſed facultates quædam ſunt inueniẽdi, qd ſ quaqꝫ re probabiliter dici poſſit. Iam igitur de vtriuſqꝫ vi ac poteſtate, quoqꝫ modo inter ſe coniunctæ ſint,ſatis(vt opinor) dictũ eſt.In probationibus aũt, quæ aut vere demonſtrant, aut tm̃ videntur demonſtrare,quẽ admodum in Dialecticis inductio eſt,& verus ſyllogiſmus,& præterea tantum apparens ſyllogiſmus: ita etiam in hac arte: exemplum.n.ſductio eſt,enthymema vero ſyllogiſmus. voco autem ego enthymema quidẽ, oratorium ſyllogiſmum,exemplum autem inductionem oratoriam.omnes.n.oratores cum aliquid dicendo probare volũt, aut exemplis, aut enthymematibus vtuntur:& præter hæc ni L
hil habent. Quare,ſi omnino neceſſe eſt,eum qui probare aliqd velit,aut ſyllogiſmo, aut inductione vti,quod ex ñs,quæ ſunt a nobis, in libris Analyticis explicata,perſpicuum eſt: neceſſitas cogit, vt vtriuſque illorum natura vtriꝫ eorum par, atque eadem ſit. Quæ aũt differentia ſit exempli, & enthymematis facile ex topicis intelligi poteſt. ibi.n.de ſyllogiſmo,& inductione iam antea dictum eſt. nã cũ ex pluribus, & ſimilibus ita, vt M
volumus,rem ſe habere oſtendimus,ibi quidẽ inductio eſt, at ſ hac arte exẽplũ.neque illud dubiũ eſt,artem ipſam,facultatẽqꝫ dicẽdi hoc vtrũqꝫ in ſe bonũ habere.vt.n.in libris de diſſerendi rõne,quos.Methodicos inſcripſimus, iã a nobis antea dictũ eſt, ſic ẽt in his de Arte dicẽdi res ſe hẽt.Cum vero, quibuſdã,ppoſitis, aliud quiddã ab eis eorũ cã contingit, eoꝫ illa vel generatim vera ſint, vel pleruntꝫ fianti

in

A in Dialectica quidem ſyllogiſmus, in Rhetorica uerō enthymema vocatur. ſunt.n. dictiōes quædam oratoriæ, quæ potiſſimum exemplis cōſtant, ſunt ēt, quæ totæ argumentis & enthymematibus conficiantur: ſicuti oratores quidam exemplis magis, quidem argumentis delectātur. orationes autem, quæ conſtant exemplis, ſunt quidem ad dicendum acommodatæ nō minus, quàm aliæ, ſed illæ, q̄ ſunt enthymematibus referæ, maiore quodam impetu animos cōmouent. Verum quæ ſit vtriuſque cauſa, quoq; mō ſit vtroq; utendum, alio in loco, poſtea, dicemus, nunc autē de ḡs, quæ tractare cœpimus, magis enucleate, diſtinctēq; diſſeramus. Nam quod probabile eſt, id eſt eiꝰ natura: vt per ſe eſſe non poſſit: ſed alicui ſemp̄ probabile ſit, id autem duplex eſt: aliud.n. ſimul, atque auditum eſt, ex vi ſua probatur, & creditur, aliud autem arte indiget, vt ꝓpoſitis rationi C bus demonſtretur. nulla vero ars eſt, quæ quid in ſingulis rebus fieri debeat conſideret. vt medicina nō docet, quid Socrati, aut Callię ſalubre, ſit, ſed quid homini ſic affecto, aut cunctis, qui eodem morbo laborāt. hoc .n. ad artē ſpectat, qđ aūt ſingulare eſt, atq; indiuiduū, id infinitū hī, & nulla ſciētia cōprehēdi poteſt. neq; igitur Rhetorica ꝓbabile quæret eiuſmodi, quod vnius alicuiꝰ opiniōi cōueniat; vt Socratis, aut Hippiæ, ſed qđ D oſbꝰ qui ita aſo ſunt affecti: quē admodum ēt Dialectica. nam neq; illa ita rōcinatur, vt vndiq; arripiat ſine vllo diſcrimine, q̄ alicui videantur: ſiquidem ēt deliris hominibus probabilia quę dam videtur: ſed ex ḡs argumētatur quæ ratione allata, ꝓbari poſſunt. Rhetorica vero ex ḡs quæ in conſultationem venire conſueuerunt. Eſt.n. artis oratoriæ proprium munus ea tractare, de quibus conſultamus: & quorū adhuc arteis traditas nō E habemus, & apud auditores eiuſmodi, qui per multas ratiōes acute rem intelligere non poſſunt, neq; procul poſita ac longinquiora ſpectare. deliberamꝰ autem de rebus illis quæ videntur in vtrāq; partem cadere poſſe: de ḡs vero, quæ nullo modo fieri poteſt, vt aliter aut fuerint aut futura ſint, aut ſint, nemo eſt qui deliberet: ſi mō, ea ita ſe habere intelligat, neq; .n. in rebus eiuſmodi quiſquam aliter, q̄ eo modo tantū, conſilium dare po F teſt. Accidit autē ḡs qui aliquid ratione concludunt, vt quædā aliquando colligāt ex rebus antea concluſis: quædam autem ex rebus quæ nondum quidē concluſæ ſunt: ſed probatiōe indigent eo, ꝙ minime ꝓbabiles eſſe videātur. quorum alterum neceſſe, eſt difficile eſſe ad ſtelligendū ob longitudinem. diſceptatorē. n. rudē eē ponimus, atque ſ diſciplinis minīe verſatū:

G alterum autem ad perſuadēdū haudquaquam accommodatū eo, q̄ neq; ex rebus manifeſtis, neq; ex probabilibus proficiſcatur. Itaq; neceſſe eſt enthymema, atq; exemplum ex rebus eiuſmodi eſſe, quæ nihil in ſe firmitatis habent: ſed aliter atque aliter ſe habere poſſunt, vt exēplum quidē inductionis, enthymema vero ſyllogiſmi: ſpēm ac imaginē habeat. Ex paucis aūt, & ſæpe ex pauciorib⁹ enthymema fit, q̄ primus ille atq; integer H ſyllogiſmus. ſiquid enim notū, atq; exploratum fuerit, id ſane nihil attinet dicere: quoniam ip ſe auditor illud adiungit: vt ſi quis probare velit, Doricū certamen viciſſe, in quo victor corona donatur, ſatis erit dicere. Vicit. n. Olympia. q̄ aūt ſ Olympijs victor corona donetur, nō opus eſt addere: omnes. n. hoc ſciunt. Pauca vero neceſſaria ſunt eorum, ex quibus oratorū ſyllogiſmi conficiuntur. maiori .n. ex parte, quæ in iudicium, ac I deliberationem veniunt, etiam aliter ſe habere poſſunt. ſolēt. n. homines de ijs rebus deliberare & cogitare, quas in vita gerūt: q̄ vero aguntur, eiuſdē gñis oſa ſunt: neq; quicq̄, penè dixerim, eorū ex neceſſitate fit. hæc aūt ipſa, q̄ plerūq; fiunt, nec eodem mō ſe ſemp habent, neceſſe ē ex propōnibus eiuſdē naturæ confirmari: ſicuti neceſſaria ex neceſſarijs, pbantur: qd' ex analyticis libris clarius intelligi pōt.

Quare p̄ſpicuū eſt, eorū, ex qui K bus enthymemata fiunt, aliqua quidē ē, neceſſaria: ſed plurima ex eis ē talia, q̄ plerunq; tm̄ ſine vlla neceſſitate fiunt. ducunt .n. enthymemata ex veriſimilibus, & ſignis. itaq; neceſſe eſt, vt horū vtrūq; alteri eorū rñdeat, atq; idē ſit. nā veriſimile eſt tāq̄ id, qd' plerunq; fit: nō tm̄ abſolute, ſicuti quidam exiſtimant: ſed q̄ in eis verſetur, quæ aliter etiā euenire poſſunt: & q̄ ita ſe habeat ad id, cuius eſt veriſimile ſicuti ſe habet id, quod generatim atque vniuerſe fit, ad id, qd' fit ſigillatim & in parte. Signorum vero duo ſunt genera: quorum alterum ita ſe habet ad id, cuius eſt ſignum, ſicuti quod in parte fit, ad id, quod i vniuerſo genere, alterum autem ſicuti, quod in vniuerſo genere fit, ad id, quo in parte. quin ex his ipſis id ſignum, quod neceſſariū eſt, indicium vocatur vel, ppria nota. quod autem non eſt neceſſariū, caret certo ac proprio nomine, quo ab alijs diſtinguatur. M At vero neceſſaria illa voco ex quibus ſyllogiſmus ac firma cōcluſio fit. quocirca genus hoc ſignorum tecmeriū dicitur, hoc eſt, indicium ac propria nota. cum enim id, quod dixerint, nullo modo ſolui poſſe exiſtimant: tunc opinantur, id ſignū tecmerium eſſe, atq; ita ipſum appellant, tanquam, quod iam probatum, atque confectum ſit. priſca. n. Græcorū lingua τέκμαρ

idem

A idem erit, quod extremum atque vltimum, genus autem illud signorũ qđ, ita se habet ad id, cuius signum est, sicuti singulæ res ad vniuersum genus, tale est, vt, siqs affirmaret, signũ esse viros sapientes esse etiã iustos, quia Socr. erat sapiens, & iustus, hoc quidem certè signũ ẽ, sed facile dissolui ac refelli potest, ẽt si verum fuerit id, qđ dicitur. nihil.n. in se firmi habet, neqs necessario cõcludit. Quòd siquis ita dicat, Hunc hominẽ
B ægrotare signum ẽ eô, qp febri laborat, aut, Hæc mulier peperit, qñ lac habet; iam hoc erit firmũ, et necessariè conclusum. atqs hoc signorum genus solũ tegmerium ac propria nota vocatur, solumqs si verũ fuerit id, quod dr, refelli non põt. Alterum genus signorum, qđ ita se habet ad id, cuius est signum. sicuti, quod est in vniuerso genere, ad id, qđ in parte est, fit hoc mõ, vt, siquis diceret, Hunc hominem febri laborare signũ est
C eo, qp crebro respirat. sed hoc facile solui põt, etiã si verum fuerit, qñ accidit ẽt eius, qui febri non laborat, aliqñ crebrò respirare. Quid igitur verisimile sit, & quid signũ, & propria nota, quæqs rõne differant, satis pro tempore dictũ sit. planius.n. atque dilucidius de his ofbus, & qua de causa partim quidẽ nihil certi concludant, partim autẽ cõclusionẽ firmam stabilẽqs habeant, in Analyticis libris iã antea disputauimus. Quòd au- D
tẽ exemplũ sit idem, qđ inductio, et quibus rebus inductio sit, ostensum est, sed tñ non ita se hẽt, vt pars ad totũ, neqs vt totũ, ad partẽ, neqs vt totũ, ad totũ, verum, vt pars ad partẽ, & quod simile est, ad id cui est simile. cũ.n. ambo illa, qđ sumũtur, sub eodẽ genere posita fuerint, & alterum altero notius et apertius sit, tunc id exemplum est, vt, siquis pbare velit, Dionysium appetere dominatum
E regiũ, cũ salutis suę custodes petat, & dicat, Pisistratũ antea custodes petiisse, cum regnũ appeteret, &, cũ eos impetrasset, tyrannidẽ occupasse, Theagenẽqúe idẽ Megaris fecisse, et alios, quoscunqs nouerit, idẽ fecisse. omnes exemplũ fient Dionysiũ, quẽ adhuc ignorãt, an ea de cã custodes petat. hęc.n. oia sub eodẽ genere ac proposito continentur, qp, quicũqs regnũ appetit, custodes salutis suæ petit. Iã igitur vnde probationes illę ducuntur, qđ speciem habẽt demõ F
strãdi, declaratũ est. In ipsis autẽ enthymematibus maxima est dria, quæ oẽs ferè plurimũ fallit: atqs eadẽ est enthymematũ dria, quæ in disserendi rõne syllbrum est. nã enthymemata quędã sunt ipsius artis dicendi propria: sicuti syllri ẽt quidam Dialecticę proprij sunt. quędã aũt ad alias arteis, & facultates pertinent, quæ vel iam inuẽtæ sunt, & excultæ, vel nondũ plã

nè

G nẽ cognitæ, penit⁹q; perſpectæ ſunt. Itaq; ſæpe fit, vt auditores fallant: & qui eiuſmodi enthymemata magis, q̃ cõueniat, amplectũtur, artis oratoriæ fines tranſiliunt. hoc autẽ, quod dico, clarius et apertius erit, ſi pluribus verbis explicetur. Eos. n. ego Dialecticos, et oratorios ſyllogiſmos voco, qui dicũtur ex locis, in quibus latent argumẽta. Loci verò dicuntur ñ: qui cõmuniter de rebus, quæ ad mores, & ad naturam, & ciuilem
H ſeſam pertinent, & denique ad alia multa, q̃ ſpecie inter ſe differant, argumenta cõtinent: vt locus, qui ex maiore, & minore dicitur. neq; n. ex hoc loco magis rebus iaſtis, q̃ de rebus naturalibus, aut de qualibet alia re, vel ſyllo cõcludere aliquid, vel enthymemate ꝓbare licet. atqui hęc ſine dubio ſpecie differunt. Ꝓpria vero cuiuſq; artis argumenta ſunt, quę cõſtãt e propõnibus, ab arte illa ipſa deſumptis. exempli gratia, I rebus naturalibus propoſitiones ſunt, ex quibus nemo poterit aut enthymema, aut ſyllum formare, qui ad vitã, et mores pertineat, & ī moralib⁹ rebus ſunt aliæ propõnes, ex quibus nihil concludi põt, quod ad naturã ſpectet: atq; eadem eſt in cæteris oſb⁹ ratio. illa vero argumẽta, q̃ cõmuniter ex locis ſumũtur, neminẽ poſſunt huius, aut illius artis peritum facere, quoniam nullam habent certã ſibi ſubiectam materiã. atqui pro- K prias artiũ propoſitiones quanto quis exq̃ſitiores elegerit, tanto magis à propoſito ſuo aberrabit, & in alia ſcientia verſabitur, q̃ī Dialectica, aut Rhetorica. ſi. n. ad alicui⁹ artis principia peruenerit: iam non erit Dialectica, aut Rhetorica, ſed erit illa ipſa ars, cuius ea principia fuerint. maiorẽ autem partem enthymemata ſiunt ex propoſitionibus illis, quę pro- L priæ peculiaresq; ſunt alicuius artis, e communibus autem locis longe pauciora. Quẽadmodum igitur in Topicis, ita etiã in hoc opere diſtinguendę ſunt enthymematum ſpecies, & loci, vnde ſumuntur argumenta. voco autem ſpecies enthymematum, proprias cuiuſq; generis propoſitiones, locos vero ſedes argumentorũ. ęqualiter oi bus communeis. pri⁹ igitur de formis enthymemathum, quã de locis, dicam⁹. ac primo Rhe M toricę genera videamus: vt, cũ ea, quot numero ſint, explicuerim⁹, ſigillatim deinde cuiuſq; generis elementa, propoſitionesque tractemus.

De Tribus Rhetorice, ſeu cauſarum generibus, & finibus ipſorum. Cap. 3.

SVnt autem Rhetoricæ genera numero tria: tot enim ẽt auditorum genera reperiunt. nã ex tribus rebus oratio conſtat, ex eo qui dicit, ex materia de qua dī, ex eo apud quẽ verba fiũt, quin ẽt cuiuſlibet

A bet orationis finis ad auditorẽ
referẽtur. Neceſſe eſt autẽ, vt is,
qui audit, vel auſcultator tan-
tum ſit, vel ẽt diſceptator, diſce
ptator vero, q uel de p̃teritis ſta
tuat, vel de futuris: et de futuris
q dẽ ſtatuit, vt is qui in conciõe
dicentẽ audit: de præteritis au-
tem, vt iudex. at verò auſculta-
tor d oratoris facultate iudicat.
Quare neceſſe eſt tria cauſarũ
eſſe genera, deliberationis, iudi
cij, exo rnationis. Deliberatio-
nis autem duæ ſunt partes: al-
B tera ſuaſio, altera diſſuaſio. nã
& qui priuate de re aliqua deli
berant, & qui publice concio-
nantẽ, ſuper bonũ alteru trũ effi-
ciunt. iudiciũ vero partes ſunt
accuſatio, & defenſio: qui. n. in
iudicio verſantur, horum alte-
rum facere oportet. exornatio-
nis deniq; partes ſunt laus, et vi
tuperatio. Quin etiam horum
trium generum tẽpora diſtin-
cta ſunt. nã deliberationi futu-
rũ tempus datur: qui enim de-
liberat, ſiue ſuadeat, ſiue diſſua-
C deat, de futuris deliberat. iudi-
cio vero præteritũ tempus eſt
propoſitum. nam de rebus iã
factis ſemper hic quidem accu-
ſat, ille autem defendit. exorna
tionis maxime quidẽ propriũ
eſt præſens tempus. qui enim
laudant, vel vituperant aliquẽ,
ea quę tunc in eo ſunt, conſide-
rant, ſed tamẽ ẽt præterita remi
niſcentes cõmemorant, et de fu
turis coniecturam faciunt. Fi-
nis præterea cuiq; generi ppo-
ſitus ẽ, & cum tria ſint genera, D
tres ẽt erunt fines: nam in deli
berando finis eſt vtilitas, & de-
trimẽtũ. qui. n. ſuadet aliquid,
illud, tanquã melius, ſuadet, &
qui diſſuadet, tanquã deterius,
diſſuadet: alia vero oĩa huc re-
feruntur, vt ſiquid iuſtũ aut in
iuſtũ, honeſtum aut turpe dica
tur. in iudicijs, quid æquũ, aut
iniquũ ſit, q̃rit: ſiqua verò ſunt
alia, huc referuntur. in exorna-
tionibus, qui laudãt et vitupe-
rant, honeſtũ & turpe ſibi pro-
ponunt; & reliqua oĩa huc refe
runt. Quòd autem hi ſint fines, E
vnicuiq; generi propoſiti, illud
apte declarat, quòd de alijs re-
bus interdũ ne contendunt qui
dem: vt ſ iudicio, quin, fecerit,
aut quin læſerit: ſed nemo un-
quã, iniuſte ſe feciſſe, fateretur:
alioquin omnis ſtatim contro-
uerſia tolleretur. eodem modo,
qui conſulunt, alia ſæpenume-
ro non curant, ſed nunquam fa
terentur, ſe vel inutilia ſuadere,
vel ab vtilibus retrahere. quin F
ſæpe non verentur dicere, non
eſſe iniuſtum, aut finitimos po
pulos, aut eos, qui nihil læſerũt,
in ſeruitutẽ redigere, ſimili ra-
tione, qui laudant aut vitupe-
rãt, nõ illud attẽdũt, vtrũ is, de
quo dicũt, vtilia an inutilia fe-
cerit: ſed ẽt ſ magna ſæpe laude
ponũt, ſiqs, vtilitate ppria ne-
glecta, honeſtũ aliq̃d effecerit:
vt Achillẽ ſ eo laudãt, q̃ opitu-
latus ẽ Patroclo ſodali ſuo, quã
uis ſciret ea de cã ſe moriturũ,
cũ

G cũ liceret ei viuere. huic igitur mors eiusmodi i primis honesta fuit, vita verò fuisset vtilis. Perspicuum est autẽ ex ijs, q̃ dicta sunt, non aliter hęc tractari posse: nisi quis primo eorum propõnes habuerit. propõnes vero rhetorũ, sunt propriæ rerum notæ, verisimilia, & signa: nam omnis syllus ex propõnibus conflatur. enthymema vero syllus quidam est, qui constat ex prædictis rhetorũ propõnibus. Sed quia, q̃ fieri nullo
H modo pũt, ea neq; pũt iam esse facta, neq; postea fieri: (nã ea tãtum fiunt, quæ fieri possunt, eodem mõ, quę nunquã fuerunt, neq; futura sunt, ea, nõ fieri potest, vt aut facta sint, aut vnquã fiant.) iõ necesse est, vt qui consulit, & qui in iudicio, & qui in demõstratiuo genere versatur, propositiones habeat de eo, q̃ fieri potest, aut non põt: ex quibus intelligatur, vtrum res facta sit an non facta, & vtrũ futura sit an non. Pręterea, cũ om
I nes, qui laudant & vituperant, qui suadẽt et dissuadent, qui accusant & defendunt, nõ solum q̃dicta demonstrare conentur, sed ẽt, rem vel magnã vel paruã eẽ, vel bonã vel malam, vel honestã vel turpem, vel æquã vel iniquã, aut per se considerata aut aliarum comparatione: perspicuum est, eos etiã oportere de magnitudine et paruitate rerũ, & de maiori & minori, põnes habere. atq; illas & gene ratim & sigillatim, vt, q̃ maiꝰ K
bonũ aut minus, q̃ maius peccatũ aut meritũ, & de alĩs eodẽ modo. Sed hactenus dictũ est, quarum rerũ præpositiones sibi parare oratorem necesse est. deinceps vero de vnoquoq; genere seperatim dicemus: vt, q̃ sint ea, ex quibus deliberatiuo conficitur, et, ex quibus orationes demõstratiuæ, tertio vero, de quibus est iudicium.

De quibus deliberatio esse soleat. Cap. 4.

AC primo quidem videndum est, in quibus bonis aut malis versẽt is, L
qui deliberat: neq; n. versatur in omnibus, sed in eis tm̃, quæ naturam eam habent, vt & fieri & non fieri possint. quęcũq; vero necessarie vel iã sunt, vel posthac erunt, vel q̃ fieri nõ potest vt aut nunc sint, aut aliquãdo fiant, de ijs sanè deliberatio non est. Neq; tm̃ de omnibus, q̃ cõtingere solẽt, est deliberatio: cũ aliqua vel à natura, vel à fortuna bona sint, quæ aut contin M
gere, aut non cõtingere pũt, de quibꝰ nemo deliberare potest. Sed planũ est in ijs esse deliberationẽ, de quibus consultamus. ea verò sunt, quæ ad nos tm̃ referri pũt: & quorũ principium agendi in nostro arbitrio potestateq; situm est. nã vsq; eo consultando procedimus, donec inuenerimus, vtrũ à nobis ea fieri, an non fieri possint. Singula igitur diligenter enumerare, at

que

A que in ſpecies digerere, de quibus ſtatuere ſolent. & quãtum fieri poſſet ex veritate perpendere, nihil opus eſt ſ præſentia, neq; n. hoc Rhetoricę artis officium eſt, ſed alterius, q̃ diligentius et accuratius veritatẽ inueſtiget. tm̃ vero abeſt, vt aliquid Rhetoricæ detrahamus, vt etiã & longe plura concedamus, q̃ re vera concedi debeant. Quod .n. antea diximus, verũ eſt: nẽpe Rhetoricã ex analytica ſcia, & parte ciuilis facultatis, q̃ in
B moribus verſatur, eſſe cõſtatã. ſimilis eſt autẽ partim quidem Dialecticę, partim verò ſophiſticis diſputationibus. Quòd ſi quis vel Dialecticã, vel hanc artẽ, non tanquam facultates, ſed tanquã ſciẽtias, exquiſitius tractare voluerit, imprudens earũ naturã penitus euertet eo q̃, illas ornandi ſtudio captus, tranſeat in ſcientias, q̃ iã res aliquas certas, ſ quibus vertſentur, ſubiectas habent, nõ autẽ ratiões,
C & argumenta tm̃. verum nos, q̃ vtilitatem afferant huic arti: in præſentia pertractemus, ita tm̃, vt exquiſitam eorũ explicationẽ ciuili ſcię relinquamus.

Res igitur maximæ, de quibus omnes ferè cõſultant, & de quibus deliberantes in concione ſnſam dicunt, quinq; numero ſunt, hoc eſt, de vectigalib⁹, de bello & pace, de cuſtodia regionis, de his q̃ importantur & exportanť, de ferendis legibus. Itaq; ſi quis de vectigalibus bene conſulturus eſt, eũ redditus D
ciuitatis noſſe oportet, quot, q̃leſue ſint: vt, ſiquis negligentia relictus ſit, adiungatur, & ſiqs minor eſt, q̃ confici poſſit, augeatur. prętera publicos ciuitatis ſumptus noſſe debet: vt, ſi quis ſupuacane⁹ eſt, adimatur, et ſiquis maior eſt, q̃ cõueniat, minuatur. non. n. ſolũ bona amplificando ditiores euadunt homines, ſed ẽt ſumptus detrahẽdo. hęc autem non tm̃ ex priuatarum rerũ ſcientia poſſunt intelligi. ſed ẽt hiſtoriarũ peritũ E
eſſe oportet, qui bene de his cõſulturus ſit, vt ſciat, quõ alię nationes, ad hanc rẽ idoneas rationes inuenerint. Qui verò de bello & pace cõſulturus eſt, copias ciuitatis noſſe debet: & q̃ parate ſint, & q̃ parati poſſint: qualesq; ſint & ille, quę ſunt in promptu, & illę, quæ præterea pñt adiungi: quin ẽt quæ bella geſſerit, & quo exitu. neq; tantũ proprie ciuitatis bella, ſed ẽt finitimarũ ciuitatum expende
re opus eſt, & præterea vireis F
eorũ, cõtra quos bellũ fore exiſtimatur: vt cum potentioribus pax habeatur, cũ inferioribus, in eorũ, quibus conſilium datur, arbitrio ſit, vtrum bellũ gerere velint. copias quoq; ſpectare oportet, vtrum ſimiles an diſſimiles ſint: nam hac de cauſa ſæpe cõtingit, vel ſuperiores in bello vel inferiores eſſe. præter hæc etiã op⁹ eſt, non tm̃ ſuæ Reip. bella, ſed aliorũ ẽt popu-

lorũ

G lorũ animaduertere, & quẽ exi
tũ illa habuerint, ſpectare: nã è
ſimilibus rebus ſimilia euenire
conſueuerunt. De cuſtodia re-
gionis qui dicturus eſt, ſcire de
bet, qua rõne cuſtodiri poſſit,
& quot ei rei copiæ, qualesque
ſint neceſſariæ, præterea locos,
præſidia ſint collocanda, q̃, niſi
ſit peritus regionis, ſcire nõ po
terit. Atq; hæc ideo noſcenda
ſunt, vt, ſi minor ſit, quã opor-
teat, augeat cuſtodia, ſiquã re-
dũdans, auferat, & ad locos ma
H gis opportunos traducat. de an
nona vidẽdũ erit, quanta, qua-
liſq; ciuitati ſufficere poſſit, et,
cuius g eneris ſit ea, quæ ibi na-
ſcitur, & quæ aliunde importa
tur: &, q̃ ſint eæ res, quas expor
tare, & quas ſportare oporteat:
vt conuentiones, & pactiones
cũ eis fiant, quibuſcũ opus eſt.
duo ſunt. n. hominum genera,
quos obſeruare neceſſe eſt, ne à
ciuibus offendantur: nempe, q̃
potentiores ſunt, & qui rebus
ſuppeditãdis vtile eẽ poſſunt.
I Hæc ofa ſubtiliter viuendi fa-
cultatẽ habeat oportet, qui de
ciuitatis ſecuritate cõſulturus
eſt. Sed illud non parui ponde-
ris eſt ferendarũ legum rationẽ
intelligere, cum in legibus poſi
ta ſit totius ciuitatis ſalus. Itaq;
ſcire neceſſe eſt, quot ſint Rerũ
pu. genera, & quę cuiq; generi
proſint, & quæ interitum adfe-
rãt: ſiue illa Reip. propria ſint,
ſiue aliena, & ei cõtraria. voco
autẽ ea propria Reip. quæ inte
ritum adferãt, q̃uoniã, vno ex- K
cepto optimo ciuitatis ſtatu, re
liquæ omnes Reſp. & cũ remit
tunt: & cum efferunt intereũt:
vt popularis ſtatus non ſolum
remiſſus ſit imbecillior, & tan-
dẽ in paucorũ dominatum de-
labitur, ſed ẽt, ſi vehementer ef-
feratur, interit. quẽadmodũ vi
tia prauitatesq; naſi, q̃ vel gry-
pus, vel ſimus ſit, non tm̃ remiſ
ſæ ad mediam rectãq; formam
veniunt, ſed ẽt vehementer au-
ctæ, vt ſi valde fiat grypus, aut
ſimus naſus, eo tandem pẽrue- L
niant, vt ne naſi quidẽ formam
naſus habere videaẽ. Illud autẽ
inferẽdis legibus vtiliſſimum
eſt, non ſolum aduertere & con
ſiderare, quiſnam Reip. ſtatus
anteacto tempore pfuerit: ſed
ẽt apud exteras nationes, quæ
Reip. ſpecies, q̃bus hominibus
conueniant. itaq; perſpicuũ eſt
ad legum ferendarũ ſcientiam
plurimũ conducere terrarũ pe
ragrationem, ĩ qua multarum
gentium inſtituta, legesq; licet
agnoſcere. at vero in cõſiliꝭ pu M
blicis hiſtoriarũ, & antiquita-
tis cognitio mirifice vtilis eſt.
Sed hæc omnia videre, ciuilis
ſcĩæ non autem Rhetoricæ pro
priũ officiũ ẽ. Res igiſ maxĩæ,
quarũ cognitionem eũ habere
oportet, qui bene cõſulturꝰ ſit,
hæc fere ſunt. deinceps vero di
camꝰ, qũo vel ex his ipſis, vt ex
aliꝭ, q̃ in deliberationẽ cadũt,
& ad ſuadendũ, & ad diſſuadẽ-
dũ argumẽta ducere poſſimꝰ.

De

A *De deliberantium fine felicitate. & de his in quibus ipsa cõsistat, ac de ipsorũ vnoquoq; singillatim. C. 5.*

EST autem & priuatim singulis, & publice fere omnibus finis quidã propositus, ad quem aciem mentis dirigẽtes, omnia vel expetũt, vel fugiunt: atq; (vt in summa dicã) ea est felicitas, et partes eius. Quare sumamus, exempli grã, non subtiliter quidẽ, sed simpliciter, quid felicitas sit, & ex quibus constent eius partes. de hac

B .n. & de ijs quæ ad hanc referũtur, & de contrarijs huic oẽs suasiones, & dissuasiones eẽ solẽt: q̃. n. fœlicitatẽ efficere pñt, aut aliquam eius partem, aut ex minore maiorẽ, ea sunt amplectenda, quæ vero illam vel corrumpunt, vel impediũt, vel cõtraria sunt, omnino sunt fugiẽda. Ponamus igitur, felicitatẽ, esse vitæ prosperitatẽ, cum virtute coniunctã, vel possessionẽ earum rerũ, quibus vita contẽta sit, vel vitam cum securitate

C iucundissimã, vel bonum, firmumq; statum possessionũ, & corporum, cum facultate custodiendi, atq; amplificãdi: omnes .n. fere confitẽtur, felicitatẽ aut vnum horum, aut plura simul esse. Quod si felicitas est huiusmodi: necesse est. eius parteis esse nobilitatem, gratiam, amicitiam proborum hominum, diuitias, bonam prolem, multitudinem filiorum, facilem senectutem, præterea corporis virtutes, vt bonam valetudinem, D pulchritudinem, vireis, magnitudinem, certandi robur: quin etiam gloriam, honorem, prosperam fortunam, virtutem, atque eius parteis, prudentiã, fortitudinem, iusticiam, temperãtiam. hac. n. ratione nullius rei ad bene, beateq; viuendũ indigebit is, cui bona omnia et quæ in eo sunt, & quæ extrinsecus adueniunt, affatim adfuerint, nam, p̃ter hæc, nulla bona sunt. In ipso vero sunt ea, quæ vel in animo sunt, vel in corpore. ex- E trinsecus adueniunt, vt nobilitas, amici. pecunię, honor. opes etiam atq; fortunã adesse oportere censemus: sic. n. fiet vita securissima. Hæc igitur singula, quid sint, definiẽdo aperiem⁹.

Nobilitas gentis, et ciuitatis ea est, si ipsa ex sese suos ciueis genuit, vel saltem vetustam originẽ habuit, & si primi ductores eius illustres fuerunt. & si multi principes, atque imperatores ex ea nati sunt, quos æmulari alij studeant. Priuata vero F nobilitas vel â viris uel a mulieribus pendet, et cum vtrique legitime coniuncti sunt, & quẽadmodum etiam in ciuitate, cũ primi auctores gñis clari fuerũt vel virtute, vel diuitijs, vel alia re, quæ in precio apud homines sit, et si ex ea familia multi illustres fuerũt & viri & mulieres, & iuuenes et seniores. Bona vero proles, & multitudo filiorum, quid sit, oĩbus notum est.

G est. Atq; in Repu. bona proles eē intelligitur, cū multi, boniq; iuuenes in ea fuerint: & bona dī vel ex virtute corporis, vt, cū magnitudinē, pulchritudinē, vireis, certādi robur habet, vel ex virtute animi: nā tēperātia, & fortitudo iuuenis virtutes sunt, priuatim autem bona proles, & multitudo filiorum intelligitur, cum quis multos, & hmōi virtutibus instructos, habet filios & mareis, & fęminas.

H Fœminarū virtꝰ i corpe, venustas, et magnitudo ē, i animo, tēperātia, et sedulitas, studiumq; suorum operum, mō tamen ne incidat in illiberalitatem, similiter autē et priuatim et publicē, & i viris & mulieribus vt hæc singula sint, studere oportet. nā qui ꝑpudicas habent mulieres, vt Lacedæmoniī, dimidia ferē felicitatis parte carent. Diuitiarum partes, sunt pecuniæ, prædiorum multitudo, regionum possessiones, & præterea supel

I lectilium copia, & pecudum, et seruorum: quæ res multitudine, & magnitudine, & pulchritudine excellant, & omnia secura, liberalia, & vtilia sint. Dicūtur aūt vtilia ea, quæ magis fructuosa sunt, liberalia verō, quæ animi voluptatisq; gratia possidētur. fructuosa illa voco, vnde redditus vectigaliaq; capiūtur, voluptuaria, ē quibꝰ nihil, præter vsum, capitur, quod aliquo precio dignum sit. Securitatis ille finis est, vt eo in loco, atq; eo modo prædia possidēantur, vt eorum usus i domini arbitrio sit. id vero alicuius proprium esse, aut nō esse dicitur, cum in eius potestate est aliena re: dico autē alienare, donare, & vendere oīno diuitem esse magis in vsu, q̄ in possessione situm est: nam hmōi rerū actꝰ, atq; vsus ipsæ diuitiæ sunt. Bona existimatio, est virtute præditum ab omnibꝰ iudicari, vel tale aliquid in se habere, quod omnes expetant, aut multi, aut boni viri, aut prudētes. Honor L autem est, signū gloriæ, ex plurimis in alios meritis comparatæ. Iuste vero maximeq; honore afficiunt ī), q ia beneficia cōtulerunt. verumtñ etiā ille solet honorari, qui aliꝰ benefaciēdi facultatē habet. Id autem beneficium honore dignū putatur, vel quod ad salutem vitamque tuēdā pertinet, vel ad opes, vel ad hmōi bonū aliquod, cuius nō sit facilis acquisitio, quodq; sine magno labore paratur, vel semper, vel eo in loco, vel eo tē- M pore: multi.n. propter res quasdam, quæ paruæ videntur, honorem assequuntur, sed id aut propter modum, aut propter occasionē accidit. Honoris species sunt immolationes, monumenta vel carmine vel soluta oratione cōscripta, præmia certa, luci, superiores in sedēdo loci, sepulchra, imagines, & publica cibaria, & quibus barbari vtuntur, habitus adorantiū,

et

A & conſpectus euitationes: numera, quæ apud ſingulas gentes in precio ſunt. Etenim munus eſt & poſſeſsionis largitio, & honoris indiciũ. quò fit, vt auari, & ambitioſi munerum ſint appetentes. nam vtriq; in eis inueniunt, qd̃ concupiſcũt: eſt.n.in illis vtilitas, quã appetunt auari, & honor, cui maxime ſtudẽt ambitioſi. Corporis virtus, eſt bona valetudo. Quę ita accipienda eſt, vt morbo vacuũ ſit corpus, & ad vſus bene
B conſtitutum. multi.n.ſano corpore ſunt, vt Herodicꝰ dr̃, quos nemo tũ ob eã valetudinẽ beatos iudicaret eo, q̃ vel ab omnibus humanis actiõibus, vel ab earum maxima parte ſe abſtinent. Pulchritudo non eadem eſt ĩ omni ætate, ſed diuerſa. nã adoleſcentis pulchritudo eſt, ſi corpus ita conſtitutũ habet, vt ad labores ſuſtinendos vtile ſit, vel ad curſum, vel ad inferẽdã vim: & ſi quandã ore ſuauitatem prę̃ferat, quæ ſpectanteis
C voluptate cõpleat hac de cã pẽtathli pulcherrimi habẽtur, q̃ ad vim inferẽdã, & ad celeritatem ſimul apti ſunt. Viri autẽ, &, q iã conſtanti ætate ſit, pulchritudo eſt: vt corpus ad militareis labores idoneũ habeat, & oris ſuauitatem, cum quodã terrore coniunctam, præferat. Senis deniq; pulchritudo eſt, ſi corpus habeat neceſſarijs laboribus large ſufficiens, & ſi nullã ore triſtitiam oſtendat eo, q̃ ijs morbis careat, qui ſenectutem D deprauare ſolent. Vires ex eo ĩtelliguntur, cũ quis eã facultatẽ habet, vt alterũ moueat, quocunq; voluerit. Neceſſe eſt aũt alterũ mouere vel trahẽdo, vel impellendo, vel tollẽdo, vel deprimendo, vel collidendo. quare robuſtus ille valẽsq; aut his oĩbus, aut quibuſdã horum valebit. Magnitudinis virtus ea ẽ, cum quis & longitudine, & altitudine, & latitudine multos alios antecedit, modo ne tanto maior ſit, vt pp̃ exuperantiam E corporis motꝰ tardiores efficiãtur. Decertandi robur ex tribꝰ conſtat, magnitudine, viribus, & celeritate. nã & qui celer eſt, robuſtus appellatur: qui.n.crura quodammodo uibrare, et celeriter mouere, atq; ex lõgiquo loco põt, is natura curſor eſt, q vero præmere, fortiterq; tenẽr, ad luctam eſt idoneus, qui longe à ſe pellere, plagamq; inferre põt, is erit pugil. Sed q ĩ vtriſq; valet, hoc ẽ lucta, & pugillatione, pancratiaſtes erit, q in tribꝰ F illis oĩbus, pentathlus vocatur. Bona ſenectus eſt, cũ tarde, atq; ſine triſticia aduenit: neq;.n.q celeriter ſeneſcit, bona ſenectute frui dici põt, neq;, qui ſero qdẽ fit ſenex, verũ cum multis, magnisq; doloribus. Ad bonã vero ſenectutẽ et corporis virtutes, et fortunę bona cõcurrãt oportet. nã, niſi ſine morbo fuerit, et niſi vireis conſeruet: non erit expers moleſtiarũ, ac dolo-

G rũ, nec vitam producere poterit, nec proſperã fortunam retinere. Eſt ẽt alia ratio, qua quis ẽt ſine viribus, & bona valetudine diu viuẽdi facultatem inueniat: multi .n. ſine corporis virtutibus in longum tempus vitam prorogant. ſed in preſentia nihil opus eſt de hmõi reb⁹ exquiſite diſputare. Gratia vero, bonorumq; virorum amicitia quid ſit, ignorari nõ poteſt, mõ, quid ſit amicus, intelligãt. H Eſt.n. is amicus, qui quęcunq; arbitratur ei, quẽ amat, bono eẽ, eius ipſius cauſa facit. cui igitur multi ſunt hmõi, is gratioſus dr̃: cui vero boni viri tales ſunt, is bonos amicos habere p̃dicatur. Proſpera fortuna eſt, cũ, quæ à fortuna proueniunt bona vel omnia, vel plurima, vel maxima alicui vel fiũt, vel iam preſto adſunt. Eſt autẽ fortuna nonnullorũ cauſa, quæ ẽt ab artibus efficiuntur: ſed plerunq; eorum cauſa eſt, q̃ nulla I arte fieri poſſunt, vt eorum, q̃ natura quidem fiunt, ſed ẽt cõtra naturam fieri p̃nt. nam bonæ valetudinis ars cauſa ẽ, pulchritudinis autem, & magnitudinis ipſa natura. Omnino bona illa proficiſcũtur à fortuna, quę maxime ſolent inuidiã cõcitare. quin ẽt eorum bonorũ, quæ pręter omnem rõnem eueniunt, fortuna cauſa eſt: vt, ſi cęteri fratres deformes ſunt, hic autẽ formoſus, aut ſi thęſaurũ alĩ non viderunt, hic aũt inuenit, aut ſi is, qui prope ſtabat, ia K culo percuſſus eſt, hic aũt mini me, veſ, q̃ antea ſolebat frequẽtare, tunc non venit. cũ alĩ, ſemel tm̃ veniẽtes, interfecti ſunt. hęc.n. omnia fortunę beneficio contingere videntur. De virtute, qm̃ in exornatione maxime proprius eſt eius loc⁹, cũ de laudando verba faciemus, tũc, qd ſtatuendũ ſit, accuratẽ explicabimus. Quæ igit̃ ſpectare oportet eos, qui ſuadent, tanquã futura, aut præſentia, perſpicuũ eſt, & rurſus qui diſſuadẽt: ſunt L .n. eis, quæ iam dicta ſunt, contraria: Sed qm̃ deliberanti propoſita eſt vtilitas, & qui, delibe rant, nõ de fine ipſo, ſed de ĩs, q̃ ſpectant ad finem deliberãt: ea vero ſunt, q̃ in ſingulis actionibus proſunt. &, quod ꝓdeſt, bonũ eſt, ideo de bono atq; vtili generatim mihi dicẽdum, &, quæ ſint eius initia atq; elemẽta, quærendum arbitror.

De vtili, ac bono. Cap. 6. M

POnamus ergo bonum id eſſe, qđ ip ſum pp ſe ſit expetendum, &, cuius gr̃a ſolemus aliud expetere: & qđ res omnes expetunt, vel ſaltem illæ, quæ ſenſu p̃ditæ ſunt, vel intelligentiam habẽt, vel ſi eis intelligentia daretur, & q̃cũq; ratio atq; intelligentia cuiq; dictaret. & quæcunq; ſingulis in reb⁹ vnicuiq; ratio tribuit, atq; aſſignat, ea ſunt vnicuiq; bona.

Illud

A Illud quoq; bonũ eſt, quo præſente res bene ſe habet, nec qcquã amplius deſiderat, &, qđ per ſe ſufficiens eſt. quin ẽt, qđ hæc ipſa conficiendi, & cuſtodiendi vim habet, bonũ eſt, & quod hæc eadem conſequunt, & quod contraria depellit, atq; interimit. Duobus aũt modis aliquid eſſe cõſequens dr, vel enim ſimul, vel poſtea: vt, ſi quis diſcit, cõſequitur, vt ſciat, ſed poſtea, ſi bene valet, conſequit, vt valeat, ſed ſimul. Quæ B conficiendi vim habent, tribus modis dicuntur, partim, vt bene valere, & corp⁹ habere bene conſtitutum, conficiens eſt bonæ valetudinis, partim, vt cibaria, quę ſalubria ſunt, & cõficientia ſanitatis, partim, vt exercitatio corporis, quæ plerunque bonam efficit valetudinẽ. His ita poſitis, neceſſe eſt, bonorũ adeptiões eſſe bonas, atq; ẽt malorum depulſiones: huic. n. ſimul malum nõ habere conſequens eſt: illi aũ t poſtea bonũ C habere. item ẽt pro minore bono maioris adeptio, & pro maiore malo minoris bona eſt: nã id totum, quo maius minori ꝑſtat, fit illius quidẽ adeptio, huius autẽ depulſio. Virtutes etiã bonas eẽ neceſſe eſt, nã, qui eas poſſident, bene affecti ſunt: & ipſæ multa, ac magna bona cõficiunt: atq; earũ la⁹ in actione conſiſtit. ſed de ſingulis virtutibus, quæ, qualesq; ſint, alio in loco dicendum erit. Voluptas pręterea bona eſt: omnes enim D animantes naturæ inſtinctu eã expetunt. quare & quæ iucunda ſunt, & quæ pulchra, bona eſſe, neceſſe eſt, iucũda enim ſunt efficientia voluptatis, rerum autem pulchrarũ aliquæ iucundæ ſunt, aliquæ ipſæ per ſeſe ſunt expetendę. Vt autẽ ſigillatim aliqua dicamus, hęc eẽ bona neceſſe eſt, primo felicitatem, quia per ſe expetenda eſt, & ſe ipſa eſt cõtenta, & eius gratia multa alia expetimus: deinde iuſticiam, fortitudinem, ma E gnanimitatem, magnificentiã, atq; alios huiuſmodi animi habitus: ſunt. n. hæ virtutes animi, tum bonam valetudinem, pulchritudinem, cæteraq; eius generis, quæ corporis virtutes ſunt, & multarum rerũ bonarum cõficientes: vt bona valetudo voluptatis, & vitę. itaq; res optima videtur eẽ bona valetudo, quoniam duas res efficiat, quæ plurimi ab hominib⁹ æſtimantur: hoc eſt voluptatẽ, & vitam. Diuitiarum vſus, fru F ctuſq; bonus eſt: hæc. n. eſt poſſeſſionis virtus, & multorum commodorum conficiens. Amicus, et amicitia bona ſunt: nam amicus propter ſe eſt expetendus, & multorum bonorũ efficiens: honor pręterea, & gloria, ſunt enim res iucundæ, multaq; commoda adferunt: et plerunq; accidit, vt in hominibus ea ſint, propter quæ honorant, dicẽdi quoq; facultas, & agen-

G di, qm̃ ex eis multa bona, pue-
niunt. Item ingenñ acumen bo
nũ est, et memoria, et docilitas,
& animi celetes mot⁹, cęteraq;
tius generis ola: nam eiusmo-
di facultates bonorũ conficien
tes esse solent: eodẽ modo scĩæ
oes, et artes, viuere quoq; ipsũ:
nam etsi nihil aliud boni conse
quatur, pp se tñ ipsum expetẽ-
dum est, id etiã, qđ iustum, est
bonũ: nam ad cõem vtilitatem
pertinet, Hęc quidẽ fere sunt, q̃
oẽs bona esse confitentur. sunt
H alia, de quibus cõtrouersia est,
quæ illis argumentis bona esse
probantur: Cuius contrariũ ẽ
malum, illud bonũ est, & id, cu
ius cõtrariũ hostibus prodest:
vt, si nostros ciuis eẽ timidos
maxime conducit hostibus: p-
spicuũ est, ciuib⁹ maxime pro-
desse fortitudinẽ. & oino, quod
inimici cupiũt, & quo gaudẽt,
eius contrariũ vtile nobis eẽ vi
detur: ideo recte dictũ ẽ ab Ho
mero, Certe lęticia Priamus af
I ficeretur. neq; tñ hoc perpetuo
verum est: nã interdũ fieri põt,
vt eade res aduersarijs vtilitatẽ
adferat: vnde prouerbio dicit,
homines ab infortunijs, & ma-
lis cõciliari: quoties idẽ vtriq;
detrimentũ adfert. Id ẽt bonũ
est, in quo nihil nimium eẽ po-
test: quod.n. maius est, q̃ con-
ueniat, id est malum. Et, cuius
cã multi labores suscepti sunt,
aut multi sumptus facti, bonũ
iam esse videtur, & iã finis exi-
stimatur, multarũq; molestia-
rum finis, quicquid autẽ finis K
rationem habet, id certe bonũ
est, vnde hmõi dicta vulgo ia-
ctantur, Certe Priamo glorã,
& Turpe est manere diu, & p-
uerbium illud, In foribus hy-
driam: & quod multi expetũt,
& pro quo digladiari inter se
consueuerunt, qđ.n. omnes ex-
petunt, id bonum esse supra di-
ximus, multi vero, tanquã om
nes, vulgo vidẽtur, & quod est
laudabile. nemo.n. id laudat,
quod bonũ nõ est, & quod etiã
inimici ac maleuoli hoies lau- L
dant: nã, quod illi laudant, qui
mala inde perpessi sunt, peride
est, ac si iam omnes bonũ id eẽ
faterentur. quẽadmodũ.n. illi
sunt improbi, quos amici vitu
perant, sic illi boni, quos neque
inimici vituperant: iõ se contu
melia affectos à Simonide poe-
ta Corinthŋ existimarũt, q̃ ita
cecinisset, Corinthios non incu
sat Iliũ: & qđ aliquis ex prudẽ
tibus & bonis viris, ac mulieri
bus p̃cellere iudicauit, vt, Vlys
sem Pallas, Helenã Theseũ, tres M
illæ deæ Paridem, Achillẽ Ho-
merus: & omnino q̃cũq; alĩs
consulto præponunt, statuunt
.n. homines ea facere, quæ su-
pra dicta sunt, &, quę mala sint
inimicis, amicis autẽ bona: &
quæ fieri possint. hæc autẽ duo
bus modis intelliguntur, vel q̃
quoquo mõ fieri possunt, vel
quæ facile nulloq; negocio. faci
lia vero dicuntur ea, quę vel si-
ne molestia, vel breui tempore
confici

confici poſſunt: difficile nanq; vel moleſtia, vel temporis longitudine definitur. Bona quoq; illa ſunt quæ ita fiunt, vt homines volunt. volunt autē uel nihil habere mali, vel ſaltē minꝰ mali, q̄ boni: quod tūc euenit, cum pœna vel nos latuerit, vel puſilla fuerit. Et, quæ propria ſunt, & q̄ nullus alius poſſidet, & q̄ reliquis p̄ſtant, bona ſunt: in his .n. honor ſpectatur: & q̄ ipſis congruentia ſunt: qualia ſunt, quæ vel propter genus, & familiā, vel propter eius ipſius facultatem alicui conueniunt: & quæ ſibi deeſſe putant, etiā ſi parua fuerint, nam nihilominus ea ſibi agenda eſſe ſtatuūt: et quę ſine labore ad exitum p̄ducuntur, nā ſunt ex eo genere, quæ fieri poſſunt, tanquam facilia: dicuntur autē ea ſine labore ad exitum perduci, quę vel omnes, vel multi, vel pares, vel inferiores recte perfecerunt: & ea, in quibus gratificantur amicis, aut inimicis dolorem inferunt: & q̄cūq; illi ſtudent agere, quos admirantur: & ad quę natura ſunt aptiores, & in quibus exercitatiores, facilius .n. ea, meliusq; ſe perfecturos exiſtimāt: & q̄ nemo vir abiectus aggreditur: ſunt .n. ea maiori laude digna: & ea, quorū appetentes ſunt, nā ea non ſolū iucūda, ſed ēt alīs meliora eſſe videntur: & ea p̄cipue, ad q̄ natura procliues ſunt, vt victorię ſtudioſi, ſi uictoriā ſperent, honoris auidi, ſi honor proponatur, auari ſi pecuniæ, & cęteri eodē modo. Ac de bono quidem atque vtili ex ꝟis, quæ dicta ſunt, argumenta ſumi poſſunt.

De minore, at maiore bono. Ca. 7.

SEd qm̄ ſæpe accidit, ut duo proponantur, quæ ambo ſint vtilia, ſed, vtrū vtilius ſit, dubitant: deinceps de maiori bono, magisq; utili nobis dicendum eſt. id igitur, quod præſtat, eſt tm̄, quantū id, quod ſuperatur, atq; amplius: ſuperatū autē in eo, quod præſtat, incluſum eſt. et maius quidē, atq; plus ſemp ad aliquid, q̄d minꝰ ſit, refertur: magnū autē & paruū, & multū & paucū cū multorū magnitudine, multitudineq; conferunt, & quidē quod præſtat, magnum eſt, quod autem ſuperatur, paruum: atq; eadem rō eſt de multo & pauco. Qm̄ autem id bonum eſſe dicimus, q̄d ipſum propter ſe, non ꝓp aliud, eſt expetendū, & q̄d res oēs expetunt, vel quæ, ſi eis mens atq; intelligētia daretur expeterent, & q̄d efficiendi, & conſeruandi vim habet, uel cui res eiuſmodi ſunt cōſequentes, & qm̄ id cuius gratia, eſt finis, & cōtra finis eſt, cuius gr̄a fiūt alia, idq; priuatim alicui bonū eſt, q̄d illi eſt accommodatū, neceſſe ē, vt, quæ plura ſunt uno, & paucioribus, maiora ſint bona, mō in eis unū illud, atq; illa pauciora connumerent. hoc .n. mō p̄ſtant, &, quod in eis inclu-

G ſum eſt, ſuperatur, & ſi, qđ maximum eſt I aliquo genere maximo alterius generis ſtabit, & genus generi, & contra ſi genus generi præſtabit, ẽt qđ eſt maximum maximo: vt, ſi maxim⁹ vir maxima muliere maior erit, etiã ſimpliciter viri mulieribus maiores erũt: &, ſi mulieribus viri maiores ſint, etiã maximus vir maxima muliere maior erit. eandem.n. habẽt rationem exuperantiæ generũ, et eorum, quæ ſunt in ipſis gene-
H ribus maxima: & qñ huic illđ fuerit conſequens, hoc autẽ illi nõ fuerit, certe hoc maius erit. Tribus autẽ modis aliquid cõſequi dicitur, aut vno & eodẽ tempore, aut deſceps, aut vi ac poteſtate: nam vſus eius, quod conſequitur, in altero conſiſtit. vno vero & eodem tempore vita bonam valetudinem conſequitur, ſed non contrã, neq.n. bona valetudo conſequitur vitã: deſceps autem, vt diſciplinam
I conſequitur ſcia: vi ac poteſtate, vt ſacrilegium facere plus ẽ, q furari: nam qui ſacrilegium facit, etiam furabit. Illa quoq; maiora ſunt, quæ rem magnã magis exuperant: neceſſe eſt.n. vt etiam illam maiorem exuperent, &, quæ maiori boni conſiſtentia ſunt, ea maiora ſunt bona: hoc enim maioris boni natura poſtulat, vt maius bonum conficiat. & contra, maius illud bonum eſt, cuius conficiens eſt maius: vt, ſi, qđ eſt ſalubre, magis eſt expetendum, quã, quod K
eſt iucundum: certe bona valetudo voluptate maior erit: &, quod pp ſe expetẽdum, eo, qđ propter aliud: vt vires corporis rebus ſaluberibus præſtant: hæ nanq; propter aliud, illæ vero propter ſe expetũtur. Quod eſt boni proprium, & quod rationem finis habet, eo maius ẽ, quod non habet, nam hoc alterius gratia eſt, illud autem ſui ipſius, vt exercitatio ſit bonæ valetudinis grana. Et quod minus eget alio, vel aliq̃, maius ẽ, L
quia magis, q̃ alia, ſe ipſo eſt cõtentum, illud autem minus indigere dr̃, quod vel pauciori-bus, vel facilioribus indiget. Et qñ res aliqua ſine altera nõ eſt, aut non eſſe põt, altera vero ſine hac, certe illa maior eſt, id.n. magis quam alia, ſe ipſo contẽtum eſt, quod nõ indiget. itaq; maius bonũ videtur: &, ſi hoc alicuius rei principium fuerit, illud autem non fuerit: &, ſi hoc cauſa fuerit, illud autem nõ, ea-
dem ferẽ ratione: qm̃ ſine cau- M
ſa, & ſine principio fieri nõ poteſt, vt aliquid ſit, aut fiat. Et, cum duo principia ſunt, quod à maiore principio pficiſcitur, maius eſt: &, cum duæ ſunt cauſæ, quod à maiori cã naſcit, maius eſt, & cõtra propoſitis duobus principiꝭ, qđ rei maioris principiũ eſt, illud eſt maius, et, propoſitis duabus cauſis, q̃ maioris rei cã eſt, illa eſt maior. Ex ĩſs, quæ dicta ſunt, ꝓſpicuũ eſt,

vtroq;

A vtroq; mō posse aliquid maius videri. nā, si hoc principium ē, illud aūt non est, videbitur esse maius, & contra, si non principium hoc est, illud vero est principium. quod. n. vltimū finisq; est, maius est: nō, qđ principiū: quemadmodū Leodamas, cū Callistratū accusaret, dixit, eū, qui consiliū dederat, magis in culpa esse, q̄ī, qui scelus committerat, neq; n. scelus illud commissum fuisset, nisi eius auctor & consiliarius extitisset. at vero, cum accusaret Chabriā: dixit, eum magis peccasse, qui fecerat, q̄ī, qui consuluerat: neque n. flagitium extitisset, nisi esset inuentus, qui faceret. huius. n. gratia deliberant, vt, quod statutum fuerit, efficiāt. Et, quod rarius est, affluēti est prēstāti9: vt aurum ferro: q̄ quamuis minus sit vtile: tamen eius possessio maioris ēstimatur, quia difficilior est. quod ī aliquibus rebus contrà se habet: liquidem, quod vulgare est, ei, qđ ē rarū, anteponitur: qm̄ frequentior ē vsus. id. n. quo sæpi9 vtimur, præstat ei, quo rarius: vnde dicitur. Optima quidem aqua. Et oīno, quod difficili9 est, procliuiore maius eo, q̄ ēt rarius est. & contra, nonnunquā, qđ procliuius est, difficiliori præstat: sic. n. se habet, vt volumus. Preterea id maius est, cuius cōtrarium, est maius, et cuius priuatio, maior: & virtus non virtute, & vitiositas non vitiositate maior est. nā illæ fines sunt, hęc autem nō sunt fines. Et quorū opera pulchriora aut turpiora sunt, ipsa sunt maiora, & quorum virtutes aut uitia maiora, ēt opera, maiora sunt, quoniā, ut se habent causę & principia, ita etiā euenta. atq; ut euenta se habent, ita ēt causæ & prīcipia, & quorum exuperantia magis expetēda, aut melior est, ut acute uidere magis expetendū est, q̄ī olfacere, ergo etiā uisus olfactu præstātior: & sociorum studiosum esse, magis decet, q̄ī pecuniarum, quare studiū sociorum comparandorum, quā pecuniarū laudabilius est, & conuerso ordine rerū meliorū exuperantiæ meliores sunt, & honestiorum honestiores. Et, quorum cupiditates honestiores, et meliores sūt, ea quoq; meliora sunt, & honestiora: maiores. n. rerum maiorū sunt appetitiones, atq; ideo honestiorū, & meliorum sunt ēt meliores, & honestiores cupiditates. Et, quarum rerum scientiæ pulchriores, & exquisitiores sunt, ipsæ quoque res sunt pulchriores, & exquisitiores: quemadmodum enim scientia se habet, ita etiā uerum, & unaquæque scientia, quod ipsius est proprium præcipit, ac tradit. atque hac de causa rerum exquisitiorum, & pulchriorum etiam scientię sunt eadem ratione tales.

Et quod prudentes homines uel cuncti, uel multi, uel plu-

G res, uel præſtãtiſſimi maius bonũ eſſe iudicarent, aut antea iudicarunt, id eſſe tale neceſſe eſt, ſiue ſimpliciter in omnibus rebus, ſiue i ea re, cuiꝰ periti ſunt, iudicare. eſt autem hoc etiã in alijs omnibus cõmune, ut prudentes intelligant, & quid, & quantũ et quale: prout unaq̃q; ars, & ſcięti a tradit. At nos, hoc loco de bonis uerba facimus: nã antea bonum id eſſe ſtatuimus, quod res omnes, ſi prudẽtiam haberent, ſibi eligerent, ex
H quo perſpicuũ eſt maius id eſſe bonũ, quod prudentia magis expetit: & id, quod melioribꝰ adeſt. ſiue ſimpliciter, ſiue ex ea parte, qua meliora ſunt: vt fortitudo robori præſtat: & qđ vir melior eligeret vel abſolute, vel quatenus melior eſt: vt iniuriam accipere potius, q̃m inferre. Id etiã, quod iucundus eſt magis eſt expetendũ, q̃m minus iucundũ. nam omnia voluptatem ſequũtur: & eius ipſius cã iucunde viuere cupiunt. quibꝰ
I rebus boni, finisq; natura iã à nobis ſuprà definita eſt. iucundius aũt illud, eſt qđ & minus habet moleſtiæ, & diutius perdurat: & qđ pulchrius eſt minus pulchro: nam pulchrũ aut eſt iucũdũ, aut propter ſe expetẽdum. Ea quoq; maiora bona ſunt, quorũ ſibi homines, aut amicis auctores eẽ malunt, quorũ autẽ minime volunt auctores eſſe, ea maiora ſunt mala: et diuturniora bona breuioribꝰ, & ſtabiliora incertioribus: nã K
diuturniorum uſus tempore β ſtat, ſtabiliorum autem voluntate: quoniã quod ſtabile ac firmum eſt, uoluntatibus noſtris præſto ſemper adeſt: & eo pacto, quo à cõiugatis, et caſibus ſimilibus alia conſequunt: ut, ſi fortiter ſe gerere pulchrius, & magis expetendũ eſt, quã tẽperanter, etiam fortitudo magis erit expetenda, q̃m temperãtia, & fortem eſſe magis, quam eſſe temperãtem. Et, quod omnes expetunt, maius eſt, q̃m, qđ L
non omnes, & quod plures, q̃m qđ pauciores: bonum.n. id eſſe diximꝰ, quod omnes expetũt, itaq; maius id bonum eſt quod magis expetitur: & quod aut aduerſarij, aut hoſtes, aut diſceptatores, aut qui uere iudicare poſſe cenſentur. Illud.n. perinde eſt, ac ſi oẽs tale eſſe faterentur: hoc autem, ac ſi qui in ſua pote ſtate rem habent, & eius ualde ſunt intelligentes. Atq; interdũ illud maius habetur, cuius oẽs
M participes ſunt: labes.n. atque ignominia eſt, nõ illud participare: interdum illud, cuius nemo, aut pauci ſunt participes: id.n. eſt rarius: & quę laudabiliora: nam eadẽ ſunt honeſtiora: & ea, quibus maiores honores tribuuntur: honor enim tã quam ęſtimatio quędam eſt: et quibus pœnæ maiores eõſtituæ ſunt: & quæ maiora ſunt eis quæ omnes magna eſſe confitẽtur: aut quæ magnorũ ſpeciem

præ

A præ ſe ferunt. Et, quæ in parteis diſſecantur, maiora vidētur: nã in eis apparet plurimum rerum quædam exuperantia. vnde etiam Poeta ſcribit Meleagrum ab vxore ad bellum hac ratiõe ſuiſſe concitatum:

Quot mala concurrũt, quoties crudeliter vrbem
Diripiunt hoſtes: pereunt iuuenesq; ſenesq;:
Ilicet ignis edax euertit tecta domorum:
Abducunt alij natos.-

B Præterea componendo, & quaſi ſuperſtruendo fit, vt maius aliquid videatur: quemadmodũ Epicharmus facere cõſueuit. nã partim eadem fere ratione, qua diuiſio, etiam compoſitio, magnam oſtendit exuperantiã, partim quia principium, & cauſa rerum magnarum eſſe videtur. Quoniam autem id, quod difficilius eſt, & rarius, habetur maius, accidit, aut etiam occaſiões, ætates, loci, tempora, facultates res magnas efficiant. ſiquid enſ C ſupra vireis, & ſupra ætatem, & ſupra æqualeis, & ſi opportune, ſi loco, ſi tempore geſtũ fuerit, magnitudinem habebit & in rebus honeſtis, & in bonis, & in iuſtis, atq; etiam in contrarijs: quo ſenſu factum eſt epigrãma in victorem illum Olympiorũ:

His humeris ante, impoſita mihi corbe, redibam
Ex Argo, preſſus piſcibus, in Tegeam:

& Iphicrates, ſe ipſum laudans, ita dicebat: Ex quibꝰ initijs ad D hęc pueni: Atq; id, qđ innati, & inſitum eſt, aſſumpto & aduẽtio maius, quoniam etiam difficilius eſt, vnde Poeta inquit,

Ipſe meo didici Marte:-

& rei magnæ maxima pars, vt Pericles, cum funebrem orationem haberet, dixit, iuuentutẽ è ciuitate bello ſublatã, nõ aliter, ac ſi ver ex anno tolleret: & quæ in grauiori tempore ſunt vtilia, vt in ſenectute, & in morbo. Et duobus propoſitis, id quod fini propinquius eſt, etiã maius. & E quod priuatim alicui prodeſt, maius eſt ipſi, q̃ quod omnibꝰ abſolute: & quod fieri poteſt, melius, q̃ qđ nõ põt illđ. n. ſi ipſo ẽ, q deliberat, hoc aũt nõ: & quæ in ipſo fine vitæ manent: nã magis finis rationem habent, quæ ſunt ipſi fini accommodata, atque vicina. Et quæ rei veritatẽ ſpectantes, ſumimus, anteponẽda ſunt ñs, quæ ad opinionẽ. eorum autem, quæ ad opinionem ſpectant, hæc definitio eſt: ut ea ſint, quæ nemo aggrederetur, ſi F illa clam hominibus fore exiſtimaret. hinc eſt, q̃ quibuſdam accipere beneficium, quàm facere, præſtantius videri poſſet: illud enim, etiam ſi lateat, expetitur, conferre autem beneficium in alterum, ſi lateat, non ſane videtur quiſquam expetere. Et quicquid magis optãt homines eſſe, quàm videri, maius eſt: nã ad veritatẽ magis accedit: ideo ſunt, qui dicant iuſtitiam tenuẽ

pue-

G puſillāq; rē eſſe: quoniam præ-
ſtat iuſtum videri, quàm eē ſed
bene valere non item: & quod
ad multas res eſt vtilius, vt ad
viuendum,& ad bene viuendū
& ad voluptatem, & ad res ho-
neſtas conficiendas: quãobrem
diuitiæ,& bona valetudo maxi
ma eſſe bona videntur, qm̄ oēs
commoditates in ſe habent: &
qd' minus hēt moleſtiæ:& quod
voluptati coniunctū eſt, nā plu
ra ſunt vno: eſt.n. illic & volu-
ptas,qd'ē bonū.& indolētia. Et
H duobus propoſitis,id qd' eidem
rei adiūctū efficit, vt totum ma
ius ſit,magis eſt expetēdum. Et,
q̄ cum preſentia ſunt, clam eſſe
nō poſſunt,maiora ſunt,q̄ quæ
latent, qm̄ ad veritatem magis
accedūt,itaq; locupletē eſſe ma-
ius bonum videri poteſt,q̄ exi-
ſtimari:& quod amabile, & ca-
rum eſt, his quidem ſolum: illis
aūt cū alīs bonis coniūctū qua
re non æqualis pœna legibus eſt
conſtituta,ſiquis altero captum
I oculo cæcauerit, & ſiquis duos
oculos habenti, alterum effode-
rit:nam illi id ereptum eſt quod
maximè carum erat. Iam igitur
vnde ſumenda ſint argumenta
& in ſuadendo, & in diſſuaden-
do,ſerè dictum eſt.

Pernoſcendus eſſe rerumpublicarum ſpecies, ac ciuitatium mores ad bene cōſulendum. Quot, & quæ ſint ciuitatum ſpecies.

Cap. 8.

MAximum aūt, & poten
tiſſimum oīum ad per-
ſuadendi facultatem,& bene cō K
ſulendum id eſt,ſiquis Reſp.om
neis cognitas habeat, & vniuſ-
cuiuſq; mores inſtituta atq; vti
litates intelligat:oēs. n. vtilitate
mouentur.Illud aūt vtile eſt,qd
ciuitatis ſtatum conſeruat. præ
terea decretum id firmum eſt,
quod ab illo ordine factum fue
rit,in cuius poteſtate oīa conſti-
tuta ſunt.ſummæ verò poteſta-
tes ſecundum Rerumpu. ſtatus
diſtributæ ſunt, quot enim Re-
rump.genera ſunt, totidem etiā
ſunt ſummæ poteſtates. Sūt aūt L
Rerūp.genera quatuor, demo-
cratia, oligarchia, ariſtocratia,
monarchia. itaq; ſumma pote-
ſtas,quæ de rebus iudicet, aut ē
eorum generū aliqua pars, aut
totum. Ac democratia quidem
eſt Reip.ſtatus. in quo ſortitiōe
tm̄ magiſtratus diſtribuuntur.
Oligarchia vero eſt, in qua ex
cenſu magiſtratus eliguntur. A-
riſtocratia dī illa, in qua magi-
ſtratus diſtribuuntur hīs,qui di-
ſciplinam perceperunt: diſcipli M
nam, autem eam intelligo, quæ
a lege conſtituta ſit. nam qui p-
manent in inſtitutis ciuitatis,in
ariſtocratia magiſtratus gerūt:
neceſſe eſt enim huiuſmodi vi-
ros optimos videri,vnde etiam
ariſtocratia nomen habet. Mo-
narchia eſt,vt nomen indicat in
qua vnus oīum dominus eſt: q̄
ſi definita eſt,& ordinem quen-
dam ſeruat regnum vocatur, ſi
vero inordinata, atq; ex vnius
libidine,tirānus appellaī. Opor-

tet

A tet igitur, finem vniuſcuiuſque Reip. cognitum habere: nam ea ſingulæ quęrunt, quæ ad finem ſuum tendunt: eſt aũt democratiæ finis libertas, oligarchiæ diuitiæ, ariſtocratię quę ad diſciplinã legesq; ciuitatis pertinẽt, tyrãnidis cuſtodia. Perſpicuũ eſt igitur, oportere diſtincta, & cognita habere omnia, quæ ad finem ſpectant, vt mores, vt iſtituta, res vtileis. nam oẽs, quæcũque eligunt, ad finem ſuum referunt. Et qm̃ fides non tm̃ argumentis fit: ſed ẽt or̃one, quę dicẽtis mores exprimit (credim⁹. n. ei, qui ita affectus eſſe videt, vt aut vir bonus appareat, aut beneuolus, aut vtrunq;.) opus eſt vniuſcuiuſq; Reip. mores bene cognitos habere: mores. n. cuiuſque ciuitatis, or̃one expreſſi, neceſſe eſt, vt ad perſuadẽdũ vim habeant maximam, qui quidẽ ex eis, q̃ ante dicta ſunt facile cognoſci poterunt. nã ex eo, quod ſibi quæq; ciuitas propoſuit, aperte mores cognoſcunt: propo
C nunt aũt ea ſibi, quę ad finẽ referunt. Sed iã q̃ ſibi, ꝓponere debeant illi, qui ſuadẽt aliqua, tanq̃ futura, & inſtãtia, & vñ poſſint argumenta de eo, qd' vtile eſt ſumere, & p̃terea de moribus, & iſtitutis, quib⁹ ſinguli ciuitatum ſtatus regunt, quibus rõnibus, & qũo poſſimus dicendi copiã habere, quantũ decuit in hac arte quærere diximus: nã in libris de Rep. de his accuratius pertractatum eſt.

De honeſto ac laudabili: quæ ad demonſtrationis genus pertinent.
Cap. 9.

D Einceps autem de virtute & vitio, de honeſtate & turpitudine dicam⁹: laudanti. n. & vituperanti ſunt hi propoſiti fines ſimul ẽt illud commodum cõſequetur, vt dũ hæc agimus, ẽt illa declaremus, vnde mores noſtros oſtendam⁹ quod erat ſecundum probationis genus: ex ĩſdem. n. locis & nos ipſos, & alium quẽlibet ita ornabimus, vt tanq̃ probis viris, & virtute prædítis fides habeatur. Et quoniam ſæpe fit, vt vel animi gratia, vt ſerio, ſtudioſeq; laudemus non tãtum hominem, aut Deum, ſed etiam ea, q̃ anima carent, & quodcũq; aſal nobis viſum fuerit: eodem mõ, quo in ſuperiori genere fecim⁹, etiam de his rebus videndũ, un de propoſitiones ſumendę ſint. quare non exquiſitẽ, ſed exempli tantum gratia de his etiam dicamus.

Pulchrum igitur id eſt, quod F cum ꝓp̃ ſe ſit expetẽdum, eſt ẽt laudabile, vel quod cum bonũ ſit, eſt etiam iucundum, quatenus bonum. Quòd ſi pulchrum eſt huiuſmodi: neceſſe eſt virtutem eſſe pulchram: quoniam cum ſit bona, eſt etiam laudabilis. virtus autem eſt, vt fere videtur, facultas comparandi quę bona ſunt, & eadem conſeruandi, & facultas multa, & magna in alios merita conferendi,

&

G & quæ poteſt omneis omnibus in rebus adiuuare. partes autem virtutis ſunt iuſtitia, fortitudo, temperantia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, manſuetudo, prudentia, ſapiẽtia. Neceſſe eſt autem, omnium virtutũ eas eſſe maximas, quæ ſunt alĩs vtiliſſimæ, ſi quidem virtus eſt facultas beneficia conferendi. Atq; hac de cauſa iuſti, & fortes viri maxime honorantur: hi .n. in bello, illi vero etiam in pace multis vtiles ſunt. deinde liberales ideo ſunt H honore, quòd fortunas ſuas erogant: neque de pecunĩs digladiantur, quarum reliqui mortales magnopere cupidi ſunt. Eſt autem iuſtitia virtus, per quam ſinguli res ſuas habent, & eo modo, quo lex præcipit, iniuſticia vero, per quam aliena contra legem poſſidentur. Fortitudo eſt virtus, per quam homines res honeſtas in periculis aggrediuntur: easq; gerũt, vt lex præcipit, & ſe legum miniſtros prębent. timiditas vero vitium eſt contrarium. Temperãtia virtus eſt, cuius opera homines ita corporis voluptates moderantur: vt lex iubet. intemperantia vitium eſt contrarium. Liberalitas eſt, quę pecunĩs ſuppeditandis pluribus benefacit: cui cõtraria eſt illiberalitas. Magnanimitas eſt virtus, quæ maxima in alios beneficia confert. huic cõtraria ẽ animi paruitas. Magnificentia virtus ẽ, q̃ in ſumptibus faciendis amplitudinem ſequitur. huic etiã animi paruitas, & tenuitas eſt cõtraria. Prudentia eſt virtus rẽ̃ũ, per quã de bonis rebus, & malis, q̃ ad beatam vitam pertinent, hoſes bene conſulere poſſunt. Ac de virtute quidem, & vitio, deq; partibus eorum, quantũ ad hãc præceptionem attinet, ſatis in præſentia dictum eſt. nam cætera dignoſcere, non eſt difficile: planum eſt. n. eas res quæ virtutis efficiẽtes ſunt, neceſſariò honeſtas eſſe, quoniam ad virtutẽ referuntur. & quę a virtute proficiſcuntur, quales ſunt virtutis ſignificationes & actiones. Qm̃ autem ſigna, & huiuſmodi res, quæ ſunt alicui⁹ boni opera, aut affectiones, honeſtæ ſunt: neceſſe eſt, vt quæcunq; fortitudinis opa, aut ſigna ſunt, vel fortiter geſta, ſint etiã honeſta. Et quæ iuſta ſunt opera, quæque iuſte fiũt: nõ tm̃, q̃ iuſte patimur, ſunt honeſta. nã ſi hac ſola virtute, nõ ſemper, qd̃ iuſte fit, eſt honeſtũ: in luẽda. n. pœna, q̃ legibus ſpoſita eſt turpius ẽ iuſte, q̃ iniuſte plecti: ſed I alĩs virtutibus vno atq; eodẽ mõ ſe res hẽt. Et ea, quibus premium propoſitũ eſt honor, honeſta ſunt: & quæ magis honore, q̃ pœcunia compẽſantur: & quæ, cum ſint expetẽda, potius aliena cauſa, q̃ ſua fiũt: & quæ ſunt abſolute bona: & quæ neglecta propria ſalute, pro patria geruntur ab aliquo: & quæ bona dantur a natura: & quæ non illi ipſi, qui habet, K L M fru-

A fructum afferunt: nam q̃ afferũt eius ipſius gratia ſunt: & quæcunque mortuo ſæpius, q̃s viuo contingere ſolent: nam, quæ viuo fiunt, ipſius gratia facta videri poſſunt: & quęcunq; opera fiunt aliorum cauſa: minus enim ipſius gratia: & quæ ſ alienis negocijs curandis, bene conficiuntur: non autem in ſuis & quę p̃pter eos fiunt, a quibus beneficium acceptum fuerit: hoc.n. iuſtum eſt: & bene facta in alios: quoniam ad proprium fructũ
B non referuntur: & eorum contraria, propter quæ ſolent homines erubeſcere. nam propter turpia, cum aut ea dicũt aut faciũt vel cum dicturi facturiq; ſunt, erubeſcunt quemadmodum Alcæo poetæ reſpondit Sapphò. cum enim ille dixiſſet, Cupio te cum quædam loqui, ſed me deterret pudor: illa ſic inquit: Si te bonarum aut honeſtarum rerũ deſiderium teneret: neq; lingua tua flagitium aliquod proferre tentaret: non ſane pudor oculos tuos occupaſſet: ſed de re iuſta libere verba feciſſes. Et ea, de quibus homines anguntur, cum tñ non metuant ſunt honeſta. de ħs enim angũtur, & ſoliciti ſunt homines, quæ recta ad gloriam tendunt. Honeſtiores etiam eorum virtutes & opera ſunt, qui natura ſunt meliores, vt viri, q̃ mulieris, & virtutes illæ, quib⁹ alij magis frugi poſſint quàm illi ſ quibus ſunt: qua de cauſa iuſtũ & iuſtitia honeſta eſt: Qui ẽt hoſteis potius vlciſci quã cũ illis in gratiam redire honeſtum eſt. nam par pari referre, iuſtum eſt: quod autem iuſtum, eſt etiã honeſtum, præterea viri fortis eſt, non pati ſe inferiorem eſſe. Victoria quoq; & honor ſ reb⁹ honeſtis sũt: expetuntur enim, ẽt ſi nullum fructum ferant: & quandam virtutis exuperantiã oſtendunt. Et quæ memoriã alicuius ornãt, honeſta ſunt: & quã to magis ornant, tanto ſunt honeſtiora. Et quę mortuũ ẽt con
D ſequuntur, & quibus honor co-
E mitatur & quæ eximia ſunt, q̃que ſolus aliquis poſſidet, honeſtiora putantur: magis.n. res huiuſmodi celebrantur: & prædia minime fructuoſa, magis.n. liberalia ſunt. Et quę propria ſingularum ſunt, habẽtur honeſta: & quæ ſunt indicia rerũ, apud ſingulas genteis laudatarũ: vt apd Lacedęmonios alere comam honeſtum eſt: eſt.n. ingenuitatis ſignũ: neq;.n. facile ẽ ei qui comã alit, aliquid ſeruile op⁹ exequi. Honeſtũ eſt ẽt nullã artẽ exerce
F re mercenariã: nã liberi hoſ, priũ eſt, nõ ad alterius arbitriũ viuere. Aſſumẽda præterea ſunt ea, quæ vicina ſunt & proxima rebus ipſis, vel ad laudẽ, vel ad vituperationem: vt ſi cautum & ſibi fidentem hominem, timidum & inſidioſum vocemus, ſi fatuum bonum: ſi lẽtum mãſuetum: & in quacũq; re ſemper ex cõſequentibus id, quod optimum videtur capiamus: vt ſi iracundum,

G dum,& truculentũ, ingenĥ ſim
plicis hominem dicamus: & ſi
contumacem magnificum, &
grauem:& qui in eo quod eſt ni
mium peccant, ſi ita probemus
quaſi in mediocritate virtuti-
busq; conſiſtant: vt ſi temerariũ
fortem, prodigum liberalem ap
pellemus, ſic.n. imperitæ multi-
tudini eſſe videbitur. Quinetiã
ſubeſt ratio, cur in errorem ple-
riq; ducantur: nam qui pericula
non neceſſaria ſubit, multo ma-
gis videtur id facturus: cum ali-
H qua res honeſta poſtulabit: & q
pœcunias temere profundit, is
etiam amicis facile ſubueniet.
nam ab exuperantia quadã vir
tutis prouenit, omnibus benefa
cere Sed videdũ eſt, apud quos
quempiam laudes: nam vt aie-
bat Socrates: nõ difficile eſt, A-
thenienſeis Athenis laudare. o-
portet autem id, quod apud ſin
gulos in precio eſt, tale ſua vi eſ-
ſe dicere: vt apud Scythas, vt La
cones, vel philoſophos: & omni
no, quod in precio eſt, ad hone-
I ſtum referri debet, qm̃ propin-
quum eſſe videtur & quæcũq;
illi conueniunt, qui laudatur, di
cenda ſunt, vt ſi res dignas ma-
ioribus ſuis geſſit: & ſi hoc alĩs
rebus, ab eo, præclarè geſtis rñ-
det: eſt.n. beatũ, & honeſtũ, ho-
nori parto honorẽ adiũgere: aut
ſi p̃ter id, qđ cõueniebat aliq̃d ſ
meliorem, honeſtiorẽq; partem
effecit, vt ſi cui res ſecũdæ ſunt,
is moderatus ſit, & ſi cui fortu-
na eſt aduerſa, is magno ſit ani-
mo, aut opibus, & dignitate auctus &
melior, & placabilior euaſerit: ta
le fuit illud Iphicratis dictum,
E quibus initĩs ad quas res, &
victoris Olympiorum,
His humeris ante, impoſita mi-
hi corbe:-
atq; illud Simonidis,
Hæc habuit patrem atq; virum
fratresq; tyrannos.
Quoniam autem laus factio
nibus conſiſtit, & boni viri pro
prium eſt, in rebus gerendis de-
lectum adhibere, danda eſt ope-
ra, ut oſtẽdamus eum quem lau
K damꝰ, delectu adhibito, res ſuas
geſſiſſe: ad quod probãdum vti
le erit oſtendere ſæpius illum re-
cte feciſſe. Itaque illa etiam, quę
caſu fortuitoq; contingunt, tan-
quam conſilio & ratione facta
ſint, laudare debemus. nã ſi mul
ta, & ſimilia prolata fuerint: ea
uirtutis, & conſilĩ ſignum eſſe
uidebuntur: laus enim eſt ora-
tio, quæ uirtutis magnitudinẽ
explicat, Quare res geſtas eius,
quem laudamus: ita tractare o-
portet, quaſi a uirtute profectæ M
ſint: laudatio enim totam ab a-
ctionibus pendet. Quæ uero ex
trinſecus aſſumuntur, ad fidem
faciendam ualent: ut nobilitas
atque educatio: credibile eſt. n.
ẽ bonis parentibus, bonos naſci
filios: & eum qui bene fuerit
educatus, bonum futurum. qua
re laudamus eos, qui iam præ-
clare aliquid geſſerunt: actio-
nes enim & opera ſigna ſunt ha
bitus animi. & certe illum etiã

lau-

A laudarem⁹, qui nihil adhuc lau
de dignum geſſit, ſi certum ha-
beremus, eum talem futurū. At
uero beati & felices appellatio
eadem eſt: differt tamen a laude
atq; encomio. nam quemadmo
dum felicitas uirtutem cōtinet:
ita felicis appellatio laudem &
encomium complectitur. Ha-
bent autem quandam commu-
nem ſpeciem demonſtratiuum
genus, & deliberatiuum. nam
quæ utiliter in ſuadendo conſi-
lia dantur, ea commutato dicen
B di genere in lau lationes tranſe-
untur. Cum igitur ea ſint explica
ta, quæ uirum probum agere o-
portet: ſi uoluerimus eadem ad
præceptiones, ſuaſiones q; tradu
cere: dicendi tantum genus mu
tare, & conuertere opus erit: ut
ſiquis ita dicat: Nō oportet quē-
quam efferri animo propter ea,
quæ dantur a fortuna: ſed pro-
pter ea, quæ in ipſo poſita ſunt.
hoc præceptum erit, ſed illo mō
laus: Animo ſe ſe efferebat, non
ob ea, quæ data ſibi fuerāt a for-
C tuna: ſed quę in ſe ipſo poſita ha
bebat. quare, cum aliquem lau-
dare uolueris conſidera, quæ il-
li præcepta dares: cum autē præ
cipere uolueris uide, quid eſſet
in eo laudandum. dicendi uero
genus neceſſario cōtrarium eſt:
cum id quod ſmutatur, ex pro-
hibente in non prohibens trāſie
rit. Vtēdū eſt ēt multis argumē
tis, q̄ amplificādi uim habeant:
ut ſi ſolus aut primus, aut cum
paucis ſocijs feciſſe dicatur, aut
ipſi⁹ potiſſimū ſ eo uirt⁹ enituit. D
hæc. n. oſa ſunt honeſta. A tri-
bus ēt, & occaſiōibus amplifica
re licet: ut ſi qua p̄ter expectatio
nem facta fuerint: & ſi ſępius ea
dē in re ſe recte, fœliciterq; geſſe
rit: hoc. n. magnū uī, & nō a for
tuna, ſed ab eius cōſilio factū: &
ſi ea quæ hoſes excitant, & ho-
uorem adferūt, ab eo quē lauda
mus inuenta fuerint, & p̄parata
& in quē prima fuit edita laudā
tio, ut Hippolochū: ſicuti Har
modio, & Ariſtogitoni primis
in foro ſtatuæ collocatæ ſunt, eo E
dē mō res ſe ſe hēt in contrarijs.
Quòd ſi nō poteris eū per ſe co
pioſe laudare: ex aliorū cōpara-
tione laudes eius amplificabis:
qđ Iſocrates faciebat ex conſue-
tudine docendi, quæ ad iudicia
le genus pertinerent. ſed cū eis
comparare opus eſt, qui cū lau-
de uixerunt: ſic. n. eius dignitatē
amplificare poteris, ſi docueris
eum præſtantibus uiris antepo
nendum. Cadit autem i exorna
tiones potiſſimum amplifica-
tio: nam in exuperentia eſt quę F
ipſa rerum honeſtarum una ha
betur. quare ſi cum preſtantib⁹
uiris nō potueris: cum alijs qui-
buslibet cōferas: oſa. n. exuperā-
tia uirtutem quandam uidetur
ſdicare. omnino uero ex uniuer
ſis dicendi formis, quæ tribus
generibus cōes ſunt, amplifica-
tio demonſtratiuo generi maxi
mē eſt accommodata. nam qui
laudāt res manifeſtas, & certas
ſumunt: itaque reſtat eis tan-

tum

G tum magnitudinem & pulchri
tudinem adiungere. Exempla
vero deliberatiuo generi maxi-
me conueniunt: nam ex præteri
tis futura coniicientes, quid sit
agendum statuimus. Argumen
tationes iudiciali gñe sunt ma
xime necessariæ: quod.n. factũ
esse dicitur, propterea q̃ erit ſcer
tum, causam, & probationem re
quirit. Hæc tere sunt ex quibus
laudationes oẽs & vituperatio-
nes ducuntur: & quæ respicere
H eos oportet: qui laudant & vitu
perant: & vnde encomia oppro
briaq̃ conflantur. his.n. cogni-
tis quæ contraria sunt: facile co-
gnoscuntur, nam ex contrariis
vituperatio constat.

*De accusatione, & defensione, quæ ad iu-
diciale genus pertinent: ac primum
de eo, quod est vniuersum ac-
ſerre. Cap. 10.*

RElíquum est igitur, vt de
accusatione, & defensiõe
verba faciamus: & ex
I quot numero, qualibusq̃ ratio-
nes colligere oporteat. Tria ve-
ro sunt, quæ in hoc genere sume
re oportet, primo quænam sint
& quot, quæ vt consequantur,
homines iniuriam faciunt: dein
de quomodo affecti, quemp̃
iniuste lædant, tum quos, qua-
leisq̃ offendant: quæ singula de
inceps declarabimus, si prius,
quid sit iniuriam facere, defini-
uerimus. Est igitur iniuriam fa
cere, sponte contra leges alicui
nocere. leges verò sunt vel pro-
priæ, vel communes: propriam K
legem eam voco, quæ scripta est
& qua vtimur in Rep. commu-
nem vero, quæ licet scripta non
sit, tñ ab omnibus probari, con-
firmariq̃ videtur. Sua sponte di
cuntur facere, qui scientes faciũt
& a nemine coacti. non tñ quæ-
cunq̃ sponte faciunt, etiam con
sulto, & delectu adhibito faciũt:
sed quæcunque faciunt consul-
to, & adhibito delectu, ea scien-
tes omnia faciunt: neq̃ n. quis-
quam quod ignorat id eligit.
Quæ vero impellunt homines, L
vt cõtra leges aliquem offende-
re velint, & iniusta facere nõ du
bitent duo sunt, vitiositas & in
continentia. nam qui vel vno
vitio, vel pluribus tenentur, in
eo ipso quo vitiosi sunt: etiam
iniuriosi esse solent, vt auarus &
illiberalis in pecunia quærẽda,
intemperans in explendis cor-
poris voluptatibus, molliseau-
tem & ignauus in ocio ample-
xando, timidus in periculis sui
tandis: nam eos qui cum ipso
perichitantur, propter timorem M
deserit. ambitiosus propter ho-
norem iniurius est: iracundus
propter iram: contentiosus pro
pter victoriam, amarus asperq̃
natura propter vltionẽ, insipiẽs
eò, q̃ de æquo, & iniquo peruer
se iudicat, impudens eo quòd fa
mam & existimationem suam
negligit. Atq̃ eodem modo sin
guli alĩ in rebus ñis sunt iniurĩ,
quas auidè cupiunt. Reliqua e-
nim, quæ multa sunt, partim ex

ñis

A ñs perſpicua ſunt, quæ iã de virtutibus diximus, partim autem intelligentur ex ñs, quæ de perturbationibus poſtea dicemus. Reſtat, vt explicemus, cuius rei gratia ſoleant homines iniuriã inferre, & quomodo affecti, & quibus nocere ſtudeant: primũ igitur diſtinguamus, quæ nam appetẽtes, & quæ fugiẽtes, iniuria quẽpiam afficere moliamur. Perſpicuũ eſt.n. accuſatorẽ oportere diligẽter aduertere, quot eorum, & quãta ſint in reo, quæ cu
B pientes homines iniuriã inferãt, defenſorem autem, quot, & quã ta non inſint.

Omnes autem omnia faciunt partim non per ſe ipſos, partim uero per ſe ipſos: &, quæ non per ſe ipſos faciunt, partim fortuito, partim neceſſarie faciunt & eorum, quæ neceſſarie, partim ab externa vi, partim ab inſita natura facere coguntur. quare omnia, quæ nõ per ſe ipſos homines agunt, partim à fortuna
C proficiſcuntur, partim à natura, partim ab externa vi. Quæcũq; vero per ſe faciunt, & quorũ ipſi auctores ſunt, ea vel propter conſuetudinem, vel propter appetitum faciunt, & appetitum quidem vel rationis compotem, vel expertem rationis, eſt autem voluntas, appetitus boni cũ ratione, nemo.n. aliud vult q̃ id, quod bonum eſſe iudicarit, appetitus uero rõnis expertes duo ſunt, ira, & cupiditas. Quamobrem omnia, quæ faciunt homines, neceſſe eſt, vt ſeptem cauſa- D rum oriantur ab aliqua, hoc eſt, vel a fortuna, vel a vi, vel a natura, vel a conſuetudine, vel a ratione, vel ab ira, vel a cupiditate. Velle autem, quæ agunt homines, etiam ex qualibet ætate, aut habitu animi diſtinguere, ſu peruacaneum eſt. nam, ſi contingit in iuuentute cito iraſci, aut cupiditatibus trahi: hæc nõ ætati ſunt attribuenda, ſed iræ, & cupiditati, neq; propter diuitias, aut paupertatem quicquam agunt: ſed vſu venit pauperibus, E ſuadẽte egeſtate, vt pecunias cupiant, diuitibus autem, ob facultatem vt cupiant minime neceſſarias voluptates. ſed etiam hi, quæ agunt, non aut diuitijs, aut paupertate impellente, ſed hortante cupiditate faciunt. eodem modo iuſti & iniuſti, & alij, qui ex habitu animi quippiam facere dicuntur propter hæc eadem faciunt, uel enim rationẽ, uel mores ſequũtur. ſed in hoc differũt, q̃ aliqui bonis moribus, & affe F ctionibus ad agendum impellũtur, aliqui vero contrarijs. Illud quidem certe contingit, ut diuerſos habitus animi diuerſæ actiones conſequantur. confeſtim.n. fortaſſe temperanti propter temperantiam contingit, vt eũ opiniones, & cupiditates bonæ comitentur, intemperanti vero, cõtrariæ de ijſdem rebus. Itaq; diuiſiones hmõi prætermittendæ ſunt, atq; illud conſiderandum, quæ quibus conſequentia ſint.

G fiue.n.alb⁹ ſit,ſiue niger, ſiue magnus, ſiue paruus, nihil eorũ, q̃ dicta ſunt,ideo cõſequi ſolet:ſed, ſi iuuenis ſit aut ſenex,iuſtus aut iniuſtus: iã plurimi intereſt. & oino videda ſunt oia quæ, cum accidunt, hominum mores variant,atq; commutant:vt, ſiquis ſe diutẽ eſſe exiſtimet aut patrem, permagni intererit, & ſi fortunatum aut infortunatũ.ſed de his poſtea ſuo loco dicemus: nunc ea,quæ reſtant primo perſequamur. A fortuna igitur dicuntur ea prouenire,quorũ cauſa incerta atq; indefinita eſt, nec certum ſibi finem propoſitũ habent: neq; ſemper,neq; plerũq;, neq; ordinate fiũt: quæ quidem oia, ex ipſius fortunæ definitione perſpicua ſunt. A natura proueniunt ea, quorum cauſa in ipſis conſtituta eſt,& ordinata,vel enim ſemper, vel plerunq; eodẽ modo fiunt.de ijs vero, quæ contra naturam fiunt, nihil attinet hoc loco ſubtilius diſputarẽ,vtrũ I a naturæ aliqua vi, an ab alia quadam cauſa gignantur:nã fortuna ẽt eorũ omnium videri cauſa põt.Per vim ea fieri dicuntur, quæcunq; fiunt quidem ab aliquibus, ſed tamen contra cupiditatem,& voluntates eorum ipſorum,qui illa faciunt.Conſuetudine faciunt homines ea, q̃ iã antea ſæpius fecerunt: & ideo nunc facilius efficiunt. Conſilio ac ratione fiunt, quę prodeſſe videntur, & ſunt ẽ numero bonorum,quæ ſupra diximus:vel tanquam fines: uel tãquam ea,quæ K ad finem perducunt:&,hoc,quãdo propter ipſam vtilitatẽ fiũt. nam etiam intemperantes quædam quæ ſunt vtilia faciunt, nõ tamen propter vtilitatem,ſed ꝓpter voluptatem.Propter excandeſcentiam autem & iram fiunt ea, quæ ad vltionem pertinent. differunt autem inter ſe ultio,& caſtigatio:caſtigatio.n. eius gratia eſt,cui dolor inurĩ: vltio vero eius, qui ſuam iniuriam vlciſcitur, ut animum expleat. verum, quibus in rebus excitetur L ira,perſpicuum erit, cum de perturbationibus animi poſtea dicemus. Propter cupiditatem ea fieri ſolent,quæcunq; iucũda & ſuauia vĩr. nam & quod alicui familiare eſt, & in quo quis diu verſatus ſit,inter res iucũdas cõnumeratur, multa.n.quæ natura ſua iucunda non ſunt, tamen iucunde faciũt homines,cum aſſueuerint. Itaq; (vt ſummatim dicã) quęcũq; per ſe ipſos homes faciunt, ea oia uel bona ſunt vel M bona videnĩ, vel iucunda ſunt, uel ſpeciem iucunditatis habẽt. &,quoniam, quæ per ſe ipſos agunt homines,ea ſponte faciunt &, quæ non per ſe ipſos, ea non ſponte:ſequitur, vt quæcunque ſponte faciunt, ea uel bona uel ſimulata bona ſint,uel iucũda uel iucunditatis ſpeciem habentia. Ego enim etiam liberationem malorum, & eorum, quæ mala uidentur,& minoris mali optionem pro maiore in bonis collo-

co,

A co, quodam enim modo ſunt ex petenda: & prætera rerum moleſtarum,& earum,quæ moleſtę uidentur, liberationem, uel minoris moleſtiæ optionē pro maiori, eodē modo in iucundis numero. Videdum igitur,quæ ſint utilia,quæ iucunda.ſed, quia de utili iā ſupra in deliberatiuo genere diximus,reliquum eſt,ut in præſentia de iucūdo diſſeramus. Eas uero diſſinitiones huic præceptioni ſatisfacēr debemus exiſtimare, quæ de ſingulis rebus
B proſatę,neq; obſcuræ,neque,exquiſitæ fuerint.

De Iocundis. Cap. 11.

POnamus igitur, uoluptatem, motum animi quendam eſſe, & ſubitam, ſub ſenſumq; cadentem inſtaurationem ad explendam naturam. huic autem contraria eſt moleſtia. Quòd ſi uoluptas eſt huiuſmodi:perſpicuum eſt, id eſſe iu
C cundum, quod eius affectionis efficiens eſt: quod aūt eam effectionem interimit, aut quod illi contrarium ſtatum inducit,moleſtū eſt.neceſſe eſt igitu r eſſe iucundum plerunq;, cum quis ad id accedit, quod ipſi eſt ex natura:& præcipue,cum ea,quæ fiūt a natura, ſuam ipſorum naturā recuperarint. Et conſuetudo iucunda eſt:id enim,cui quis aſſuetus, tam illi tanquam innatum, inſitumq; eſt,nam ipſa conſuetudo quandam cum natura ſimilitudinem habet. quod.n.crebro fit,non multum abeſt ab eo, qđ D
ſemper fit.quę uero ſemper fiūt, a natura proueniūt, quę crebro a conſuetudine.Et,quod non eſt uiolentum,eſt iucundum: uis.n. contra naturam eſt.ideo neceſſitas omnis eſt moleſta,rectęq; dictum eſt a poeta quodam,

Inſuaue eſt ſemper, fieri quodcunque neceſſe eſt.

Et ſedulitates,ſtudia, contentionesq; animi moleſtæ ſunt.hęc.n. omnia neceſſaria, ac uiolenta ſunt: niſi fortaſſe quis in eis diu
E uerſatus fuerit,tunc.n.conſuetudo iucunditatem parit. cōtraria uero ſunt iucunda:ideo ceſſationes,ocia,relaxationes,ludi,quietes, ſomnus in iucundis ponuntur:nihil enim horum eſt neceſſarium.Id etiam omne, cuius cupiditate tenemur, eſt iucūdum: cupiditas.n.rei iucundę appetitus eſt.cupiditatum aliæ ratione carent, aliæ ſunt cum ratione cōiunctæ: ratione carenteis eas uo
F co, quas non iudicio, cogitationeq; noſtra ſuſcipimus, ſunt autem eiuſmodi, quæ natura nobis ineſſe dicuntur: ut, quæ propter uſum corporis nobis hęrēt: ut alimenti gratia ſitis & fames, & cuiuſque nutrimenti appetitio: &, quæ guſtatu percipiuntur: & quæ in Venereis rebus: & omnino, quæ tactu delectant: & odorum ſuauium, quinaribus ſentiuntur: & audiendi:uidendique cupiditates.cum ratione coniunctæ ſunt cupiditates ille,quas alicuius oratione p-

G ſuaſi homines concipiunt: multa.n.& videre, & acquirere capiunt,cum ab alijs ea laudari audiunt,& eorum uerbis fidem habent. Et quoniam iucūditas in quadam affectione ſentiēda poſita eſt, phātaſia uero ſenſus quidam eſt, ſed infirmus, & ei, qui recordatur,aut,ſperat,phantaſia comitatur eius rei, quam recordatur, aut ſperat: perſpicuū eſt, hoc ita poſita, voluptates etiam ex acriori recordatione, & ſpe
H concitari, fit enim aliquo modo ſenſus.Itaq; neceſſe eſt,omnia iucunda aut propter ſenſum eſſe præſentia, aut propter recordationē præterita, aut propter ſpē futura. ſentiunt.n. homines res præſenteis, recordantur præteritas ſperant futuras. Neq; tm̄ ea iucunda ſunt ex recordatione, quæ,cum adeſſent, erant iucunda,ſed quædam etiam,quæ moleſta fuerunt,ſi poſtea quippiam honeſtum, atq; vtile conſequat̄. quo fit, ut illud recte dictum ſit.
I Suauis eſt laborum præteritorum memoria:
& illud,
Nam iuuat, inſanos hominem meminiſſe dolores,
Quos tulit, infeſtis fortunæ caſibus actus.
huius autem rei cauſa eſt,qm̄ eſt ēt iucundum,nihil habere mali. In ſpe ſunt ea iucunda,quę,cum præſentia ſunt,uel oblectare, uel prodeſſe multū vīr:vel, quę ſine ulla moleſtia proſunt. Et in ſūma,quæcunq; nobis læticiam adferunt cum præſentia ſunt,eadem & ſperanteis, & recordanteis plerunq; delectant.itaq; etiā iraſci iucundum eſt, nemo.n.illi iraſcitur, quē ſe nullo modo putat ulciſci poſſe,neq; illis,qui valde ipſum opibus, potentiaq; ſuperant,aut, ſi iraſcitur, leuius remiſſiusq; iraſcitur: quēadmodū etiam Homerus de ira cecinit.
Dulcior effuſo quæ melle in pectore gliſcit.
Quin maximā cupiditatum partem voluptas quędam conſequitur. nam, aut dum recordātur ſe
L cupiditatē ſuam expleuiſſe, aut dū expleturos ſe ſperant, quodā genere voluptatis afficiūtur: vt, qui febre laborant,cū ſiti premū tur,& recordati fuerint, ſe aliqn̄ bibiſſe,ſperantq; futurum, vt bibant,gaudio afficiuntur: &, qui amāt, cum de amoribus ſuis aut loquuntur,aut ſcribunt, aut cānunt ſemper lætantur: nā in his omnibus, cū apud illos deliciarum ſuarum memoria vigeat, quaſi ſentire ſe eas,exiſtimāt. &
M hoc omnibus amoris initiū eſt, cum non tm̄ præſenti ſpecie gaudent,ſed etiam abſentem reuocātes in memoriam,diligunt;itaq; tunc amare incipiūt,cum id,qd̄ cupiunt, abeſſe dolent. Quin ēt in luctibus, & lamentationibus quædā voluptas innaſcitur. dolor .n. exiſtit ex eius deſiderio, qui mortuus eſt: voluptas autē ex recordatione,& quaſi conſpectu eiuſdem: dum ſibi illum pene cernere videntur: &, quæ,

dum

A dum vixit, egit, & quibus mori-
bus erat prędituſ, apud ſe repe-
tunt. itaq; illud etiam ab Home
ro dictum eſt: Sic ait, & cunctis
flendi eſt exorta cupido.
Vlciſci etiã inimicum, ſuaue eſt,
nam, quod moleſtum eſt, niſi aſ-
ſequamur, id iucundum eſt, cũ
aſſequimur. irati.n. maiorem in
modum dolẽt, niſi ſuas iniurias,
vlciſcantur, ꝙ ſi ſperent vlciſci,
gaudẽt. Vincere etiam ſuaue eſt
non ſolum victorię ſtudioſis, ſed
etiam alĩs omnibus: nam in vi-
B ctoria quædã eſt excellentiæ opi
nio, cuius deſiderio tenentur oẽs
aut remiſſius, aut vehementius.
Et, qm̃ vincere ſuaue eſt: neceſſe
eſt etiam, vt oẽs ludi concertato
rĩ, vt, in quibus pugnę ſimula-
chra ſunt, & in quibus fiſtula,
cantuq; contenditur, & in qui-
bus diſputatur, ſuaues ſint, qm̃:
in eis vincere ſæpe contingit, &
talorum ludus, & pilæ, & aleæ,
& teſſerarum. Eodem modo in
grauibus honeſtisq; ludis ſæpæ
C iucunditas exiſtit. nam hi tunc
iucundi ſunt, cum quis aſſueue-
rit: illi vero ſtatim ſunt iucundi,
vt venatio, & omnis ars, qua fe-
rę captantur: vbi.n. cõtentio eſt,
ibi eſt etiam victoria. Itaq; iudi
cialis etiam labor, & controuer-
ſæ diſputationes ĩs iucũdæ sũt,
qui iam aſſueuerint, & eas tra-
ctare poſſunt. Honos præterea,
bonaq; exiſtimatio inter res ſua
uiſſimas numerãtur propterea,
ꝙ vnicuiq; naſcitur huiuſmodi
de ſe opinio: ꝙ talis ſit, & ꝙ vir-
tutis ſit ſtudioſus, & multo ma- D
gis, cum hæc audiuerit ab eis,
quos vere ſentire exiſtimat. ta-
les autem ſunt vicini potius, q̃,
qui interuallo locorum diſiũcti
ſunt: & familiares, & noti: & ci-
ues potius, q̃ externi, & qui nũc
viuunt, potius, q̃ poſteri, & pru-
dentes magis, q̃ imprudẽtes, &
multi magis, q̃ pauci: veriſimi-
lius.n. eſt eos: quos dixi, vera ſen
tire. quàm, qui ſunt eis cõtrarĩ.
nam, quos aliquis valde contem-
nit, vt pueros, & belluas, ab
eis non curat ſibi honorem aut E
gloriam attribui: intelligo autẽ
ipſius gloriæ cauſa: nam, ſi curat,
propter aliud aliquid curat. Et
amicus res eſt iucunda: nã ama-
re iucũdum eſt, neq;.n. quiſquã
vini amator eſt, qui non vino
gaudeat. contra vero, ſuaue eſt
etiam amari: nam, qui amatur,
cogitat, ſe virum eſſe probum:
ꝙ eius probitatem expetant om
nes qui eam cognoſcunt. amari
autem eſt, ipſum propter ſe carũ
eſſe, atq; diligi. Admiratione F
quoq; affici iucundum eſt, quia,
qui quempiam admiratur, eum
etiam honorat. Adulari præte-
rea res eſt iucunda. atq; etiam aſ
ſentator ipſe: ſiquidem admiran
tis, & diligẽtis ſpeciem habet aſ
ſentator. Eadem etiam ſæpe face
re iucundum eſt, quod enim fa-
miliare eſt, etiam iucundum. Et
commutatio res eſt iucunda, nã
commutari naturę accommoda
tum eſt, quod enim ſemper idẽ
eſt, in exuperantiam tranſit. &

G præſentem habitum corrumpit: vñ bene dictū eſt, Omnium rerum vicisſitudo eſt iucūda. hac de cauſa, quæ fiunt interpolito temporis ſpatio, iucūda ſunt, & homines, & res poſt longum tēpus delectant, quoniam præſentem ſtatum commutant. huc accedit etiam, quia id, quod interpoſito tempore fit, rarum eſt. Diſcere quoq; iucundum eſt: & admiratione duci plerunq; eſt ſuaue. nam, cum admiramur, diſcere cupimus, &, quod eſt admirabile, deſiderium excitat, atq; in diſcendo proficiſcimur in eū ſtatum, qui nobis naturalis eſt. Præterea beneficia in alios conferre, & ab alīs accipere, iucundū eſt, nam accipere beneficium, eſt id aſſequi, quod quis cupit, conferre autem, eſt habere, & præſtare alīs, ac excellere cuius veriuſq; rei homines cupidi ſunt, Qm̄ autem iucundum eſt, dare beneficium: ideo propinquos etiā corrigere, & emendare iucundum I eſt: & abſoluere, quæ ab alīs inchoata atque imperfecta relicta ſunt. Et quia diſcere, & admirari iucundum eſt: illa quoq; omnia, cæteraq; eiuſmodi iucunda eſſe neceſſe eſt, quæ per imitationem facta ſunt: vt pictura, & ars ſtatuaria, & poetica, & denique quicquid imitatione bene expſſum fuerit: etiā ſi illud minime iucūdum fuerit, quod exprimit imitatio. neq; .n. quiſquam ex hoc voluptatem capit: ſed quia colligit hoc illud eſſe, quo fit, vt aliquid diſcere videatur. Et ſubi K tæ rerum mutationes, vt in tragœdīs, iucundæ ſunt: & è periculis euadere, quibus aliquis pene oppreſſus fuerit: hæc .n. omnia concitant admirationem. Et, qm̄, quod eſt ex natura, iucūdum eſt: &, quæ ſunt eiuſdē generis, ſunt ex natura: fit ideo, vt, quę ſunt eiuſdem generis ac ſimilia, plerunq; iucunda ſint: vt homo homini, equus equo, iuuenis iuuenī. vnde fluxerunt illa prouerbia: Aequalis æqualē L delectat: &, Simile ſemper ſimili gaudet, &, Fera feram agnoſcit: &, Semper graculus cū graculo: & reliqua huius generis. Qm̄ autem, quod ſimile eſt, cognatūq;, iucundum ſibi ipſi omne eſt, & vnicuiq; erga ſe ipſum maxime hoc accidit: neceſſe eſt, omnes homines ſui ipſorum amatores eſſe aut magis, aut minus: vniuerſa enim huiuſcemodi maxime sūt erga ſeipſum. Et, cum omnes ſe ipſos ament: neceſſe eſt, vt etiā ſua cuiq; iucunda ſint, vt opera, M & orationes. ideo plerīq; ſolent adulatores amare, & eos, à quibus amantur, redamere, & honoris appetentes eſſe: & filios ſuos diligere: ſunt .n. filī, tanquam parentum ipſorū opera. Et incohata perficere, iucundum eſt: nam eorum, qui perficiunt, iam illud opus eſſe videtur. Et, qm̄ regnare ſuauiſſima res eſt, etiam ſapiētem videri, eſt ſuaue: præditū .n. eſſe ſapientia regium eſt: eſt .n. ſapientia, multarum, & admirabi

lium

A lium, rerũ ſcientia. Et, quia plerique homines sũt honoris auidi: neceſſe eſt, vt alios reprehẽdere, & coarguere, iucundum ſit. Et quo in ſtudio quiſq; putat excellere, in eo aſſidue verſari iucundũ ẽ, quẽadmodũ Euripides ait:

Nã quiſq; ad id frequens ad eſt,
Magnamque in illo tẽporis partem terit,
In quo ipſe ſe pſtãtiorẽ exiſtimat

Eodem modo, quia ludus, & oĩs animi relaxatio, & riſus ĩ rebus iucundis eſt, neceſſe eſt, vt oĩa ridicula iucunda ſint: ſiue ſint ho-
B mines, ſiue dicta, ſiue facta, ſed q̃ ad locos ridiculaq; pertinent, in libris de arte Poetica ſeparatim a nobis explicata ſunt. Hæc igitur de iucundis dicta ſufficiãt. nã q̃ moleſta ſunt, ex contrarijs intelligi facile pñt. Et hactenꝰ qui dẽ oſtẽſum eſt, quarum rerũ gratia hoſes iniuria ẽgeteros afficiãt. deinceps aũt, quomodo ipſi affecti ſint, qui iniuriã faciũt: & cuiꝰ gñis hoſes offendãt, explicemꝰ.

C *Quomodo ſe habentes, & quibus iniuriantur.* Cap. 12.

ATque illi quidem ad iniuriam faciendã aggrediũtur qui ſperant rem effici poſſe, & a ſe effici, & præſertim, cum facinus ſuũ putant fore clã, aut, ſi forte res patefacta fuerit, impune ſe abituros: aut, ſi iudicĩ pœna lenior, q̃ facti pmiũ: ſiue ipſis res ea fructũ allatura eſt ſiue illis, quos caros habent. Quę vero fiat ea, quæ fieri poſſe videantur, & quæ non poſſe fieri, D poſtea declarabimus: ſunt enim partium omnium artis Rhetoricæ communia. Atq; illi potiſſimum maleficiorum impunitatem ſperant, qui dicẽdi facultate præſtãt, &, qui in rebus gerẽdis multum ualẽt: &, qui iudicialiũ cõtrouerſiarũ bene periti ſunt: &, ſi amicorum, diuitiarumq; copiã habuerint. maxime vero, q̃ his pſidijs fulti ſunt, elabi ſe poſſe confidũt: ſin minus, etiã tũ cõfidunt, cum amicos huiuſmodi, vel adminiſtros, vel ſocios habuerit: propter hæc. n. & iniuriã E
facere, & latere, & non dare pœnã pñt: &, ſi amici eis fuerĩt, quibus iniuriã fecerũt, aut ipſis iudicibus. nã amici nõ præcauentes ad iniuriam ſunt expoſiti: deinde antea placantur, q̃ res in iudicium veniat: iudices autem illis gratificãtur, quibus amici ſunt: &, aut penitus abſoluũt, aut parua pœna multant. Latere ſolent illi, quibus crimina non conueniunt: vt: ſiquis infirmo corpore
dicaẽ, aliũ vſq; ad necẽ verberaF ſe, & ſi paup, & deformis hõ de adulterio accuſeẽ: & q̃ valde illuſtri loco, atq; ante oculos poſita ſunt, in eis latet iniuria, qm̃ ea nemo cuſtodit: etenim exiſtimant, nullũ in eis peccaturũ, &, quę tã magna ſunt, ac talia, vt ea nullus vnq̃ admiſerit: nã hęc quoq; nemo p̃cauet, aut cuſtodit. oĩs. n. ut ſolitos corporis morbos, ita ẽt ſolitas iniurias diligẽter obſeruãt: quo vero morbo nẽo vnq̃ oppſ-

G ſus eſt,eũ nemo reformidat. Eos etiam inuadunt,qui aut nullum inimicum,aut multos habent. illi enim ſe latere poſſe exiſtimãt, quia nulla eſt cuſtodia: hi vero, latent ideo, quia nemo putaret, eos in quẽquam impetum factu ros, qui ſui corporis circa ſe cuſtodes habeat:&, quia paratam defenſionem habẽt,ſe talem hominem nunquã fuiſſe auſos aggredi. Illi quoq; faciunt iniuriã, qui vel modum, vel locum, vel diſpoſitam occultandi rationem
H facilem habent:&, qui, etiam ſi facimus celare non poſſint: tamen vel iudicij periculum a ſe remouere, vel in loginquum tẽpus differre,vel iudices ipſos corrũpere poſſunt:&, qui licet multati pecunia fuerit:tamẽ pœnã. multamq; poſſunt à ſe depellere, aut in longum tẽpus differre ſolutionem: vel propter egeſtatem nihil habent, quod amittere poſſint:&, quibus certa ſunt lucra, uel magna, vel propiqua:
I pœnæ vero vel paruę, vel incertæ,vel longinquæ:& in ea re, in qua nulla pœna par atq; æqualis vtilitati reperitur, quod in ſe dominatus regius habere vĩ: & quibus iniuriæ quæſtum adferunt, pœnę vero tm̃ ignominiã: & quibus contra accidit, vt, ſi quem læſerint, ex ea re laudem adipiſcantur,vt, ſi vna cõtingat patris,& matris iniurias vlciſci, quod Zenoni accidit, pœnę vero ſint aut pecuniarũ, aut exiliũ, aut alicuius hmõi rei, vtriq; n. autvtroq; mõ ſe habẽtes iniurio K
ſi ſunt,nõ tm̃ ñdẽ,ſed vita & moribus interſe,cõtrariũ:&, qui flagitia ſua ſæpius occultarũt, aut deprehẽſi pœnas nõ dederũt:&, qui ſæpe ſua ſpe deiecti ſunt, & infelicẽ exitũ habuerunt: quidã enim in his ẽt rebus,ſicut in bello,reperiunt,qui rurſus belli fortunã tẽtare voluerũt:&, quibus voluptas ſtati ex facto ꝓpoſita eſt, moleſtia vero poſtea, vel lucrũ eſt p̃ſens, pœna uero ſera tales sũt incõtinẽtes hoſes,nã incõ L
tinẽtia verſat in eis reb⁹ oſtbus, quas vehemẽter appetũt: &, quibus cõtra iã moleſtia aut pœna præſens eſt, voluptas aũt & vtilitas poſterior & diuturnior conſequetur:nã cõtinẽtes, & prudẽtiores hoſes talia cõſectãtur: &, qui videri poſſunt aut caſu feciſſe,aut neceſſitate ipoſita, aut natura ipulſi,aut cõſuetudine, aut deniq;,qui ſperãt, ſe ꝓbare poſſe per imprudẽtiam peccaſſe,nõ aũt ſcienteis, volẽteisq; læſiſſe: M
&,qui ſperant fore, ut non ſummo iure,ſed ex æquo & bono ſecũ agatur:& quicũq; ſunt in digẽtes. duobus aũt modis indigẽtes,dñr,vl rerũ neceſſariarũ quales ſunt mendici, aut pauperes, vel exuperãtiũ rerũ, quales ſunt diuites:& ñ,de quibus oẽs bene exiſtimant,& ñ, de quibus peſſima eſt opinio. nã illi ſe latere poſſe ſperant, ꝙ nemo de eis male exiſtimat,hi vero, ꝙ nullam amplius exiſtimationis iacturã face re pñt. Atq; his quidẽ de cauſis

ad

A ad iniuriam faciendam aggrediuntur homines. quos autem, qualeis lædant, iam videamus.

Eos igitur lædunt, qui ea poſſident, quorum ipſi ſunt indigẽtes vel ad vſus vitæ neceſſarios, vel ad exuperantiam, vel ad perfruendas voluptates, & eos qui lõginqui, & eos qui propinqui ſunt, nã hi facilè celeriterq; poſſunt expilari, ab illis verò venit tarda vltio, vt, qui Carthaginiẽſeis depopulantur: &, qui ſunt incauti, ſeq; ac ſua nõ cuſtodiũt,
B ſed creduli ſunt, taleis enim homines facile eſt occulte lædere: &, qui ſunt inermes ac deſides, neque enim ab eis in iudicium vocari reformidant. & qui verecundi ſunt, huiuſmodi enim homines propter pecuniam digladiari nolunt: &, qui iam à multis iniuria ſunt affecti, neque tñ vnq; quẽquam in iudicium vocarunt, ſunt enim hi, (quod prouerbio fertur) Myſorum præda:
C &, quos nunquam, & quos ſæpius læſerunt, nam vtrique ſunt incauti, illi quia ſuſpicione carent, hi vero quia non amplius timent: &, qui ſunt infames, aut qui facile poſſunt accuſari, tales enim iudicio experiri non audent, quia iudices refurmidant, neq; ſi experiantur, fidem facere poſſunt, quo in numero ſunt ẽt ñ, qui multis odio ſunt, & qui ĩuidiam habent: &, contra quos anſam arripere poſſunt, q̃ aut maioribus ſuis, aut ſibi, aut amicis, aut eis, quorum ſalutem caram habẽt, vel malefecerint vel
D facere ſtuduerint. nam (vt eſt in prouerbio) Sola occaſio maliciæ ſufficit. Eos etiam lædunt, qui vel amici, vel inimici ſunt, nam Amicos lædere facile eſt, inimicos autem ſuaue: & qui vacui ſunt ab amicis, & qui dicendi facultatem non habent, nec in rebus gerendis ſtrenui ſunt, hi nãque vel iudicio non experiunt, vel antea placantur, vel rem ad
E exitum non deducunt: &, quibus non vtile eſt tempus terere, dum aut iudicium fiat, aut multa diſſoluatur, quales ſunt peregrini, & agricolæ, & opifices, nã hi, parua accepta pecunia, remittunt iniurias, & facile deſiſtunt: &, qui ſi alios ſæpe iniurioſi fuerunt, & qui taleis iniurias intulerunt, qualeis patiuntur, nã fere
F nihil iniuriæ videtur is feciſſe, qui quempiam lædit in ea re, qua ſolitus eſt ille ſæpe alios lædere, vt, exempli gratia, ſi quis eum pulſaret, qui multos ſolitus ſit cõtumelijs vexare: &, qui præterito tempore malè ipſis fecerunt aut facere voluerunt, aut in præſentia volunt, aut poſtea facturi ſunt, habet enim hoc in ſe iucũditatem, & honeſtatem, & tale eſt, vt, omni fere iniuria carere videatur: &, quos ſi lædũt, aut amicis gratificantur, aut eis quos ſuſpiciunt, aut amoribus ſuis, aut dominis, aut eis à quibus omnino pendent, aut à quibus aliquid commodi ſperant: & quibus crimina iam intule-

rint

G rint, & quibuſcum amicitiam dirimerint, hæc enim fere videtur nullam in ſe iniuriam continere, quemadmodum ſe Callippus contra Dionem geſſit, &, quos vident ab aliis læſum iri, niſi ipſi præoccupauerint, tunc enim ſibi non amplius deliberandum cenſent, quemadmodum dicit Æneſidemus Geloni quædam munera miſiſſe, quòd eos in ſeruitutẽ redegiſſet, quos ipſe inuadere ſtatuerat, niſi is præoccupaſſet, &, quos ſi læſerint, mul
H tas deinde res iuſtas facere poterunt, quibus culpam eam facile deleant: quemadmodum Iaſon Theſſalus dicere ſolebat, oportere quædam iniuſte facere, vt facultas acquiratur, qua multa deinde iuſta fiant. Ea vero peccata commitunt homines, quæ vel omnes alij, vel multi committere ſolent, quoniam ſe facile veniam conſecuturos exiſtimant: &, quæ ſe non difficulter occultare poſſe ſperãt. talia vero sũt,
I quæ cito abſumuntur: vt cibaria: vel, quæ variari facile poſſunt commutata forma, vel colore, vel temperamento: vel, quæ multis in locis facile eſt ita abdere, vt non appareãt: qualia ſunt ea, quæ facile huc & illuc tranſportantur: &, quæ paruis in locis occultantur: & præterea, cũ auctor iniuriæ poſſideat aliqua, quæ vel eiuſdẽ generis ſint, vel eis ſimilia, quæ furatus eſt. Eas etiam iniurias inferũt, quas qui patiũtur, pudet proferre: vt, quæ vxoribus fiunt, aut ipſis, aut filijs: &, quas ſi quis iudicio peric K qui velit, nimis appetẽs litium eẽ videatur, tales ſunt leues parũq; iniuriæ, quibus vulgo ſolent homines ignoſcere. Quemadmodum igitur affecti homines iniurias faciant, & quas, & quibus hominibus, & quibus de cauſis, ex his intelligi fere poteſt. Nunc vero: quæ ſint iniuſtę actiones, & quæ iuſtę, diſtinguamus, atq; hinc initiũ ſumamus.

De iniuria iure q; facta. Cap. 13. L

QVæ iuſta ſunt, atq; iniuſta duplici lege definita ſunt, & duplici perſonarum genere. Legem autem duplicem voco, quòd aliqua propria ſit, aliqua communis, propria eſt illa, quæ ad ſingulas tantum ciuitates, aut nationes pertinet, quę vel non ſcripta eſt, vel ſcripta. Communis vero lex ea dicitur, quæ inſita eſt à natura. eſt enim quoddam iuſtum, atq; iniuſtum, natura commune, qđ
M omnium mente is occupauit: quamuis conſenſio nulla hominum interceſſerit, neq; ita inter ſe pepigerint: quemadmodum Antigona Sophoclis dicere videtur, iuſtum eſſe Polynicem ſepelire, quamuis interdictum eẽt tanquam id natura iuſtum ſit,

Hoc nanq; non hodie aut heri,
at ſemper fuit,
Nec quiſquam homo ſcit, eius ortus vnde ſit:

& quemadmodum Empedocles

A cles ait de non interficiendis animantibus, hoc enim non aliquibus quidem iuſtum eſt, aliquibus autem non iuſtum:

Sed lex ſumma hæc eſt, extenſa per ætheramagnum,
Æraq; immenſum, cunctis mortalibus alma:

& quemadmodum ait Alcidamas in oratione Meſſeniaca.

Quod autē ad perſonas attinet, duobus modis diſtincta ſunt ea, quæ facere, aut non facere oportet: vel enim ad totam ciuitatē,
B vel ad vnum aliquem eorū, qui in ciuitate ſunt, referuntur. itaq; duobus modis iuſte, & duobus modis iniuſte nos gerere poſſumus, vel enim erga vnum certum ac definitum ciuem, vel erga totam Remp. nam qui adulterium committit, aut verberat, vnum certum hominem iniuria afficit: qui vero militiam detrectat, totam offendit Remp.

Cum igitur iam diſtincti ſint iniuriarum modi, & cum aliæ in Remp. aliæ vel in vnum priua-
C tum, vel in plureis fiant iniuriæ: deinceps, ſi prius explicuerimꝰ, quid ſit iniuriam pati, reliqua p ſequemur. Eſt autem iniuriam pati, cōtra iuſticiam offendi ab iis, qui ſponte offendunt, nā iniuriam facere, iam ſupra docuimꝰ eſſe voluntarium. Quia vero neceſſe eſt eum, qui iniuriam patitur, detrimento affici, & inuitū illud accipere, ſatis ex eis, quę ſupra dicta ſunt, intelligi poteſt, quæ ſint detrimentorum genera. nam bona, & mala prius di- D
ſtincta ſunt p ſe: &, quæ ſint ea, quæ ſponte faciunt homines, nēpe, quæ intelligentes faciunt. Itaq; neceſſe eſt omnia crimina vel contra totam ciuitatem, vel contra priuatos committi, vel ignorante illo & inuito, qui iniuriam facit, vel volente & intelligente. Quas autē iniurias ſpōte, & intelligens quiſpiam facit, eas vel conſulto & cogitato, vel perturbatione aliqua animi facit. ac de ira quidem tunc dicemus, cum animi perturbationes explicabimus: quæ vero de in- E
duſtria faciunt homines, & quo modo affecti, iam ſupra dictum eſt. Et quoniam ſæpe rei ſe feciſſe confitentur, & tamen facti nomen non concedunt, aut id qđ nomine illo appellatur, vt ſuſtuliſſe quidem, ſed non furtum feciſſe, & priorem percuſſiſſe, verum contumelia non affeciſſe, & rem habuiſſe, non adulteriū commiſiſſe. & furtum feciſſe, nō F
autem ſacrilegium, q̄ ea res dei non eſſet, & coluiſſe quidem agrum, ſed non publicum, & cū hoſtibus collocutum eſſe, ſed nō prodidiſſe: ideo hæc omnia definire atq; explicare opus erit, qd ſit furtum, quid cōtumelia, quid adulterium, vt, ſi crimē illud reo vel hærere, vel non hærere oſtēdere voluerimus, aperiēdi quid æquum ſit, facultatē habeamus. In omnibus enim his quęſtionibus controuerſia eſt, vtrum qđ factum dicitur, iniuſtum impro

bum ſit

G humꝰq; hę,an nõ iniuſtum: nam in deliberatione conſilioꝙ peccatum eſt, & omnis iniuſticia. his autem nominibꝰ animi ſenſus & conſilium indicatur,vt cõtumelia,furtum.neꝙ enim, qui percuſſit,omnino contumeliam impoſuit,niſi alicuius gratia id fecerit,vt,ſi voluit eum ignominia afficere,aut ipſe voluptatem capere: neꝙ omnino qui clam aliquid ſuſtulit,furtum commiſit,niſi id fecit, vt alteri damnũ
H afferret,& id quod ſuſtulit, ipſe haberet. eadem ratio eſt etiam reliquorum omnium, quam horum eſſe diximus. Quia vero iuſtorum, & iniuſtorum duo eſſe genera docuimus,& aliqua quidem ſcripta eſſe, aliqua vero nõ ſcripta:de ijs, quæ ſcripta ſunt, & legibus conſtituta,iam dictũ eſt,quæ vero non ſcripta ſunt,earurſus bipertito diſtribuuntur.

Nam alia ſunt, quæ & virtutis & vitij quandam exuperantiã in ſe continẽt, in quibus ſunt vi
I tuperationes & laudes,ignominiæ & honores,& præmia:vt ei qui beneficium dedit, gratiam habere,& ei beneficium reddere à quo acceperis, & promptũ eſſe ad amicos auxilio ſubleuandos,& cætera, quæ ſunt eius generis.alia vero ſunt propriæ legis,& ſcriptæ quaſi ſupplementa quædam.nam, quod æquum & bonum eſt, id etiam iuſtum eſſe videtur.

Eſt autem æquum & bonum id quod præter ſcriptam legem iuſtum eſt, quod quidem accidit partim inuitis,partim intelligentibus legum latoribus:atꝙ inuitis quidem, cũ aliquid eos latet, intelligentibus vero cum omnia definire nequeũt explicare,ſed neceſſe habent generatim ſcribere,quamuis non ita ſemꝑ ſe res habeat,ſed plerunꝙ: &,cũ propter infinitatem non facile poſſunt omnia perſequi,vt vulnerare ferro,& quãto, & quali. Deficeret enim priꝰ vita hominem, quàm omnia dinumerare poſſet. nam ſiquid adhuc indefi L nitum ſit, de quo legem ferre oporteat,de eo neceſſe eſt ſimpliciter,& vniuerſe ſtatuere. Quare,ſiquis annulum ferreum habens,elata manu quempiam pcuſſerit,ex verbis legis ille reus eſt,& iniuſte facit: re vera autẽ non facit iniuſte. & hoc eſt, qd æquum & bonum appellatur. Cum igitur æquum & bonum ſit eiuſmodi,perſpicuũ eſt, quæ nam æqua & bona ſint, & quæ cõtraria,&, qui ſint æqui & bo
ni homines,& qui contra. nam M illa ſunt æqua & bona, in quibꝰ quamuis lapſi ſint homines, tamen eis veniam dare oportet. Æquum etiam eſt,non pari pœna dignos ſtatuere errores & iniurias,neꝙ errores & ifortunia. ſunt autem illa infortunia, quæ præter cogitationem eueniunt, & à nullo animi vitio, errores vero,qui non quidem pręter cogitationem accidunt,ſed tamen malicia carent.iniuriæ ſunt illę,

quæ

A quæ & à cogitatione, & ab animi vitio proficiſcuntur: nam ēt, quæ impellente cupiditate fiūt, à malicia proueniunt. Humanæ etiam naturæ, imbecillitatiq; ignoſcere, æquum ac bonum eſt & non ad legem ipſam, ſed ad legislatorem animum referre: & non verba legis, ſed legislatoris ſententiam ſpectare: neq; factū ipſum, ſed eius, qui fecit, animū conſiderare: neq; partem tantū, ſed rem vniuerſam perpendere: & qui reus eſt, non qualis nunc,
B ſit, ſed qualis anteacto tempore fuerit, & maiori ex parte: & potius bonorum, quæ quis acceperit, quàm malorum recordari: & accepta potius beneficia meminiſſe, quàm collata: & acceptam iniuriam æquo animo tolerare. & verbis magis, quàm factis, de re decerni velle: & ad arbitrum potius quam ad iudicē, rem deferri velle: arbiter enim æquum & bonum ſibi proponit, iudex autem ipſam legem.
C neq; vlla alia de cauſa repertus eſt arbiter, niſi, vt æquum & bonum valeat. Ac ea quidem, quæ de æquis & bonis dicenda erāt hoc modo declarata ſint.

De maiore ac minore iniuria. Cap. 14.

INiuriæ vero maiores illæ ſunt, quæ à maiore iniuſticia proueniunt. Itaq; minimæ quæq; iniuriæ maximæ ſunt, vt Calliſtratus Melanopum accuſat, quod tribus dimidiatis obolis, deo dicatis, templi ædificatores fraudaſſet: ſed in rebus iuſtis, iuſticiaq; contra accidit. hęc autem talia ſunt eo, quòd maiore quadam vi ſuperant, vt qui treis dimidiatos obolos furatur, etiam quiduis aliud facile committeret. interdum igitur, quod maius eſt hoc modo iudicatur, interdum etiam ex damni magnitudine. Illa etiam maior eſt iniuria, cui par pœna nulla inueniri poteſt, ſed omnes ſunt inferiores: &, cui nulla medicina poteſt adhiberi, difficile eſt enim, & omni potentia maius: &, in qua q; paſſus eſt malū, pœnas iudicio ſumere nō poteſt, id enim inſanabile eſt, ſiquidem pœna eſt caſtigatio, & medicina quædam: & ſi, qui læſus eſt, & iniuriam accepit, in ſe ipſum grauiter animaduertit, nā multo maiori pœna dignus eſt, qui iniuriam intulit, vt Sophocles: pro Euctemone, qui, cum iniuriam accepiſſet, ſe ipſum iugularat, dixit ſe non minorem reo pœnam
F irrogaturum ea, qua, qui contumeliam paſſus fuerat, ſe ipſum mulctauerat: &, quam ſolus, aut primus, aut cum paucis fecit. Sæpius etiam in idem peccatū incidere, graue eſt. Illud quoq; maius eſt, propter quod remedium ac pœnæ quæſitæ ſunt, & inuentæ: vt Argis eo. puniūt: qui ſunt in cauſa, vt noua lex conſtituat, aut carcer ædificetur. Et, quod magis beluinos mores imitatur peccatum grauius eſt: &, quod conſulto & cogitato committit:

&,

G &, quod in animis eorum, qui audiunt, potius metum, quã misericordiam, excitat. Et hæc quidem propria rhetorum sunt: vt, vno facto multa iura sustulisse, aut violasse dicant, vt iusiurandum, dextras, fidem datam, ius coniugii: sic enim multarum iniuriarum exuperantia demonstratur: &, in eo loco, vbi fontes puniuntur, quod falsi testes faciunt: quem enim locum à scelere vacuum relinquent, qui etiã in ipso iudicio scelus admittere
H non dubitant? & ea, in quibus homines erubescere maxime consueuerunt: &, si eum lęsit à quo beneficiũ acceperat: multis enim modis iniustus est: &, quòd damnum inferat, & quòd benemerenti non gratiam referat. Maius etiam ostenditur, qđ contra ius nõ scriptum commissum est: nam viri melioris indicium est, nulla coactum necessitate iustum esse: quæ enim scripta sunt, ea necessario seruantur:
I quæ vero non scripta, non necessario. contra ẽt magis peccare videt, qui contra iura scripta quippiam committit: nam, qui scelera, quę terribilia sunt, cõmittit nec pœnas reformidat, quanto magis in eis iniustus erit, vnde nullum sibi damnum impendere videat? Ac de iniuria quidem maiore, & minore dictum est.

De artificiali fide. Cap. 15.

DEinceps à nobis ea percurrenda sunt, quæ ad ꝓbationes, artis experteis, pertinere videantur: nam hę iudicialiũ controuersiarum propriæ sunt. K
sunt autem numero quinq; leges, testimonia, tabulæ, quæstiones, iusiurandum.

Ac primo quidem de legibus dicamus, & qũo eis in suadẽdo ac dissuadendo, in accusando & defendendo vtendum sit. Planũ est. n. siquis scriptam legem causæ suæ contrariam habeat, ad cõmunem legem ei confugiendũ esse, & æquo ac bono, tanquam L
iustiore: nitendum: & dicendũ, hoc esse æquissima sententia iudicare, siquis non ofno scriptis legibus adhærere velit: & ęquũ & bonum semper idem manere nec vnquã immutari, sicuti neque cõis lex: insitum est. n. in ipsa natura, scriptę vero leges sępe variantur vnde illud in Antigona Sophoclis dictum est, vbi tuetur illa factum suum: qđ licet cõtra Creontis legẽ fecerit, non tñ
contra legem non scriptam: M
Hoc nanq; non hodie aut heri,
at semper fuit.
Ideo ego non timeo viri vllius
minas:

& iustum id esse, quod est verũ, atq; vtile, non autem, quod speciem tñ habet, itaq; scripta lex non est iusta, neq;. n. legis officiũ exequit: & rebus iudicandis ꝓpositum esse iudicem, tanquam argentarium, qui id iustũ, quod simulatũ & adulterinũ ẽ, ab eo, qđ est vere iustum, discernat: & si lex, qua premimur, aliquo modo

A do contraria eſt iam probatę legi, aut ſi ſecũ ipſa pugnat: vt interdum altera lex iubet rata eſſe quæcunq; inter ſe homines pepigerunt, altera vero vetat, pactiones fieri contra leges, & ſi ſit ambigua lex, vt quis eã torquere poſſit: tunc videre oportet, in quam partem iuſtum, atq; vtile conueniat, deinde illo vti: & ſi res illæ, pp quas lata lex fuit, nõ amplius manent, lex tñ adhuc ſeruat, tunc laborãdum eſt, vt id notum fiat, & hac rõne cõtra le-
B gem pugnandum. Qđ ſi ſcripta lex pro nobis facit, tunc dicẽdũ eſt, æquiſſima ſnſa iudicare, non eſſe ideo iudicibus cõceſſum, vt contra legem aliquid ſtatuant. ſed, ne fortaſſe peierẽt, ſi vim ac ſnſam legis non bene pceperint & neminem eẽ, qui, quod abſolute bonum eſt, quærat, ſed, qđ ſibi ipſi: & nihil differre, non latas leges, & in nullo eſſe vſu: & in aliis artibus non vtile eſſe diſcedere à præceptis, & callide aliquid excogitare, vt contra me-
C dicum, neq; n. tũ detrimenti adfert erratum medici, quantũ mala conſuetudo non illi parendi, qui imperium habet: & hoc eẽ, quod in probatis legibus prohibetur, nequis ipſis legibus quærat, aut velit eſſe ſapientior.

Et de legibus quidem hæc dicta ſint.

Teſtium vero duo ſunt genera: nam alĩ ſunt antiqui, alĩ noui. nouorũ aũt partim periculi participes ſunt, partim extra periculum poſiti. Antiquos teſteis vo- D
co poetas, & claros auctores, virosq; illuſtreis, quorum ſunt acta iudicia, vt Atheniẽſes Homeri teſtimonio de Salamine vſi ſunt, nuper ẽt Tenedĩ contra Sigienſeis Periandri teſtimonio ſunt adiuti, & Cleophon contra Critiam Solonis elegis vſus eſt, dicens, eius familiam iampridẽ fuiſſe petulantem, neq; enim aliter Solon vnquã ita ceciniſſet,

Dic flauo Critiæ, vt ſtudeat parere parenti.

& rerũ quidem præteritarũ te- F
ſtes ſunt hmõi, futurarũ autẽ ẽt vates, & augures: vt Themiſtocles, cum nauali prælio conſligẽdũ eſſe probare vellet, oraculũ interpretatus eſt, quod iubebat, vt ſe ligneo muro defenderent. Quin etiam prouerbia ſunt ex eo genere quod dictum eſt, teſtimonia, vt, ſi quis cuipiã ſuadeat ne ſibi ſenem amicum facere ſtudeat, hoc vtatur prouerbio, in ſenem nequod beneficiũ contuleris: &, ſi quis hortetur quem piã, vt eos filios tollat, quorũ patres F
iam necarit, illud proferat,

Stultus, qui natos, occiſo patre, relinquit.

Moui autẽ teſtes ſunt, qui, cũ noti illuſtresq; ſint iã de aliqua re iudicium fecerunt: nam horũ iudicia ſunt eis vtilia, qui de ĩſdem rebus ambigunt, vt Eubulus in iudicĩs contra Charetem vſus eſt eo, quod aduerſus Archibiũ Plato dixerat, rẽ hanc increbeſcere, plureisq; eſſe in ciuita-

te, qui

G te,qui ſe improbos eſſe fateanť. nouiſ ēt teſtes ſunt, qui periculi participes fiunt, ſi mentiri viſi fuerint. Atq; hmōi teſtes tātum illud teſtantur,factum fuerit nec ne ſit an non ſit: de qualitate vero,nihil dicūt, vt, ſi iuſtū an iniuſtū ſit,vtile an ſutile,q aūt remoti ſunt ēt de his maxime sūt idonei teſtes ſed oſum maxime fide digni ſunt antiqui, qua corrūpi non pñt, & probatione ab eorum teſtimonijs ducunť. Quòd ſiquis teſteis non habeat,poterit H dicere,iudicium ex argumentis fieri debere,& hoc eſſe æquiſſima ſnīa iudicare:neque.n.argumenta pecunijs deprauari pñt, neq; coargui ſolent,q̄ mentiant̄ ac fallant, Qui teſteis habet, contra eum,qui non habet, dicet,argumenta nequaquam pœnę ſubiecta eſſe, nihilq; opus fore teſtimonijs,ſi ad probandum verba ſufficerent. Sunt autem teſtimonia vel de ſe ipſo, vel de aduerſario, vel de facto, vel de vita ac moribus. Itaq; perſpicuū eſt, I nunquā fore, vt teſtimonio vtili careamus.nam, ſi de facto teſtimoniū habere non poſſumus,q̄d aut cauſam noſtram confirmet aut aduerſarij refellat, certe de moribus non deerit teſtimoniū quod vel æquitatem noſtrā oſtēdat, vel improbitatem aduerſarij. Reliqua vero,quæ de teſte q̄ri ſolent,amicus ne ſit an inimicus an neutrū, & ſpectatæ fidei an infamis an medius: & quæcunq; ſunt eius generis dīiæ, ex eiſdem locis ſumuntur, vnde ēt K enthymemata ducuntur. Q̄d ad tabulas attinet,quibus pacta & conuenta continentur, nulla alia oratione opus eſt,niſi, vt eas orator augeat, aut deprimat: fidē eis addat,aut adimat. Nam,ſi pro ſe faciunt, illis fidem addere ratasq; facere: ſi pro aduerſario fidem adimere contendat.quod autem ad fidem eis addendam, aut adimēdam ſpectat, nihil diſſert à teſtium tractatiōe: quales .n.ñ fuerint, qui tabulas ſcripſerint, aut aſſeruarint, talē etiā fi- L dem habebunt ipſæ tabulæ. Cū aūt certum eſt, tabulas eſſe cōfectas:ſi pro ſe faciunt,debet eas orator augere,dicens, eas propriq; ac priuatæ legis vim habere. & tabulę quidem ratam legem nō faciunt:leges aūt eas tabulas, q̄ legitimę ſunt,corroborant:& ſi no lex pactum quoddam & cōuentum eſt::itaq; ſiquis pacti & conuenti tabulas aufert, leges ēt ipſas tollit. Præterea maior pars eorum quæ homines inter ſe cō trahunt,& ſponte faciunt,tabu- M lis continetur::itaq; ſi quis eas irritas faciat, oē cōmerciū hoſum inter ſe tolletur. Et alia,quę huic diſputationi cōueniunt,ſatis patent,in promptu; ſunt. Quòd ſi tabulæ nobis contrariæ fuerint, & pro aduerſarijs faciāt, primo, quæ ſupra diximus de cōtraria lege,conuenient ad hanc rōnem omnia.nam perabſurdum eſſet, cum male poſitis legibus, quib⁹ nos legiſlatores decipiunt, parē

dum

A dum esse non putemus, si tabulis parere necessarium esse dicamus. Deinde iudicem ipsum esse iustitiæ dispensatorem certum est: non igitur tabulas spectare, sed id, quod iustius est debet, & iustum quidem nemo detorquere potest neq; fraude, neq; necessitate ulla, quia natura tale est: tabulæ vero & decepti, & coacti hominibus sæpe fiunt. Adhæc spectare oportet, an alicui legi vel earum, quæ scriptæ sunt vel quæ sunt communes, an rebus iustis & honestis tabulæ contrariæ sint. Videndum etiam est, an tabulæ, quæ proferuntur, aliis tabulis vel posteriorib⁹ vel prioribus contrariæ sint: vel enim posteriores erunt ratæ vel priores irritæ, vel, si priores rectæ sint, in posterioribus erit fraus: id autē arripiemus, quod causæ nostræ vtile fuerit. considerandā est ēt vtilitas, &, si qua in re tabulæ iudicibus aduersentur, & cætera eius generis, quæ facile videri, atq; intelligi possunt.

Quæstiones vero, testimonia q̄dam sunt quæ videntur ea de cā fidem facere, quia necessitas quædam eis inest. Itaq; non difficile est earum vim tolligere, & quæ de ipsis dici possunt excogitare. Nam, si pro nobis faciant, eas augere poterimus, ac dicere, solas ex omni genere testimoniorum esse veras. Quòd si nobis contrariæ fuerint, & pro aduersario faciant, veritatem earum euertere licebit, de genere toto quæstionum disputando, quibus. n. necessitas adhibetur, ñ non minus falsa, quàm vere dicere volent: nam vel dolorem tolerantes, verum occultant, vel facile mentiuntur vt cruciatu liberentur. Adhæc prodent exempla proferre, quæ alias acciderunt, & ipsis iudicibus cognita sunt.

Iuris vero iurandi ratio quadripertita est. aut enim aduersario dat, & ipse etiam capit iusiurandū, aut neutrū facit, at alterū facit, alterū nequaquam: vel. n. iusiurandum dat, neq; tamē capit, vel capit ipse, neq; tamen aduersario dat, præterea videndū est etiam, an iusiurandum iam conceptum fuerit, siue ipse iurauerit, siue eius aduersarius. Qui iusiurandum deferre non vult, is dicet, aduersarios facile peierare: vt potius quam iurauerint, nihil reddant: se vero confidere, fore, vt iudices non iuratos aduersarios condemnent: & se malle iuratorum iudicum periculum facere: quod melius est, quia iudicibus ipsi credat, aduersarius autē non credat. Qui non capit oblatum iusiurandum, dicet, se pecuniarum causa iurare nolle: quasi improbus esset, facile iurare: melius enim esse, alicuius vtilitatis gratia, quā nullius, improbum esse: iuratus. n. pecuniā haberet, non iuratus autē minime haberet. sic enim propter bonitatem ac virtutem, non autem propter peierādi timorē iu[illegible]

G nolle videbitur. cui loco Xenophanis illud dictum bene congruit: non esse æquam prouocationem impũ aduersus pium hominem, sed consimilem esse, ac si quis robustus imbecillum, vel ad verberandum, vel ad vapulandum prouocaret. Quòd si iusiurandum oblatum recipit, dicet, se sibi ipsi credere, non autem aduersario, atque illud Xenophanis dictum ita conuertet, vt dicat, parem esse prouocationem, cum impius iusiurandum H defert, pius autem iurat: præterea indignum esse nolle se iurare in ea re, de qua petit, vt iurati iudices sententiam ferant. Si vero defert alĩs iusiurandum, dicet, pium esse deis ipsis rem totã committere, neque opus esse aduersario, vt alios iudices roget, cum ipsi de tota re iudicandi potestas detur: &, rem absurdam eũ facere, qui iurare nolit in ea re, de qua postulat, vt iurati iudicent. Quia vero planum iam factum est, quid sigillatim dicendum sit: patet etiam, si copulare duos modos opus fuerit, quid sit adferendum: vt, si ipse quidẽ capere velit, nõ autem dare, aut si dare quidem non abnuat, sed minime velit oblatum accipere, aut si simul & dare, & accipere sit paratus, aut neutrum facere velit. nam ex eis, quæ dicta sunt, hæc copulantur: itaque ra- K tiones etiam ex ĩsdem copulari necesse est. Quòd si iam ab ipso conceptum iusiurandum fuerit, quod huic præsenti contrarium sit, dicet non esse periurium. nam qui facit iniuriam, ille sponte facit, sed peierare est, iniuriam facere: quæ vero fiunt vel vi, vel dolo, nequaquam sponte fiunt. huc igitur referre periurium oportet, ac dicere, id in mente, non autem in lingua, esse. Quòd si aduersarius alias iurauerit: dicendum est, eum omnia subuertere, qui non stat L eis, quæ iuratus affirmauit: hac enim de causa secundum leges non nisi iurati iudices sententiã ferunt. Nos igitur, inquiet ille, postulamus, vt vos iudices eis maneatis, quæ iurati iudicauistis, & ipsi non manebimus? Cętera etiam huius generis quę renda sunt, quæ ad amplificandum pertineant. Ac de probationibus quidem, artis expertibus, hęc dicta sufficiant. M

ARISTO-

A ARISTOTELIS RHETORICORVM LIBER II.

SVMMA LIBRI.

De hominum affectibus, ætatum ac fortunæ, moribus. De possibili, ac impossibili, amplificatione, & attenuatione, cunctis orationibus cõmunibus. De probationum generibus, exemplo. s. ac entimemate, eo q; tum vero, tum apparenti: ac B ejusdem solutionibus. De sententia autem, tanquam ipsius parte.

Quod auditores afficiendi sunt. Cap. 1.

HActenus ea sunt à nobis demõstrata, quæ ad suadẽdum & dissuadendum, vituperandum & laudandum, accusandum & defendendum necessaria sunt: nec non, quæ opiniones, quæq; propositiones eis rebus accommo- C datæ sunt: ex eis enim sumunt, & ex eis fiunt argumenta, quibus in vnoquoq; dicendi genere vtamur. Sed, quoniam Rhetorica finem sibi proponit ipsum iudicium: (nam etiam in deliberationibus iudicant: & iudiciale genus nihil aliud est, quàm iudicium.) necessarium est non tãtum ad ipsam orationem aduertere, vt probãdi vim habeat, & fidem facere possit: sed etiam se ipsum afficere, & iudicem, qualem esse oportet, præparare. per D magni enim interest ad faciendam fidem primum in deliberationibus, deinde etiam in iudicijs, vt orator vir bonus esse videatur, atq; erga eos, qui disceptant, bene animatus: præterea refert etiam, quomodo illi ipsi sint affecti. Et oratorem quidem bonum videri, vtilius est in deliberationibus: auditorem vero bene affectum esse multum in iu- E dicis prodest. neq; enim eadem sentiunt, qui amant & qui oderũt, qui sunt irato animo & qui placato: sed vel omnino diuersi sentiunt, vel saltem magnitudine diuersa: qui enim amat eum, de quo iudicium factus est, vel nihil inique fecisse, vel parũ peccasse censet: qui autem odit, contrarium sentit. Quòd si quis concupiscit, & bene sperat, cum iucundum est id, quod fore putat: F sibi id euenturum, & bono futurum arbitratur: at, si nulla cupiditate trahitur, & ægre fieri posse putat: contrarium existimat.

Quòd autem oratores ipsi fide digni videantur, tria sunt in causa: tot enim etiã ea sunt, quibus ad credendum inducimur, præter argumẽta. illa vero sunt prudentia, virtus, & beneuolentia. Decipiuntur enim homines in ijs, de quibus verba faciunt, aut consultant, vel propter hæc tria omnia, vel propter horum aliquid. nam vel propter imprudentiam non recte sentiunt, vel si recte sentiant, propter impro-

G bitatem ſententiam ſuã non ape
riunt,vel denique prudentes qui-
dem,ac boni viri ſunt,ſed non ta
men amici:quo fit,vt aliqui ſciẽ
tes intelligentesq; non optima
conſulant.præter hæc autem ni-
hil eſt.Neceſſe eſt igit̃,vt is, qui
hęc tria habeꝝ viſus fuerit.apud
auditores fidẽ inueniat. ſed quo
modo prudentes, & boni viri
videantur, ex eis, quæ ſunt à
nobis alibi de virtutibus expli-
cata:ſumendum eſt: ex eiſdem
enim locis poterit orator & aliſi
H ornare,& ſe ipſum talem oſten-
dere:de beneuolentia vero atq;
amicitia nũc,cum de permotio-
nibus animi verba facere aggre
diamur, pariter dicamus.
Sunt autem illæ permotiones,
quæ efficiũt,vt homines immu-
tati,non eodem modo de ẽſdem
rebus ſentiant: quas ægritudo,
voluptasq; conſequitur: cuius
generis ſunt ira, miſericordia,
metus,cæteraq; huiuſmodi: &,
quæ ſunt ẽis contraria, Sed, quæ
in ſingulis fiunt,treis in parteis
I diſtribuẽ oportet:vt de ira, exẽ
pli gratia,quomodo affecti faci-
le iraſcantur, & quibus, iraſci
ſoleant, & quas ob res.nam, ſi
vnum aut alterum tantum ho-
rum habeamus, & non omnia
teneamus:nullo modo fieri pote
rit,vt animos audiẽtium ad irã
commoueamus: idem etiam de
reliquis per motionibus ſentien
dum. Quemadmodũ igitur in
rebus traditis propoſitiones de-
ſcripſimus,ita etiam in his facia
mus:& eodem modo ſingula di K
ſtinguamus.

De ira. Cap. 2.

SIt igitur ira, libido cum do-
lore ſperatæ punitionis,pro
pter apparentem negligen-
tiam vel ſe.vel in ſuorum quẽ-
piam,cõtra id, quod oportebat.
Quòd ſi ira eſt huiuſcemodi:ne-
ceſſe eſt eum,qui iraſcitur,ſingu
lis ſemper hominibus iraſci, vt
Cleoni, non autem homini: &
quia aut ipſum, aut quempiam L
ſuorum vel contempſit,vel id fa
cere cogitauit.quin etiam,omni
iræ voluptatem quãdam comi-
tari neceſſe eſt, quæ à puniendi
ſpe proficiſcitur. iucundum eſt
enim arbitrari ſe conſecuturum
ea,quæ quis vehementer optat,
nemo autem illa cõcupiſcit,quę
nullo modo ſe conſequi poſſe ar
bitratur:ſed qui alicui iratus eſt
ea cupit,quæ à ſe fieri poſſunt,
itaq; de ira bene illud dictũ eſt:
Dulcior effuſo quæ melle in pe-
ctore gliſcit. M
nam,cum ꝓꝓ hoc voluptas quæ
dam conſequitur, tum ẽt, quia
tota mente,qũo poſſint inimicũ
vlciſci,cogitant:illa igitur vehe
mens cogitatio voluptatem pa-
rit:non aliter,atq; in ſomnis ac-
cidit.Et,qm̃ negligẽtia, eſt opi-
nionis actio in ea re q̃ nullius eẽ
momẽti videaꝰ,mala.n.& bona
ſtudio digna eẽ putamus, & ea
ꝓterea,q̃ ad hæc referunꝰ,q̃ ve-
ro vel nihili ſunt,vel valde exi-
gua,nullo in ꝓcio habemus:tria

ſunt

A ſunt negligentiæ genera, contẽptio, violẽtia, cõtumelia. Nã & qui contemnit, is negligit: quæ n. nullius momenti eſſe cenſent, ea contemnunt: atq; eadem quę nullius ſunt momenti, negligũt. Et, qui violentus eſt, negligere videt. eſt aũt violentia, ſtudium impediendi voluntates alienas: nõ, vt ipſe aliquid acquirat ſed, ne alĩ, qd' volunt, aſſequantur. quatenus igr̃ nihil ſibi acquirit, negligit, perſpicuum eſt. n. cum
B credere ſibi nihil illud nocere poſſe: nam timeret, non autẽ negligeret: neq; ſ aliqua re alicui⁹ ponderis prodeſſe pro poſſe: nã ſtudium adhiberet, vt illi amic⁹ eſſet. Et, qui cõtumeliam infert, negligit. eſt autem contumelia: cum quis lædit: ac dolore afficit aliquẽ in ea re, vnde illi qui patitur, ignominia naſcit̃: non, vt, qui contumeliam infert, aliquid pl⁹ habeat quã ante haberet, ſed tm̃, vt voluptatem capiat. nam, qui talionem reddunt, non con
C tumeliam inferunt: ſed vlciſcuntur. Cauſa voluptatis eorũ qui contumelioſi ſunt, ea eſt, q; exiſtimant ijs, quib⁹ malefecerint, ea rõne ſe magis præſtare: & quo fit, vt iuuenes, & diuites contumelioſi ſint: qm̃, in cõtumelia inferenda ſe antecellere cæteris exiſtimant. Ex contumelia vero naſcit̃ ignominia, & qui ignominia quempiam afficit, illũ negligit, qd' aũt nullius precij eſt, id nullam habet æſtimationẽ neq; boni, neq; mali: quãobrem irat⁹ Achilles ita inquit,

Affecit me ignominia: quoniã abſtulit ipſum,
Quod Danai dederant munus mihi,

& alibi.

Me, tanquam infamem, tempſit, profugumq; rebellem:

cum ꝓp hæc indignaret̃: dignũ aũt cenſent, ſe ab illis obſeruari, qui gñe, opibus, virtute ſunt inferiores: & denicq;, in quacunq; re quiſpiã plurimũ excellit, ſ ea vult obſeruari, vt diues in pecunĩs à paupere diſertus in dicẽdi
E facultate ab indiſerto & infante & qui imperat, ab eo, qui ſubiectus eſt imperio, & qui imperare dignus eſt, ab eo, qui parere debet, vnde dictum eſt,

Ab Ioue natorum, certe ira eſt maxima regum,

& alibi,

Quin etiam deinceps iram ſub pectore ſeruat.

indignant̃. n. ꝓp excellentiã ſuã. Ab illis ẽt obſeruari vult, à qui
F bus aliquis exiſtimat, ſe bñficĩs affici oportere. ĩ vero ſunt, de q⁹ bus alias bñmeritus eſt, vel, qui bus in pñtia bñfacit aut ipſe, aut ꝓpinquus eius aliquis, aut alius quiſpiã ipſius grã: vel ẽt ſ velit, aut alias voluerit conſequi. Ex his iã ꝓſpicuũ eſſe põt, qũo affecti hoſtes iraſcant̃, & quibus, & quas ob res. iraſcunt̃. n. cũ aĩo dolent: nã, qui dolet aĩo, ſemper alicuius rei deſiderio tenet̃. Itaq;, ſi ue quis ei directo reſtiterit, vt ſi tienti, ne bibat, ſiue non directo:

G tamen idem facere vr: &, ſiquis illi aduerſet, &, ſi, cū poſſit, non adiuat, ſiue quocūq; alio modo ſic alo affectum perturbarit. ofbus.n.iraſcitur. Quare, qui morbo laborant, qui paupertate premūt, qui amant, qui ſitiunt, & deniq; qui aliquid deſiderāt, & id aſſequi non pñt, iracūdi ſunt, & nullo negocio concitant, præcipue vero illis iraſcunt, qui eos in præſenti ſtatu negligunt, vt ægrotans ei, qui morbum ſuum
H negligit, paupere, qui pauptatē, miles ei, qui bellū, amans ei, qui amorem, atq; eodē modo in reliquis: ducit.n. vnuſquiſq; ab animi pturbatione, in qua prius erat, ad iram, quæ in ſingulis rebus excitatur. Ad hæc iraſcitur, ſi cōtra accidit, quā expectabat: maiorē.n. dolorē affert magnū, & inſperatum ineōmodū, quē admodum ēt magnum, & inſperatum bonum magis delectat,
I cū ex animi ſnīa ſuccedit. Itaq; ex his intelligi pōt, quæ horæ, q̄ tpa, quæ affectiones, quæ ætates facile ad iram commoueant, & qñ, quoq; in loco magis concitētur. illud ēt planū eſt, oēs magis ad iram pronos eſſe, cum magis his rebus tenentur. Atq; hactenus qūo affecti homines, proni ſint ad iram, dictū ſit. Eis aūt iraſcuntur, qui vel deridēt, vel ludibrio habēt, vel dictis laceſſūt, nam hæc facere, contumelia eſt, & ñs qui lædunt in rebus, quæ ſpeciem habent contumeliæ, neceſſe eſt autem, vt talia ſint ea, q̄ faciunt, neq; vt talionem reddāt K neq; vt aliquam vtilitatem habeant, iam.n. per contumeliam facere videntur, & ñs qui ipſos vituperant, & contēnunt in eis rebus quibus ipſi maxime ſtudent, vt, ſiquis ſ philoſophia maledixerit eis, & ſpreuerit, qui ſe multum in ea profeciſſe gloriantur, &, qui formæ ſtudent, ſiquis eos in ea re vituperet, atq; ita in reliquis: & multo magis iraſcūtur, qū ſuſpicantur ea ſibi nō adeſſe, quibus ſtudent: vel oſno ſe experteis eſſe: vel non firmiter L tenere: vel ēt teneant, non exiſtimari. nam, cum eſtimant ea ſibi firmiter adeſſe: nihil curant eos, qui ſe in ea parte vituperant. Et magis amicis iraſcuntur, quā ñs qui ſunt inimici: putant.n. conuenire magis ab eis ſe bene tractari. quām contra. Illis ēt iraſcūtur, qui vel ipſos honorare, vel de ipſis curam ſuſcipere conſueuerant, ſi poſtea non idē efficiūt, nam ab eis ſe tunc contemni putant, niſi enim hoc eſſet, idē eos M eſſe facturos: & ñs, qui accepta beneficia non reddunt, aut non æqualem gratiam referunt: & ñs, qui conatibus ſuis reſiſtunt, ſi inferiores fuerint, omnes enim iſti contemnere videntur: & hi quidem, tanquam ſe inferiores, negligunt, illi vero, tanquām ab inferioribus beneficia acceperint. Et ñs, qui in nulla ſunt exiſtimatione, ſi negligere videantur, magis iraſcuntur: diximus enim iram eſſe propter negligē-

tiam

A tiam aduerſus eos quos non cõ-
uenit, conuenit autem inferiori-
bus, non negligere præſtantio-
res. Et amicis iraſcuntur, niſi vel
bene dixerint, vel bene fecerint,
& multo magis, ſi contraria fece
rint, &, ſi non aduerterint, qui-
bus rebus indigeant, ſicut apud
Antiphontem Plexipp⁹, Melea-
gro iraſcitur, hoc enim negligen
tiæ ſignum eſt, nõ aduertere, nã
quæ curamus, ea nos latere non
ſolent: & ñs, qui infortunñs, quę
ipſis accidunt, lætantur & omni
B bo, qui in aduerſa ipſorum for-
tuna ſecuro ſunt animo, hoc.n.
vel inimici: vel negligentis indi
cium eſt: & ñs, qui non curant,
etiam ſi dolorem adferũt, vnde
etiam mala nunciãtibus iraſcũ-
tur: & æquo animo audiẽtibus
ea, quæ exiſtimationem ipſorũ
lædunt, æquoq; animo res ma-
las intuentibus. nam, qui hoc fa-
ciunt, vel negligentibus, vel ini-
micis ſimiles ſũt: amici enim an
guntur, nec quiſquam eſt, cum
C ppria mala videt, quin doleat.
Præterea illis iraſcuntur, qui ſe
negligunt apud quinq; homi-
num genera, apud eos, quibuſ-
cum de honore contẽdũt, apud
eos, quos admirantur, apud eos,
quibus eſſe admirationi ſtudẽt,
apud eos, quos verecundantur,
denicq; apud eos, quibus ipſi ſũt
venerationi, apud hæc hominũ
genera ſiquis ipſos neglexerit,
maxime iraſcũtur: & ñs, qui ne-
gligunt ea, quibus opem nõ fer-
re turpe eſſet: vt parentes, filios,
vxores, imperio ſubditos: &, D
qui beneficiorum acceptorum
gratiam non referunt: eiſ enim
hæc negligentia præter id, quod
conuenit: & ñs, qui diſſimula-
tione vtuntur, cum ipſi ſerio a-
gant, ſignum enim contemptio-
nis eſt diſſimulatio: & ñs, qui
ſunt in alios benefici ac liberales
niſi etiam ipſis benefaciant, con
temptionis enim ſignum eſt, nõ
ñſdem rebus aliquem dignum
iudicare, quib⁹ omneis alios iu-
dicant. Obliuio quoq; iram cõ- E
mouet, vt ſiquis nomen alicui⁹
pene oblitus fuerit, nam etiam
obliuio negligentiæ ſignum eẽ
videtur: ſiquidem ab incuria na
ſcitur obliuio: incuria vero ne-
gligentia eſt. Quibus igitur ho-
minibus iraſcantur, & quomo
do affecti, & quas ob res, ſimul
explicatum eſt. Planum autem
eſt, oratorẽ oportere iudices ora
tione ſua taleis efficere, quales ñ
ſunt, qui in iram procliues ſunt:
Atq; aduerſarios eis culpis affi- F
neis eſſe oſtendere, quæ iuſtam
iram commouent, & taleis eſſe,
quibus iraſci merito debeant.

De manſuetudine. Cap. 3.

QVoniam autem iraſci, &
leniri contraria ſunt, &
ira lenitati: videndũ
eſt, quomodo affecti homines le
nes ſint, & erga quos ſe leniter
gerant, & quib⁹ de cauſis leniã-
tur: eſt aũt lenitudo, ſedatio ani
mi, atq; ab ira ceſſatio. Cum igĩ
homines iraſcantur negligenti-

G bus,negligentia vero voluꝫtaria
ſit:perſpicuum eſt eſſe leneis ad
uerſus eos,qui aut nihil horũ fa-
ciunt:aut inuiti faciunt,aut ſaltẽ
facere videꝫtur:& erga illos, qui
aliquid fecerunt contra, quàm
voluerant:& aduerſus eos, qui
in ſe ipſos eadem committunt:
nemo enim videtur ſe ipſum ne
gligere:& aduerſus eos, qui fa-
tentur quidem,ſed feciſſe pœni-
tet,ceſſant enim ab ira non ali-
ter,ac ſi illi, quos pœnitet eius
rei,qua dolent,pœnas iam dede
H rint.hoc autem ex punitione ſer
uorum intelligi poteſt:nam eos,
qui pernegant,& contradicunt,
atrocius punimus, in eos vero,
qui fatentur,ſe iuſte puniri, mi-
tiores ſumus & ab ira ceſſamus.
id autem in cauſa eſt,quòd aper
ta negare impudentia eſt: & im
pudentia eſt negligentia,& con
temptio quædã:quos enim val
de contemnimus, eos non vere-
mur.In eos etiam lenes ſumus,
qui ſe humiliꝫ demiſſeq; gerunt,
neq; contradicunt, videntur.n.
I ſe inferiores cõfiteri:&, qui ſunt
inferiores,timent: nemo autem
timentibus iraſcitur. quòd au-
tem ira ſtatim ceſſet in eos, qui
ſe humiliter & demiſſe gerunt,
declarant etiam canes, qui pro-
ſtratos non mordẽt.Iis etiam le-
nes ſumus, qui ſerio nobiſcum
agunt: cum nos etiam ipſi ſerio
agimus: videntur enim noſtri
eſſe ſtudioſi,non autem nos con
ATvero ſenes, & qui iam E grandes natu ſunt,contrarijs fere moribus plerunque præditi ſunt. Quoniam.n. multos annos vixerunt, pluribusque in rebus decepti ſunt,atque ipſi aberrarunt, & magna negociorum pars malis abundat:nihil plane confirmare ſolẽt ac longe minus,quàm oporteat, omnia tractant,& ſe opinari,nõ ſcire quicquam,prædicãt. & de

F quaq; re ambigentes,ſemper ad iungunt,Forſan,& Fortaſſe,atq; ita omnia dicunt,nihil autem aſſeueranter efferunt. Et ingenio prauo,moroſoq; ſunt:ẽ.n.cacoethia,vitium,cum in deteriorem partem omnia capiuntur. Et ſuſpicioſi ſunt eo, q; nemini credant:credunt autem nemini,propter experiẽtiam & vſum. atq; eadem de cauſa neq; vehementer amant,neq; vehementer oderunt:ſed ex Biantis præcepto amãt,tanquã oſuri,& oderunt, tã q; amaturi. Parui quoq; animi

ſunt,

G ſunt, quoniam longa ætas eorũ ſpiritus fregit : nihil enim magnum, nihil eximium appetunt ſed ea tantum, quæ ſunt ad vitã neceſſaria, cupiunt. Atq; illiberales ſunt: nam pecuniæ in eis numerantur, quę ſunt ad vitam neceſſaria: ſimul etiam longo vſu didicerunt, quàm difficile ſit pecuniam acquirere, & quàm facile ſit eandem amittere. Sunt etiã timidi, ſemperq; verentur, ne ali
H quid ſibi mali contingat: nam contrario modo affecti ſunt atq; adoleſcentes, ſunt enim gelidi ac refrigerati, adoleſcentes autẽ feruentes, quare ſenectus aditum timiditati patefecit, timorem. n. refrigeratio quędam eſt. Et cupidi vitæ ſunt, præſertim exacta ętate, atq; extremo tempore: cupiditas enim abſentium rerum eſt & omnes, cuius rei indigentes ſunt, eam maxime deſiderant,
Difficiles etiam & quęruli ſunt. quod ipſum quãdam animi anguſtiam indicat. Et in viuendi
I ratione ſibi vtilitatem, non honeſtatem proponũt: atq; hoc ſupra modum faciunt eo q; ſui ipſorum amantes ſint. nam, quod vtile eſt, priuatũ vſum reſpicit, quod autem honeſtum eſt, communem. Inuerecundi quoq; potius, quàm verecundi ſunt: cum enim non æque honeſtatem, ac vtilitatem curent, parui faciunt etiam, quales videantur, Neque vlla ſpe ducuntur cum pp experientiam, magna. n. negociorum pars malis abundat, vnde fit. vt
in deteriorem partem plerasq; ca K
dant, tum etiam propter timiditatem. viuũt q; memoria potius, quàm ſpe, quod enim reliquum eſt vitæ, paucum eſt, pręteritum autem eſt multum, & ſpes ipſa futuri temporis eſt, memoria vero prætériti. quæ quidem cauſa eſt etiam loquacitatis in ſenib⁹: neq; enim ceſſant ea narrare, q ſuperiori tẽpore geſta ſunt, quoniam ex recordatiõe voluptatẽ capiunt. Iræ ſenum acres quidẽ, & acutæ ſunt, ſed tamen imbecilles, cupiditates vero partim L
omnino defecerunt, partim autem languidæ factæ ſunt. itaq; neq; cupiditate flagrãt, neq; aliquid impulſu cupiditatis efficiunt: ſed ad lucrum omnia referunt: quare temperati eſſe vidẽtur huiuſmodi homines: cupiditates enim remiſerunt: & pecuniæ ſeruiunt. Et magis in degenda vita ratiocinationem, quàm morem ſequuntur: nam ratiocinatio ad vtilitatem, mos ad virtutem ſpectat. Et, quas iniurias faciunt, magis propter conſuetu M
liam, inferunt. Mouentur etiam miſericordia: non tamen ea ratione, qua iuuenes. nam iuuenes propter humanitatem, ſenes propter imbecillitatem miſericordes ſunt: exiſtimant enim omnia incommoda ſibi ita vicina eſſe, vt ea iã paſſuri ſint. hoc autem miſericordiæ proprium eſt. vnde queruli ſunt ac moroſi, minime vero faceti, neq; iocorum ſtudioſi: querulum enim, & io-

coſum

A cosum contraria sunt. Adolescentium igitur, & seniorum mores huiusmodi sunt. Quare, cum omnes eas orationes approbent, quæ moribus suis conueniunt ac, similes sunt: nequaquam obscurum est, quomodo possint oratores ita dicere, vt & ipsi, & orationes suæ tales esse videant.

De moribus ætatis mediæ. Cap. 14.

QVi in media ætate constituti sunt, perspicuum est, eos mores etiam
B medios seruare &, quod in vtrisque illis nimium est, amputare. neque enim valde confidentes, quod est audaciæ, neq; valde timentes sunt, sed in vtroq; se bene gerunt. Neq; omnibus temere credunt, neq; omnibus fidem derogant, sed ex veritate potius omnia iudicant. Neq; tantum sibi honestatem in degenda vita, neq; tantum vtilitatem, sed vtrãque proponunt. Neq; ad parsimoniam, neq; ad largitionẽ inclinant: sed ad id, quod maxime
C conuenit. Eodem pacto se habẽt in eis, quæ ad iram, & ad cupiditatem pertinet. Et temperantes sunt cum fortitudine, & fortes cum temperantia. nam in adolescentibus, & senibus hæc distincta sunt: adolescentes enim fortes sunt, verum intemperantes, senes autem temperantes sunt, sed timidi. Atq; (vt in summa dicam) quascunq; res vtiles adolescentia, & senectus inter se diuiserunt, eas simul omneis habet ætas media: in quibus autem il- D
læ ætates vel excedunt, vel deficiunt, eas ad mediocritatem, & conuenientiam hęc eadem ætas adducit. Viget autem maxime corp⁹ ab anno trigesimo ad quintum & trigesimum vsq; mentis autẽ vigor atq; animi nono & quadragesimo anno maxime re-
E spicitur. Ac de adolescentia quidem, senectute, & media ætate, earumq; singularũ moribus hęc dicta sufficiant. At vero de fortunæ bonis, q̃ mores hominum va-
F riare solent, deinceps dicamus.

De moribus nobilium. Cap. 15.

NObilitatis ille mos est, vt qui eam possidet, honoris sit appetentior, est. n. hoc commune omnium, vt cum bonum aliquod possident, illud accumulare studeant. Nobilitas autem parentum, ac maiorum dignitas est, quam qui possidẽt, ad alios contẽnendos proni sunt atq; illos etiã, qui in eisdem honoribus sunt, in quibus ipsorũ maiores fuerunt, quoniam hæc interuallo temporis remota magis, quam propinqua ac nuper facta, solent honorari, & gloriatione digna videri. Nobile vero dr̃ id, qd⁹ in familiæ virtute constitit: gñosum, qd⁹ à maiorũ suorũ natura non degenerat. quod maiori ex parte nobilibus non cõtingit: multi. n. vili atq; abiecto animo sunt. Vt. n. in agris, & ijs, quæ terra nascuntur, sic etiã in familijs plerunq; fœtus vbe-

rior

G rior exiſtit. & interdum, ſi bona familia fuerit, naſcuntur in ea per aliquod tempus eximĩ viri: deinde paulatim iterum ſe remittit, nam præclari ingenĩ familiæ in mores inſaniores degenerant, vt, qui ab Alcibiade genus ducũt, & à Dionyſio prio re: quæ vero ſtabili pacatoq; ingenio ſunt ad ſtoliditatem, & ignauiam delabuntur, vt qui à Cimone, & Pericle, & Socrate progeniti ſunt.

H *De moribus diuitum. Cap. 16.*

QVi autem mores à diuitijs prouenian,in promptu eſt omnibus videre. Sunt enim diuites contumelioſi,ac ſuperbi. hanc vero habent iuriſ eis diuitiarũ copia, nã ita ſunt affecti, quaſi omnia bona poſſiderẽt.ſunt enim diuitiæ,quaſi precium ac æſtimatio dignitatis omnium aliarum rerum:vnde fit,vt diues omnia ſibi emere,ac parare poſſe videatur.Sunt etiam delicati, & arrogantes.ac delicati, quidem ſunt cum propter ipſas diuitias, in quibus verſantur,tum,quia feliciratem ſuam oſtentare gaudẽt: arrogantes autem & elati, quoniã omnes fere in eis rebus verſari ſolent,quas ipſi amant, atq; admirantur,&, quia putãt alios eadem æmulari,quæ ipſi ſuſpiciunt. Atq; hæc iure ſuo quodã modo faciunt:multi ſunt enim, qui illorum ope, qui facultates habent, indigeant. vnde illud eſt Simonidis poetæ dictum de R ſapientibus, & diuitibus. cum enim Hieronis vxor ab eo petiſſet,vtrum præſtaret, diuitem ne eſſe,an ſapiẽtem diuitem, reſpõdit: dixit enim,ſe paſſim videre ſapienteis,inforibus diuitum cõmoranteis.Atq; etiam ideo ſunt arrogantes,quia ſe dignos imperio cenſent. nam ea ſe tenere putant,quæ qui poſſident, alijs imperare digni ſunt.Verum (vt in ſumma dicam) inſipientis fortunati diuitiæ mores exprimunt. L Plurimũ vero differunt mores eorum, qui nuper diuites facti ſunt,ab eis,qui iãpridem erãt diuites:qd' noui diuites magis oſtentant vitijs,atq; illis deterioribus cumulati ſunt:quædam enim ẽ quaſi ignorantia diuitiarum,nuper eſſe ditatum:& iniurias inſerunt,non quidem ob maliciam, ſed vel per cõtumeliam, vel per incontinẽtiam: vt, cum pulſant homines, & ſtuprũ committũt M

De moribus potentium & fortunatorum. Cap. 17.

FOdem modo mores eorũ, qui cum imperio ac poteſtate ſunt, maiori ex parte ſunt perſpicui. Partim enim ĩſdem moribus præditi ſunt,quibus diuites,partim melioribus: ſunt enim potentes honoris appetentiores,& animo magis virili,quam diuites. expetunt.n. eas res, quas propter potentiam tractandi facultatẽ habent.Sunt etiam multo magis ſtudioſi pro

pter

A Pter curam ac diligentiam, quã habere coguntur, vt potentiam conſeruent. Sunt excelſo potius animo, quàm moleſto: dignitas enim eos conſpectiores efficit, atque hãc de cauſa modeſte ſe gerunt. eſt autem excellſitas, animi quædam lenis, & honeſta grauitas, Quòd ſi forte potentes iniuriam inferant: non in paruis, & minutis rebus, ſed in magnis obeſſe ſtudent. Fortunæ proſperitas eos mores habet, qui ſigillatim explicati ſunt. nã quæ
B magnæ proſperitates eſſe videntur, ad hæc, quæ modo diximus tendunt: & prꝛterea bonam magnamq; liberorum copiam, & quæ corporis bona ſunt fortunę proſperitas adfert. Solent autem homines ſuperbiores, & inconſiderantiores ob proſperitatem eſſe: in illo vero vno qđ optimũ eſt, fortunati excellũt: quòd pie deos colunt, Atq; in illos bene affecti ſunt, eiſq; confidunt, ꝓpter ea bona, quæ beneficio fortunæ
C conſecuti ſunt. Ac de moribus quidem, qui ab ætate, atq; à fortuna proueniunt, ſatis dictũ eſt. nam, quæ ſunt ẽ̃s, quæ diximus contraria, facile ex contrarijs intelligi poſſunt, vt, qui ſint pauperis, & infortunati, & impotentis mores.

Quæ ſint quædam omnibus generibus communia. Cap. 18.

ILlud vero non dubium eſt quin, omnis vſus orationum quæ perſuadendi vim habent, ad iudicium referatur. in D ẽ̃s enim rebus, quas nouim⁹, & de quibus iam iudicauimus, nõ amplius opus eſt oratione. Eſt autem iudicium eriã, ſiquis cũ vno tantum probabili oratione vtatur, vel ſuadẽdo, vel diſſuadẽdo, vt qui admonẽt, aut aliquid perſuadere conantur, facere ſolẽt neq; enim minus eſt iudex, qđ vnus tantum ſit. nam quicunq; eſt ille, cui aliquid perſuadendũ ſit, is (vt in ſumma dicam) iudex eſt, ſiue contra litigantẽ quis diſſerat, ſiue propoſitam aliquam cauſam defendat: nam oratione E vti neceſſe eſt, atq; illa refellere, quæ contra dici poſſunt: cũ eis enim, tanquam cum aduerſario contẽdit: eadem ratio eſt etiam in exornationibus: ad auſcultatorem enim, tanquam ad iudicem, habetur oratio. Sed omnino tamen proprie dicitur ille iudex, qui in ciuilibus controuerſijs de ẽ̃s, quæ in quæſtionẽ veniunt, ſentẽtiam fert. nam de cõ F trouerſijs, quæ in foro verſantur & de quibus in concione conſultant, quomodo ſeſe habeãt, quæritur. Quod autẽ ad Reſpũ. mores attinet, in deliberatiuo genere ſatis à nobis antea dictũ eſt. quare ſimul etiam declaratũ videri poteſt, quomodo, quibuſq; rationibus poſſimus oratione noſtra ſingularum moros exprimere. Cum autem in vnoquoque dicendi genere diuerſi fines ſint: & de oſb⁹ eis ſum, tæ ſint ac declaratæ opiniones, atq; propo

ſitio-

G fitiones, ex quibus fidē faciunt, & qui deliberant, & qui laudant, & qui litigant: & præterea demonſtratum ſit, vnde ducantur orationes, quæ bene mores exprimant: ſupereſt, vt ea commemoremus, quæ communia ſunt omnium generum. Neceſſe eſt enim, vt in omni genere dicendi quæratur, quid fieri, aut non fieri poſſit: & quidem demonſtrare conentur aliquid futurum, illi vero factum eſſe. quinetiam de magnitudine rei
H diſſerere, commune eſt omniū generum: omnes enim & amplificare, & imminuere ſolent, & ſuadentes & diſſuadentes, & laudantes & vituperantes, & accuſantes & defendentes, Hæc poſtquam explicuerimus, tunc communiter de enthymematibus, ſiquid habemus, dicere conabimur: ac de exemplis etiam vt, quæ reliqua ſunt, adiungentes, incœpto operi finem imponamus. Ex locis autem com-
I munibus amplificatio demonſtratiui generis eſt maxime propria, ſicuti antea dictum eſt, quod vero factum eſt, iudicialis generis: de factis enim rebus iudicium fieri ſolet, denique, quod fieri poteſt, & futurum eſt deliberantibus conuenit.

Primum igitur de eo, quod fieri, aut non fieri poteſt, verba faciamus.

AC quidem, ſi contrarium eiuſmodi eſt, vt aut eſſe, aut factum eſſe poſſit: etiam alterum contrarium eandem naturam habebit: vt, ſi fieri poteſt, vt aliquis bonam valetudinem recuperet, eundem etiam in morbum incidere potuiſſe, certum eſt, eadem enim eſt contrariorum poteſtas, quatenus contraria ſunt. Et, quæ ſimilia ſunt, ſi alterum eorū fieri poteſt, etiam alterum potest. L

Et, ſi quod difficilius eſt, effici poteſt: etiam id, quod eſt facilius, poterit effici. Et, ſi quid poteſt fieri bonum, aut pulchrū id etiam ſimpliciter fieri poterit, difficilius eſt enim, domum eſſe pulchram, quàm domum eſſe. Et, quod principium habere poteſt, id etiam finem habebit, nihil enim fit, neque fieri incipit eorum, quæ nullo modo fieri poſſunt: vt, quòd dimetiens lateri ſit comparabilis, hoc neq; initium capit ſui ortus, ne- M que fit. Et, quod finē habere pōt id etiam principiū habebit: nā à principio cuncta proueniunt. Et, ſi quod poſterius natura, aut ortu factū eſt contingit, ēt id, qđ prius eſt: vt, ſi fieri poteſt, aliquē eſſe virum factum, idem ēt puer fieri potuit: nam hoc prius fieri ſolet, & contra, ſiquis puer fieri poteſt ēt vir fieri poterit, nam illud eſt principium. Illa quoque effici poſſunt, quorum amor, & cupiditas

A cupiditas a natura inſita eſt. nã plerũq; fit, vt nemo diligat, aut cupiat ea, quæ fieri nullo modo poſſunt. Et ea quorum ſcientiæ atq; artes ſunt, naturam hãc habent, vt eſſe, & gigni poſſint. Et ea fieri poſſunt, quorum principium ortus eſt in eis, quę nos cogere, aut perſuadere poſſumus. hęc autem ſunt, quibus aut opibus præſtamus, aut domini ſumus, aut amici. Et quorum partes effici poſſunt, etiam totum, & contra, ſi totum fieri poteſt, ẽt
B partes. nam ſi obſtragulum, & ligula, & ſolea fieri poſſunt: etiã calcei poſſunt fieri: & ſi calcei, poteſt etiam obſtragulum, & ligula, & ſolea. Et ſi genus fieri poteſt, etiam ſpecies fieri poterit, & ſi ſpecies etiam genus: vt ſi nauis fieri poteſt, etiam triremis: & ſi triremis, etiam nauis. Et ſi alterum eorum, quæ ſub eandẽ rationem cadunt, fieri poteſt, ẽt alterum poterit: vt ſi duplũ fieri poteſt, etiam dimidium poterit, & ſi dimidium, etiã duplũ.
C Et quod ſine arte, atq; apparatu fieri poteſt, id magis adhibita arte, ac diligẽtia fieri poterit: vnde ab Agathone dictum eſt,

Fortuna quędam agenda nobis obiicit,
Quædam ſimul fert caſus, & neceſſitas.

Et ſi quid a deterioribus, uel impotentioribus, vel imprudẽtioribꝰ fieri põt, id multò magis abhis, qui ſunt nis cõtrarij fieri poterit: vñ dictũ illud Iſocratis: q rem indignam eſſe dixit, & gra- D
uem, ſi Euthynus quidẽ didiciſſet, ipſe vero non poſſet inuenire. Quæ vero fieri non poſſunt, facile percipiuntur ex cõtrarijs eorum, quæ dicta ſunt.

Quod ſi quæratur, vtrum aliquid factum ſit, an non factum, his modis cõſiderari poteſt: Primo, ſi quod a natura fieri minꝰ eſt aptum factum eſt, etiam id erit factũ, quod fieri magis eſt aptum. Et ſi quod poſterius fieri cõſueuit, factum eſt: id etiam E
quod priꝰ factum eſt: vt ſi quis rem aliquam oblitus eſt etiam aliquando illam didicit. Et ſiqs quippiam efficere potuit, & voluit, nõ dubium eſt quin fecerit: oẽs. n. cum aliquid poſſunt, & volunt, id etiam efficiunt, cum nihil eis impedimento ſit: &, ſi voluntatem habuerit, nullaq; res eum externa prohibuerit: & ſi res illa fieri potuit, & qui feciſſe dicitur, iratus erat: & ſi facultatem habuit, & concupiuit: nã plerique ſi potuerint, ea faciunt, F
quorum deliderio tenentur: improbi quidem propter inconti nentiam: probi vero quia res tãtum iuſtas deſiderant, & ſiquid futurum erat, aut aliquis facere paratus erat, nam probabile eſt cum quis facturus fuerat, etiam feciſſe: & ſi omnia facta ſunt, q̃ naturę ordine uel ante illud, vel eius gratia fieri ſolẽt: vt ſi fulgurauit, etiam tonuit, & ſi ſolicitauit, etiam confecit. Et ſi ea facta ſunt, quæ naturæ ordine poſtea

G consequuntur, uel quorum gratia fiunt alia: factum etiam illud est, quod est prius, & quod aliorum gratia fit: vt si tonuit etiam fulgurauit, & si confecit, etiam solicitauit. Ex his autem omnibus aliqua necessaria sunt: aliqua maiori ex parte fieri solent. Quod vero non factum esse dicitur, facile probatur ex contrariis eorum, quæ dicta sunt. Atq; ex ijsdem locis intelligitur etiã, quid futurum sit. Nã quod est in potestate nostra, atq; volunta
H te situm, id etiam erit. Et quæ cupiditas iubet, & ira, & cogitatio si potestati coniuncta sunt erunt. Præterea si in procinctu est, vt fiat, aut si futurum est eri: nam plerunq; fiunt ea potiꝰ, quæ futura erãt, quàm quæ nõ futura: & si iam omnia extiterunt, quæ natura præcedere solent: vt si nubes coactæ sunt, imber erit. Et si quod huius gratia fit, factum est, verisimile est ẽt, hoc futurum: vt si fundamentũ etiam domus.

I *De magnificatione ac attenuatione.*
Cap. 20

DE magnitudine autẽ, & paruitate rerum, & de maiore & minore, & oĩno de magnis & paruis ex ijs, q̃ iam tradita sunt, nobis perspicuum esse potest. nam in ijs, quæ diximꝰ de genere deliberatiuo, de magnitudine etiam bonorũ, & de maiore ac minore simul diximus. Quare, cum in vnoquoque genere finis propositus bonus sit, & vtilitas, honestas, æq- K
tas: perspicuum est, inde sumendas esse cuiusq; generis amplificationes. At vero præter hæc de magnitudine simpliciter, & de exuperantia quærere, inanem est suscipere sermonem. nam ad vsum, maiorem adferunt vtilitatem, quæ sigillatim tradũtur, quàm quæ generatim atq; vniuersè. Ac de eo quidem quod fieri potest aut non potest, & vtrũ aliquid factum sit an non factũ, & vtrum futurum sit an non futurum, deniq; de magnitudine & paruitate rerum, hæc dicta L
sufficiant. Reliquum est, vt de probationibus, quę communes sunt omnium generũ dicamus, cum iam de propriis dixerimꝰ.

De exemplo. *Cap.* 21.

SVnt autem communiũ probationum genera duo, exẽplum, atq; enthymema: nã sententia enthymematis pars ẽ. primo igitur de exemplo dicamus, quod inductioni perquã simile est, inductio vero quoddam est principium. Duo sunt M
exemplorum genera: alterum quo res gestas commemoramꝰ, alterum quo nos ipsi fingimus aliquid perinde, vt gestum. atq; hoc secundum genus iterum diuiditur in duo, quorum alterũ collatio, alterum fabula dicitur: quales sunt Aesopicæ, & Lybicæ fabulæ. Est autem exemplũ res quædam huiusmodi: vt, si quis diceret, oportere cõtra Persarũ

A ſarum regem arma parare, neq; pati, vt in ſuam poteſtatem Aegyptum redigat. Etenim antea Darius non prius in Græciam traiecit, quàm Aegyptum cepiſſet: ſed ea capta traiecit: atq; iterum Xerxes nō prius Græciam ſuaſit, q̄ Aegyptum occupauit: qua cum potitus eſſet, tunc ſua ſit Græciam. Quare etiam iſte, capta Aegypto, copias in Græciam trāiciet. non igitur hoc illi permittendum. Collatio eſt, qua Socrates frequenter vti ſole
B bat: vt ſiquis dicat, magiſtratus ſorte creari non oportere: Nam id eſſet ſimile, ac ſiquis athletas eligeret ſorte: non qui pugnare valeant, ſed qui forte contigerint: vel ſorte ducta, nautarum aliquem ſumeret, cui nauis gubernanda traderetur: tanquam oporteat eum, quem ſors voluerit, non qui peritus ſit, nauē gubernare. Fabula eſt, vt ea Steſichori contra Phalarim, & Aeſopi de turbulento oratore. Steſi-
C chorus enim cum Himerenſes ducem exercitus ſui cū ſumma poteſtate Phalarim creaſſent, atque illi cuſtodes corporis dare conſtituiſſent: cum alia multa diſſeruiſſent, tādē eis hāc fabulā narrauit: Equus olim pratū ſol⁹ depaſcebat, cū ceru⁹ ſuperueniens illi paſcua diſturbauit. equ⁹ uero, ceruū punire cupiēs, quēdam hoſtem interrogauit, an ſibi ſuā operā ī puniēdo ceruo p̄ſtare poſſet: ille, ſe poſſe, rūdit, mō frænū equus reciperet, ac ſe in dorſum aſcendere pateretur, D manus iacula geſtantē: quā cum equus cōdōnē accepiſſet, & hominē dorſo recepiſſet, non mō ceruū non puniuit, ſed ī h ſs ſeruitutem redactus eſt. Vos igit, inqt cauete ne cū velitis hoſteis veſtros vlciſci, idem, quod equ⁹ ille patiamini, iam.n. frænū recepiſtis, poſtq̄ ducē exercit⁹ cū ſūmma poteſtate Phalarim elegiſtis: quod ſi cuſtodes ēt illi corporis dederitis, & aſcendere per miſeritis: iam in eius ſeruitutem deuenietis. Aeſopus ī Samo, cū E oratorem quendam turbulētū defenderet, qui rei capitalis inſimulabatur, & de vita periclitabatur: ita dixit, Vulpes quædā, cum fluuium pertranſire vellet in voraginem decidit: & cū exire inde nullo mō poſſet, multa mala diu ppeſſa eſt, plurimq̄ caninæ muſcæ cuti eius adhæſerunt. cum autem herinace⁹ per eam regionem vagaretur, atq; illā cōſpexiſſet: miſericordia mot⁹ ſterrogauit, an caninas muſcas a ſe abigi vellet. illa vero non p̄- F miſit, & cū hui⁹rei cām herinace⁹ peteret, dixit: Q̄m iſtæ iā ſatiatæ ſunt, & parū ſāguinis exugūt. qđ ſi tu iſtas abegeris aliæ: fame cōfectæ, ſupueniēt, q̄ reliquū ſanguinē meū totum abſumēt. Eodē mō, inqt o uiri Samī nihil hic orator vobis amplius nocet: eſt.n. locuples, q̄ ſi hunc interficiēdū curaueritis: aliī pauperes ſuccedent, qui depeculantes Rēp. pœcunias oēis veſtras

G consument. Sunt autem hmõi fabulæ cõcionibus accommoda tæ:atq; hanc in ſe commoditatẽ habẽt,q; arduum eſt res geſtas: & exempla ħs, quæ tractantur, ſimilia inuenire:fabulas autem, facile eſt. nã eas ita fingere,ſicuti collatiões licet,mõ quis id,qđ ſimile eſt,perſpicere poſſit: qđ ñ facile faciunt,qui ſapientiæ ſtudĩs incubuerunt. Ac fabulę quidem facilius excogitantur,ſed ſ deliberationibus exempla lõge ſunt vtiliora:nã quæ futura ſũt, H plerunq; paria ſimiliaq; ſunt ħs, quæ iam facta ſunt. Is autem poterit exemplis, tanq; demõſtrationibus vti,qui argumẽtorum copiam non habuerit:nam per ea ea fides fit.q; ſiquis habet argumenta:dẽt exẽplis pro teſtimonĩs vti,quæ tanq; probationes, & concluſiones ſint argumentorum. Nam exempla ſi præponãtur argumentis, vim inductiõis habent:ſed oratoribus inductiõ eſt,niſi paucis admodum locis,accõmodata:at vero, ſi poſt I ponantur, teſtimoniorum vim habent,teſtis autem vbiq; ad ꝑſuadendum aptus eſt.atq; ideo, cũ quis exempla proponit: neceſſe eſt, vt multa cõgerat: q; ſi poſtponat, vnũ ſatis eſt:nã ẽt teſtis vnus,qui probatæ fidei ſit, multũ adiuuat. Quot igiť ſint exẽplorũ formę,qũo q; ſit eis vtendũ,& quo tpe declaratũ eſt. Qđ aũt ad ſentẽtias dicẽdas attinet:cũ quid ſentẽtia ſit expoſitũ fuerit:ſimul ẽt perſpicuum erit, quibus de rebus, quo tpe, qui- K busq; perſonis conueniat in oratione ſententias proferre.

De ſententia. Cap. xx.

Ententia igitur eſt enuntiatio,non quidem ſingularũ rerum,aut hominũ, vt qualis ſit Iphicrates, verum gñis vniuerſi:neq; tñ oſum rerum abſolute,generatim q;, vt ſi quis rectum curuo contrarium eſſe dixerit, ſed earum rerum omniũ, quæ ad humanas actiones pertinent, & quas in agendo vel expetimus, vel declinamus. Qua- L re cũ enthymemata nihil aliud ferè ſint, quàm argumentationes, ſiquis ſ eiuſmodi rebus,vel concluſiones, vel principia enthymematum ſiue argumentatione ſumat erũt ſententiæ:qualis eſt illa,

Quicunq; prudens eſt vir. is ne liberos,
Optet ſuos nimis ſciẽteis effici.

hæc quidem eſt ſentẽtia. q; ſiq; adiungat cauſam, & cur ita ſit, explicet, iam totum ſimulent M enthymema:vt

Nam præter eam,cui applicant ſe,ignauiam
Parant ſibi liuorem acerbum ciuium.

& illa,

Nemo beatus rebus eſt in oĩb⁹,

rurſus illa

Nemo omnium omnino virorum liber eſt,

eſt ſententia, ſed ſi iungantur cum ſequenti, fiet enthymema,

For

A Fortunæ enim aut eſt ſeruꝰ, aut pecuniæ.

Quòd ſi ea eſt ſententiæ natura, quàm diximus, neceſſe ē quatuor eſſe ſententię ſpecies. vel. n. rationem adiunctam habet, vel ſine adiecta ratione profertur. Atq; illæ rationis ac probatiõis egent, quę vel ad mirabile quippiam, vel controuerſum enuntiant: quæ vero nihil alienum a multorum opinionibus habẽt, nullius ratiõis indigent. Ex his quædam ſunt, quæ neceſſario
B nullam rationem requirunt eo, q̃ ab omnibus cognoſcũtur: vt illa, Corpus habere bene conſtitutum, optimum eſt: vt nobis quidem videtur: in hanc. n. ſententiam pleriq; oẽs conſentiũt. quædam vero, ſimul ac enuntiãtur, perſpicuæ ſunt eis, qui aduertunt: ut illa:

Nemo eſt amans, qui ſempiterne non amat,

Earum autem, quæ ratiõis egẽt aliquæ ſunt enthymematis partes, ut illa:

C Quicunq; prudens eſt vir, -

& quæ ſequuntur: aliquæ vero vim habent enthymematis, vnde vocãtur enthymematicę: neque tamen ſunt enthymematis partes: quæ quidem etiam magnopere præcellunt. tales ſunt illę, in quibus eius quod dicitur cauſa apparet: quemadmodum illa:

Ne immortale odium mortali I pectore ſerues.

nam ſiquis ita enuntiet, Ne immortale odium ſerues, D erit ſententia, id verò quod adiungitur,

mortali in pectore. -

cauſam exprimit. eodem mõ ẽt illa, Eum mortalia curare decet, qui mortalis eſt, nõ imortalia. Ex ijs, quæ dicta ſunt, iam ꝓſpicuum eſt, quæ ſententiæ ſpecies ſint, & quibus rebus ſingulæ cõueniant. Quoties. n. de illis ambigitur, aut aliquid præter opinionem continent, tunc ſemper addenda eſt ratio: ſed vel præponere licet rationem, & vti ſentẽ E tia proconcluſione: vt ſiquis ita dicat: Ego quidem q̃m declinare inuidiam oportet, atque ignauiæ nomen fugere dico, ſapiẽtię ſtudijs operam dare non oportere: vel ipſam enuntiare ſententiam, deinde rationem addere. quoties autem non ſunt quidẽ pręter opinionẽ, ſed aliquid obſcuritatis habent, tunc rotunde, & concinnè rõ eſt adiungenda. Conuenient ẽt hmõi locis apophtegmata Laconica: & quæ p enigmata proferũtur, vt ſiquis F idem diceret, quod Steſichorus apud Locrenſeis dixit, non oportere contumelioſos eſſe, ne cicadæ humi canant. Seniori autem homini potiſſimum conuenit, ſententias dicere, atq; illi præcipue, qui magnum rerum vſum habeat: ſdecorũ eſt. n. puero, ſentẽtias dicere ſicuti ẽt, ſabulas cõminiſci. de ijs vero quenq̃ dicere, quorũ ignarꝰ eſt, ſtulti, ac rudis ſgenũ, ꝓpriũ eſt. huiꝰ aũt rei

G ſignū eſt, ꝙ agreſteis hoſes maxime ſententias loquūtur, & facile de re qualibet enuntiāt. Generatim autem aliquid proferre, quod nequaquam gñale ſit, maxime conuenit in cōqueſtione, atq; amplificatione: & hoc vel in principio, vel poſtquam aliquid concluſum fuerit, Licebit ētvti peruulgatis, communibuſq; ſententijs, ſi cāæ noſtræ ꝓ fuerint. nā quia cōmunes ſunt, tanquam omnium conſenſu, ꝓbatæ, recte ſe habere videntur:
H vt ſiquis qui adhortetur ad periculum ſubeundum eos, qui litare non potuerint id dicat, Augurium vt patriam ſerues bellare, ſecundum eſt: & qui cōcitat inferiores, Mars eſt communis: & qui adhortatur ad filios inimicorum, etiam innocenteis interficiendos,

Stultus qui natos, occiſo patre, relinquit.

quædam etiam prouerbia vim ſententiarum habent: vt illud prouerbium, Atticus inquilinus.

I Licet etiam ſententias proferre contra illas, quę iāpridem ſunt peruulgatæ. voco aūt peruulgatas, vt illa eſt, Noſce te ipſum: & illa, Ne quid nimis. Atque hoc tunc faciendum eſt, cum vel is, qui dicit, ex ea re melior eſſe videbit, vel aliqua perturbatione cōmotus erit. eſt aūt cū aſ ꝓturbatione dictum, vt ſiquis iratus affirmet, falſum eē, ꝙ ſe ipm noſcere oporteat. Nā hic, inquiet ſi ſe ipſum nouiſſet, nunq; exercitum ducere ſe dignū eſſe cenſuiſ K ſet. melior eſſe videbitur, qui dixerit, nō eſſe verum, quod aiūt ita amare oportere, vt aliquādo ſis oſurus, ſed potius oportere ita odiſſe, vt ſis amaturus. Sed oportet oratiōe patefacere, quid ipſi ſentiamus: quod ſi non contingat, cām addere oportet, vt ſi vel ita dicamus, Amare oportet non quemadmodum aiunt, ſed tanquam ſis ſemper amaturus: illud enim alterum inſidiatoris eſt: vel hoc modo: Nequaquam mihi placere poteſt id, qd vul- L go dr̄: verum enim amicum ita amare oportet, tanquam perpetuo ſis amaturus. ſed neq; illud probo, Nequid nimis: nam improbos homines ſupra modum odiſſe conuenit. Magnam autē in dicendo vtilitatem adferunt ſententiæ propter inanem audi torum læticiam, & opinionem: gaudent. n. ſiquis generatim locut⁹, eas opiniōes tetigerit, quas ipſi ſigillatim habent. quod aūt dico, clarius exponam, ſimul autem perſpicuum erit, qūo ipſas M opiniones venari oporteat.

Nam ſententia, quemadmodū antea dictum eſt, gñalis eſt enūtiatio. qui vero audiunt, tunc lę tantur, cum id gñatim dicitur, quod ipſi antea in parte verum eſſe credebant: vt ſi quis malos vicinos, aut filios improbos habeat, eum ſanè probabit, qui dixerit. Nihil eſt vicinitate moleſtius: aut, Nihil ſtultius, q̄ liberos procreare. Quare diligenter

opor-

A oportet aliqua ratione conficere, quid ſentiant, exiſtimētq; auditores. deinde gñatim illud enuntiare. Atq; hæc quidem vna eſt vtilitas, quæ ex ſententijs dicendis percipitur. Eſt etiam altera longe melior, q; ſententiæ moratas oōnes efficiunt. Oōnes aūt mores habere dicuntur, in quibus dicentis ſenſus aperitur: quod ſi oībus ſententijs dicendis accidit eo q;, qui ſententiam dicit, generatim enuntiat, quid ipſe de rebus expetendis
B ſentiat. quare ſi bonæ ſententiæ fuerint, probū ēt oratorē videri faciunt. Atq; hæc quidē de ſententia, & quid ipſa ſit, & quot eius ſint ſpecies, & quomodo ſit vtendum ea, quamq; vtilitatē habeat, dicta ſufficiant.

De enthymemate. Cap. 23

DE argumentis vero iam generatim primo dicamus, quemadmodū ea quærere oporteat: deinde ſigillatim ēt eorū locos explicemus.
C ſunt. n. hæ duæ inter ſe diſtinctę ſpēs. Quòd aūt enthymema, ſyllogiſmus quidam ſit, antea dictum eſt: & qūo ſit ſyllogiſm⁹, & in quo differat a dialecticis: neq; n. q̄ remota ſunt, neq; cuncta in colligendo ſumere oportet. illud. n. obſcurū eſt pp diūtiam, hoc aūt garrulitatis eſt eo, q; perſpicua dicuntur. Atq; hęc ēt cā eſt, cur imperiti hoſes apd plebem facili⁹, q̄ eruditi, quod uolunt perſuadeant: quēadmodum poetæ quoq; teſtant, impe D
ritos in corona plebeiorum elegantius dicere, docti. n. viri ad res ſuas probādas communib⁹ & gñalibus vtuntur: indocti vero ſumunt ea, quæ cognita habēt, atq; in promptu ſunt. Quare non ex oībus, quę probabilia videnť, ſed ex certis ac definitis ſumenda ſunt argumēta, vt ex eis, q̄ vel diſceptatores ipſi, pbāt vel ñ, quorū ſententiā ſequunť. & illud perſpicuū eſſe debet, vt omnibus, vel maximæ parti ita
E eis videri. neq; tm̄ ex neceſſarijs colligēdum eſt, ſed etiam ex eis, quæ plerunq; fiunt.

Atque illud primo ſciēdum eſt, neceſſe eſſe, vt qui de aliqua re dicturus eſt, & argūmentaturus, vel oratorio ſyllogiſmo, vel quocunq; alio, quæ in ea re ſunt cognita & perſpecta habeat vel oīa, vel ſaltē aliqua. nam ſi nihil cognitū habueris. nihil erit, vñ argumentari poſſis. Dico autē hoc mō, vt ſi conſilium dādum
F ſit Athenienſibus, vtrū bellū ſuſcipiendū ſit, nec ne, qūo id facere poterimus, niſi copias eorum cognitas habuerimus: vtrū nauales ſint, an pedeſtres, an vtriuſq; gñis, & quātæ ſint: deinde, q̄ ſint eorū vectigalia, qui amici qui inimici: præterea, q̄ bella iā antea geſſerint, & quomodo, cæteraq; eius gñis. Et ſi laudandi fuerint, quomodo id præſtabimus. niſi nauale m eorum pugnam, & victoriam apd Salamiñ inſulā, aut terreſtre prælīū in

7 11

G Marathone cognitum habueri-
nus, aut quæ pro ſalute filiorũ
Herculis geſſerunt, & ſiquid eſt
aliud huius gẽris: hoc.n. a bonis,
quæ inſunt in aliquibus, vel in-
eſſe videntur, laudare conſueue
runt eodem modo ex contrarijs
vituperant: aduertunt.n. ſiquid
in eis turpe eſt, aut ineſſe videt,
vt q Athenienſes reliquos Græ
cos in ſeruitutem redegerũt, &
q Aeginetas & Potidæatas, qui
cum ipſis contra barbarum pu-
gnauerãt, & ſe ſtrenue fortiterq
H geſſerant, ſibi ſeruire coegerũt,
& ſiqua ſunt hmõi. præterea q-
runt etiam, an in aliquem alĩ
errorem, aut peccatum vniuer-
ſa ciuitas delapſa ſit. Idem quo-
que in accuſando, ac defendẽdo
fieri ſolet: nam ea ſpectãtes, quæ
inſunt, accuſant, & defendunt.
Nihil autem intereſt ſiue de A-
thenienſibus ſiue de Lacedæmo
nijs, ſiue de aliquo deo, ſiue de
hoſe agatur. etenim, ſi Achilli
conſilium dare voluerimus, aut
eũ laudare, aut vituperare, aut
I accuſare, aut defendere: quæ ip-
ſius perſonæ hærent, aut hærere
videntur ſumenda ſunt: vt de il
lis dicamus, q ſi laudamus, aut
vituperamus, ſpectare oportet,
ſiquid in eo ſit honeſtum, aut
turpe: ſi accuſamus, aut defendi
mus: ſi quid iuſtum aut iniuſtũ:
ſi conſilium damus, ſiquid eſt,
quod prodeſſe, aut obeſſe poſ-
ſit. Idem ẽt in qualibet re facien
dum eſt, vt ſi quæraĩ, vtrum bo
na ſit iuſtitia, an nõ bona, ex ijs
q ipſi iuſtitiæ, aut bono inſunt, K
colligere oportet. Quare cũ oẽs
ita demũſtrare videãtur, ſiue accu
ratius, ſiue negligẽtius argumẽ
tent, neq; n. ex oĩbus ſine diſcri
mine, ſed ex ijs, q ſingulis rebus
adſunt, propõnes ſumũt, & hoc
cũ rõne faciunt, qm perſpicuũ
eſt, aliter fieri nullo mõ poſſe:
haud dubiũ eſſe põt, quin ſit ne
ceſſariũ, quẽadmodũ Topicis
dictũ eſt, in ſingulis rebus dele-
ctas habere propõnes earum re
rũ, q ſæpe accidunt, ac maxime L
opportunæ ſunt. Atq; ẽt in reb9
quæ nuper euenerunt, idẽ ordo
ſeruandus eſt. neq; n. reſpicere
oportet ad ea, quæ ſunt infinita:
ſed quæ rebus illis adhærent, de
quibus eſt oratio. Atque illa po
niſſimum colligere, quæ ad rem
ipſam quam proxime accedãt.
quãto. n. plura quis habuerit eo
rum, quæ rebus adſunt, tãto faci
lius demũſtrabit. & quanto ea pro
pinquiora fuerint, tanto ad pro
bandum erunt accommodatio
ra, & minus communia. voco M
autem communia hoc modo:
vt ſi quis Achillem laudet, q ho
mo fuerit, & quod ex numero
ſemideorum, & quòd ad bellũ
Troianum profectus ſit. hæc.n.
alijs etiã multis acciderunt: qua
re, qui hæc commemorat, non
magis Achillem, quàm Diomẽ
dem laudaret. Propria vero illa
dico, quæ neminĩ alĩ cõtigerũt:
vt quòd Hectorem Troiano-
rum optimum interfecerit, &
Cygnum, qui cum vulnerari

non

A non poſſet, Græcos omneis exire de naui prohibebat, et, ꝙ omnium eſſet maxime iuuenis, & ꝙ iureiurando nō aſtrictus, ad id bellum profectus ſit, & alia, quæ ſunt huiꝰ generis. Atq; hic quidē vnus eſt ac prius delectꝰ habēdi locus, ñs ſimilis, qui in Topicis traduntur. Quæ verò ſint enthymematum elemēta, iam dicamus. elementum autē, & locū enthymematis pro eodē capio. Primum igitur dicamus, de quibus neceſſe eſt primū dicere. nam enthymematū ſunt ſpecies duę: quędam enim demonſtrāt, aliqd eſſe. aut non eſſe, quædā autem refellunt. q̄ ita inter ſe differūt, ſicut in Dialecticis elenchus, et ſyllus. Atq; illud enthymema demōſtrare dr̄, quod ex conceſſis propōnibus concludit: illud aūt refellere dr̄, qđ ex propoſitiōibus nō conceſſis, concludit. Ac iam ſeſingulis in dicēdi generibus declarati ſunt à nobis vtiles, ac neceſſarij loci. nā in vnoquoq; genere delectæ ſunt â nobis ꝓpoſitiones, & oſtenſum, ex qbꝰ locis argumenta ſumanť de bono & malo, de honeſto & turpi de iuſto & iniuſto. quinetiā de moribus, & animi commotionibus, & habitꝰ eodē mō locos antea declarauimus. Nunc vero alio mō generatim atq; vniuerſe de omnibus agamus, & dicamus accurate, qui loci ſint ad refellendū, & qui ad demōſtrandū accommodati: nec nō, vnde ducātur ea, quæ ſpeciem quidē habent enthymematū, licet re vera non ſint enthymemata, qm̄ neq; ſyll̄i ſunt. His autē declaratis, definiemus etiam, vnde ſolutiones, & obiectiōes ad argumenta labefactanda ſumi poſſint.

De locis Enthymematum. Cap. 24.

ATq; vnus quidē eorum, quæ demonſtrāt, enthymematīi locus eſt a contrarijs, ſpectare enim oportet, an contrario contrarium inſit: nam, ſi non inſit, erit negandū, ſi autem inſit, erit affirmandū: vt, ſiquis probet, temperate viuere bonum eſſe, Qm̄ intemperantem agere vitam, noxiū eſt: vel, quemadmodū in oratione Meſſeniaca, Nam, ſi bellum præſentium malorum cauſa eſt, ea per pacem emendare, ac corrigere opus eſt, & illud,

Si iniuſta in illum eſt omnis iracundia,
Qui quempiam læſit per imprudentiam:
Non eſt habenda ei vlla iure gratia,
Neceſſitate q̄ coactus, pfuit:

& illud:

Falſum quod eſt, vt ſæpe fit probabile
Dicendo, ſic plerunque contra vſu venit,
Vt vera non queant probari vllo modo.

Alius locꝰ eſt a caſibus ſimilibus: nam eodē modo vel ineſſe, vel non ineſſe oportet: vt, ſiquis

G ſiquis probare velit, nō omne iuſtum eſſe bonum, Nā ēt quic quid iuſte fit, bonum eſſet, nūc autem iuſte mori, nō eſt expetendum. Alius locus eſt abſ ſis, q̄ ſub eandem rationē cadunt. nam ſi eorū alteri cōtigerit vel honeſte, vel iuſte aliquid facere, ēt alteri perpeti: & ſi vni iuſſiſſe, etiā alteri paruiſſe: vt Diomedon publicanus de vectigalibus dixit, Si. n. vobis ea vēdere nō turpe eſt, neq; nobis eme
H re. &, ſi, qui damnū accepit, honeſte, & iuſte multatus eſt: ita ēt, qui damnū illud dedit, & cōtra, ſi, qui damnū dedit, honeſte, & iuſte fecit: ita etiam, qui paſſus eſt. Sed hoc I loco poteſt exiſtere captio: ſi. n. quiſpiā iuſte necatus eſt, etiā iuſte paſſus eſt: verum à te fortaſſe pati nō debuit. atq; ideo ſeparatim cōſi derare oportet: an qui paſſus ē, pati dignus erat, &, qui fecit, facere debebat: deinde ita eis vti, ſicuti cauſa poſtulat. nā ſterdū
I hæc inter ſe diſcrepant: neq; qc quā prohibet, quin diſcrepare poſſint: vt in Alcmæone Theodectis,

Quis non tuæ ſcelus parentis oderat:

at ille reſpondit, oportere ſeorſum hæc diſtinctēq; conſiderare: cumq; Alphesibœa rogaret, quomodo: ſubiunxit ille,

Dignam mori illam cenſuerūt: non tamen,

A me necandam:

& quemadmodum in iudicio Demoſthenis, & eorū, qui Ni- K canorem occiderāt. poſtq̄. n. iuſte interfeciſſe iudicati ſunt, ēt ille iuſte necatus exiſtimatus ē: & de illo, qui Thebis necatus ē, de quo iudiciū eſt conſtituturū, vtrū mori dignus eſſet: tāquā nō iniuſtū ſit, eū interficere, qui mori dignus ſit. Alius locus eſt ex maiore, & minore: vt, Si ne dñ quidē oſa ſciunt, multo minus homines, hoc autem eſt huiuſmodi: Si res non ineſt in eo, in quo magis eſſe deberet: perſpicuum eſt, neq; in eo ē, I quo L minus eſſe debet. illud aūt. Qui patrē cædit, ēt propinquos cæderet, ex minore: nā, ſi id ineſt, q̄d minus eē debet, ēt id inerit, quod magis eſſe conſueuit. Hic autē locus in vtranq; partē valet: ſiue rē ineſſe demonſtrādū eſt, ſiue non ineſſe: item etiam, ſi neq; magis, neq; minus. vnde illud dictum eſt:

Dicendus eſt ergo miſer parēs tuus,
Qui filios amiſerit: nō aūt erit Oeneus miſer, cui, Græciæ flos M totius,
Extinctus eſt natus:

&, Si nō iniuſte geſſit Theſeus, neq; Alexā. & ſi Tyndaridę nō iniuſte geſſerūt, neq; Alexā. &, Si Hector iuſte Patroclū interemit, etiā Achillē Alex. &, ſi alī artifices nō ſunt improbi, neq; philoſophi: &, ſi ſperatores nō habentur mali, quamuis ſæpe vocātur, ita neq; ſophiſtę: Si priuat⁹ quiſq; glorię veſtræ dēt ēſtu-

A ſtudioſus, ẽt vos Græcorũ glo-
riã curare debetis. Alius locus
eſt a tẽpore, quod ſpectandum
eſt: vt Iphicrates in oratiõe cõ
tra Harmodiũ: Si prius, q̃ hęc
gererem, poſtulaſſem à vobis,
ut mihi ſtatuam erigeretis, ſi ea
confeciſſem, non ne eã mihi de-
creuiſſetis ? nunc, poſtquã con-
feci, non decernetis ? ne igit eõ-
mittatis, vt quod beneficiũ ex-
pectantes, pollicemini, id acce-
pto beneficio, auferatis: & rur-
ſus, ſiquis Thebanis diceret, de
B bere eos aditũ in Aticã Philip
po tradere. nam, ſi hoc petiſſet,
priuſquã cõtra Phocenſeis eis
auxiliũ tuliſſet, certẽ polliciti
fuiſſent. abſurdũ igitur erit: ſi,
qm̃ illis fidem habuit, neq; id
tunc contendit, ei nunc tranſi-
tum non dederint. Alius locus
ſumitur ex ñs, q̃ contra nos di-
cunt: cũ ea vertimus in aduer-
ſarium. locus autẽ hic multum
excellit, vt in Teuero. quo loco
vſus eſt Iphicrates contra Ari-
ſtophontẽ, eum interrogãs, an
C ipſe accepta pecunia naueis ꝓ-
diturus eẽt. quod cũ illi negaſ-
ſet: Ergo inquit, quod tu, cum
ſis Ariſtophon, nõ feciſſes, ego
Iphicrates feci ? ſed oportet ad-
uerſarium uideri procliuiorem
ad iniuſticiã, alioqui res ridicu
la videreť: vt ſiquis hoc contra
Ariſtidẽ accuſantẽ diceret. ſed
accuſatoris perfidiã hoc referẽ-
dũ eſt, omnino. n. debet accuſa-
tor eſſe reo melior. hoc autẽ ſp
coarguere oportet. generatim
aũt abſurdus eſt hõ ille, qui in D
alĩs ea reprehendit, q̃ vel ipſe
facit, vel nactus occaſionẽ, face
ret, vel, qui alĩs ea ſuadet, q̃ ip-
ſe nec facit, nec vllo mõ faceret.
Alius locus à definitiõe: vt, Dę-
monium nihil aliud eſt, q̃ vel
Deus, vel dei opꝰ, qui vero pu-
tat aliq̃d opus eẽ dei, neceſſe eſt
illum ẽt deos eſſe putare: &, q̃d
Iphicrates dixit: ille maxime ge
neroſus eſt, q optimus. etenim
in Harmodio: & Ariſtogitone
nihil ante generoſum fuit, quã
generoſe ſe geſſerunt. &, ꝙ ipſe E
propinquior eſſet: Nã, res, in-
quit, meæ geſtæ magis ſunt ꝓ-
pinquę factis Harmodĩ, & Ari
ſtogitonis, q̃ tuæ: &, quẽadmo
dum Alexandro ſcriptũ eſt, om
neis in hac eſſe ínia, vt intempe
ranteis eos exiſtiment, qui non
vnius corporis pulchritudine
frui contẽti ſunt. vnde ẽt Socra
tes dixit, ad Archelaum ſe pro-
ficiſci nolle propterea, ꝙ contu
melia ſit, beneficia nõ poſſe red
dere, non aliter, atq; nõ poſſe ĩ-
iurias vlciſci. Omnes. n. iſti: rẽ F
ipſam definientes, & q̃d ſit, ape
rientes, cõcludunt ea, q̃ volũt.
Alius locus eſt, cum aperitur,
quot modis aliquid dicatur: vt
in Topicis de eo, quod recte fa-
ctum dicitur. Alius locus à di-
uiſione, vt Si omnes, qui iniu-
riam faciunt, trium rerum ali-
qua impelluntur, vel hac, vel
illa, vel illa: & duabꝰ rebus ſpel
li nullo mõ potuit: de tertia ue-
ro neq; ipſi aduerſarĩ ſſimulãt.

Alius

G — Alius locus ab inductiõe. vt illud ex Peparethia: matres de filiꝭ vbiq; verũ diſcernere. nã Athenis, cũ Mãtias orator de filio dubitaret, illi mr̃ indicauit & Thebis, cũ Iſmenias, & Stilbo de filio contenderent, Dodonis Iſmenię filiũ eſſe dixit, itaq; poſtea Theſſaliſcũ Iſmeniæ cenſuerunt: &, quo Theodectes vſus eſt i lege: Si nemo proprios equos eis committit, qui negligenter alienos curarunt: neque quiſquã naueis ſuas eiũ tradit, H qui alienas euerterũt, &, ſi hoc in rebus omnibus ita ſe habet, nã delemus eis vti in ſalute noſtra tuenda, qui ſalutẽ alienam male defenderunt: & quo Alcidamus vtitur, vt probet, ſapiẽteis ab oibus honorari: Parm̃.n. Archilocũ, quamuis maledicꝰ eſſet, honorarunt: & Chꝫ Homerũ, quamuis eorũ ciuis non eſſet, & Mythilenęi Sapphonẽ, quãquã eſſet mulier, & Lacedę monꝫ Chilonẽ in ſenatũ elegerunt, cum tñ ad literarum ſtu- I dia duriores eſſent, & Itali Pythagorã, & Lampſaceni Anaxagorã peregrinũ hominẽ ſepulchro decorarunt, & Ihũc vſq; diẽ colunt, atq; Atheniẽſes, Solonis legibus vtentes, beati fuere, & Lacedæmonꝫ, dũ Lycurgi legibus vſi ſunt, et apud Thebanos, cũ primũ ciuitatis principes ſtudio ſapiẽtiæ ſe dare cœperunt, ſtatim beata ciuitas extitit. Alius locus a rebus iudicaris aut ꝭſdem, aut ſimilibus, contrarijs, & præcipue, ſi om- K nes ſemper ita iudicarunt: ſin minus, tñtẽ quamplurimi, aut qui ſapientes ſunt vel oẽs, vel maior eorum pars, aut qui probi viri ſunt: vel, ſi ipſi iudices alias ita ſtatuerũt, vel ꝭ quorũ iudicium ipſi iudices ſequunt: vel ſi ita illi iudicarunt, contra quos ſtatuere nihil licet, vt qui domini ſunt, aut quibus nõ honeſtum eſt cõtradicere, quales ſunt dei, parẽtes, magiſtri: quẽadmodum in Mixidemidẽ Anocles dixit, Si Eumenides ſibi L honeſtum eſſe duxerunt, in Ariopago cauſam ſuam tractari, Mixidemides non honeſtũ ſibi ducet: vel, quemadmodum Sapho dixit, mori omnino eſſe miſerum, qm̃ ẽt dei ita iudicarũt: niſi.n. ita eẽt, mori voluiſſent: vel, quemadmodum Ariſtippus contra Platonẽ, qui neſcio quid (vt illi videbatur) arrogãtius dixerat, Atqui ſodalis noſter nihil unquam hmõi protulit: Socratem vero innuebat: et Hegeſippus in Delphis Apolli M nẽ interrogauit, cum iam oraculũ Olympici Iouis audiſſet, an eadẽ illi, quæ patri viderentur, tanquã turpe eſſet, cõtraria ſentire: &, quod de Helena ſcripſit Iſocrates: eam eſſe raræ virtutis, qm̃ Theſeus ita iudicauit, & de Alexãdro, quem tres deæ iudicẽ elegerunt, & de Euagora, quod vir eſſet eximius, qm̃, vt ait idem Iſocrates, Conõ, fractis opibus, alios omneis poſthabuit,

habuit, atq; ad Euagoram profectus eſt. Alius locꝰ ab enumeratione partium: ſicut etiam in Topicis, Si anima motus ē, quinam eſt motus: vel.n.hic, vel ille: & illud exemplum ex Theodectis Socrate, Quod fanū violauit & quem deum non coluit eorum, quos ciuitas veneratur? Alius a conſequētibus. quoniā in plurimis rebꝰ accidit, vt eas bonum & malum aliquod cōſequatur, ex eo, quod ſequitur, licet ſuadere aut diſſuadere. accuſare aut defendere, laudare aut vituperare: vt, Eruditionē conſequitur inuidia, quod eſt malum, & ſapientia, quod eſt bonum, non eſt igitur ſcientꝫs danda opera, qm̄ inuidiam ſubire non oportet. imo vero ſcientꝫs opera danda eſt, qm̄ ſapientem fieri oportet. Hic locus in arte Calippi præcipue tractat, in qua ſumit etiam, qđ fieri poteſt, & alia, de quibus a nobis iam antea dictum eſt. Alius ēt a conſequentibus, qm̄ ex duobus contrarꝫs, quæ conſequuntur, aut ſuadere, aut diſſuadere, opus fuerit, & eo, quo diximꝰ, modo, in vtranq; partem vti. Differt autem hic locus a ſuperiore, qm̄ in eo quæcūq; euenerint, opponuntur, hic autē tantum ea, q̄ contraria ſunt, vt Sacerdos quædā filium ſuum in concione verba facere, & agere cum populo prohibebat. Nā, ſi iuſta dixeris, aiebat, homines te odio proſequentur, ſi vero Iuſta, deos offendes. Imo vero, dicet aliquis, concionari oportet. nam ſi iuſta dixeris deos tibi concilias, ſin iniuſta, hoſtes. hoc autem idēē, cum eo, quod vulgo dicitur, Oleum, & ſalem oportet emere. Et hæc rō ζλαίσωσις, hoc eſt ſuerſio, vocatur, cum duorum contrariorū vtrū que. bonum & malū conſequitur ita, vt vtraq; ſint vtriſq; cōtraria. Alius eſt locus: qm̄quidem homines non eadem palā, & occulte probare ſolent, ſed palam quidem iuſta et honeſta maxime laudant, occulte vero magis vtilia cupiunt: cū ex his quiſpiam conatur alterum cōcludere. Atq; hic quidem locꝰ præter cæteras qui contra communem opinionem proferuntur, plurimum valet. Alius locus, cum eodem ex proportione conueniunt, vt Iphicrates, cum eius filium, qui magno q̄dē erat corpore, ſed adhuc ętate puerili cogere vellent onera publica ſuſtinere, dixit, Si pueros, qui magno ſunt corpore, ui ros exiſtimatis, ergo etiam viros, q̄ puſillo corpore ſunt, pueros exiſtimare debetis, & quo Theodectes vſus eſt in lege. Nā ſi propter moleſtiam, probitatemq; mercenarios milites ciuitate donatis, vt Strabacem, & Charidemum, non eos milites mercenarios exterminabitis, q̄ nefaria ſcelera perpetrarunt? Alius locus ab euentu, ſi idē ē, vt etiam eadē eſſe dicantur ea,

a qui-

G a quibus id euenit: vt qđ Xenophanes dicebat, eodē modo impios esse illos, qui dicerēt deos eē natos, atq; eos, q dicerēt deos sterire, Nā vtroq; mō fit, vt ali qñ dei nō sint. & omnino, qđ euenit, ex vtroq; probare oportet, unum atq; idē esse: vt, Non n. de Socrate, sed đ toto hoc studio iudicaturi estis, vtrū philosophiæ danda sit opera: nec ne: & terram, & aquā dare, eē idē, quod seruire: & cōis pacis fieri
H participes, idē esse, atq; imperatū facere. Cum aūt alterutrum sumi possit, id erit sumēdū, qđ nobis vtile est. Alius locus ē ex eo, q ñdē non eadē semp eligūt aut antea, aut postea, sed diuersis tēporibus diuersa, vt in illo est enthymemate, Si cū in exilio essemus, pugnauimus, vt in patrīā rediremus, nūc postquā reuersi sumus, ne exilīū abibimus pugnemus: aliqñ. n. patria manere pugnando elegerūt, ali qñ vero patria potius discedere, q pugnare, voluerūt. Alius
I locus est, cum quis dicit aliquid eius gratia esse, aut factum esse, cuius gratia neq; est, neq; factū est, vt siquis alicui quid donaret, vt illud deinde idē auferēs, dolorem inureret. vnde ēt illud dictum est,

Felicitates, Atque opes dat maximas
Fortuna multis, non quòd illos diligat,
Sed de gradu præstantiore vt decidant,

et illđ ex Antiphōis Meleagro, K
Non tam necādi causa apri cōueuerant,
Quam maximæ virtutis ut testes forent
Meleagri apud Græcos,

& illud ex Theodactis Aiace, q Diomedes Vlyssē sociū elegerat, ñ q eū honoraret, sed vt comes se eēt inferior. nā ēt hac de cā hoc a Diomede fieri potuit. Alius locus est cōis disceptātiū, et deliberantiū. vt ea considere
mus, q̄ vel impellere, vel retra-
here pñt, & quorū cā solent ho L
mines aliqd aut efficere, aut eui
tare, hęc. n. si adsunt, rē aggredi
oportet, vt si fieri pōt, si facile
ē, si vtile vel sibi vel amicis, vel
noxiū et perniciosum inimicis,
aut, si minor est pœna, q̄ id, qđ
expetunt. nā his rōnibus suade
re solēt, et cōtrarīs dissuadere.
quin ex ijsdē & accusant, & de-
fendūt, quibus. n. argumentis
dissuadent, ijsdem ēt defendūt,
& qbus suadēt, ēt accusant. V no
vero hoc loco tota Pamphili, et
Calippi ars cōtinetur. Alius lo- M
cus ex ñs quę fieri quidē viden
tur, sed sua sponte incredibilia
sunt, qm̄ nō crederent, nisi aut
iā eēnt, aut propè eēnt, Imo ma
gis credi debēt, hoīes. n. aut ea,
q̄ vera sunt, aut verisimilia cre
dūt. qđ vero incredibile ē, neq;
verisimile, & tā fit, id vt verū
sit necesse est, neq. n. quia veri-
simile fit, aut probabile ita vī,
sicuti Androces Pitthe dixit,
cū legē reprehēderet, et ei dicē-

ti

A ti obſtreperēt. Egent leges alia lege, q̃ corrigat, nã & piſces ſalis egent. Atqui veriſimile nō eſt, neq; probabile, cū ſ falſo piſces nutriant, ſalis indigere. atq; ēt oliuæ egent oleo, cū tñ hoc ſ credibile ſit, vt ex quibus oleū conficiſ, illæ oleo indigeāt. Aliꝰ locus ad refellendū accōmodatus, cū inter ſe diſſidētia ſpectamus, ſiq̃d in aduerſarij perſona poſſimus ſuenire, qđ diſſideat ex oībus eius tēporibus, actiōibus, orationibus, vt Iſte quidē
B ſe vobis amicū eē ait, ſed tamē cū xxx. tyrānis coniurauit, aut ēt ſeorſum in perſona noſtra, ut Iſte quidē ait, me ſectatorē eſſe litiū, ſed tñ non pōt oſtendere quēquā, a me vnquā in iudiciū vocatū, partim uero in noſtra, atq; ī aduerſarij perſona, vt Iſte neminē vnquā ſua pecunia ſub leuauit, ego autē multos veſtrū ab hoſtibꝰ captos redemi. Aliꝰ locus eſt, cū hoſtes, vel res nō vi denť affines ei culpæ, cuius ac-
C cuſantur, cā eius criminis, qđ præter opinionē accidit, explicare. eſt. n. aliquid, pp quod ita videatur, vt, Mulier q̃dā, cū ſe filio ſubieciſſet, vt eum blādius ſalutaret, viſa eſt ſtuprū cū ado leſcente illo commiſiſſe, ſed explicata cauſa, ſtatim crimen ſolutum eſt. & in Aiace Theodectis, Vlyſſes Aiaci cām explicat, cur, cum ipſe eēt Aiace fortior, nō tñ eſſe videretur. Alius locus eſt a cauſa, vt ſi cauſa extiterit, factū eſſe dicatur, ſi non extiterit, non eſſe factum. nam D ſimul eſt cauſa cum eo, cuius ē cauſa, & ſine cauſa nihil eſt: ut Leodamas in defenſione ſua dixit, cum enim Thraſybulus eū accuſaret, ac diceret, eius nomē tanquā infamis, & hoſtis incolumna, quę in arce erat, olim in ciſum fuiſſe, ſed ab eo, cū xxx. rerum potirentur, fuiſſe abraſum: reſpondit, illud non eē veriſimile. Nam mihi, ſquit, xxx. tyrāni magis credidiſſent, ſi, q̃s cū populo geſſiſſē inimicitias, E ſ colūna ſcriptas uidiſſent. Aliꝰ locus eſt, videre an melius alia rōne ac via potuiſſent ea geri, q̃ vel ſuadet faciēda eſſe, vel facit, vel iā fecit, perſpicuū eſt. n. niſi ita ſit, eū ñ feciſſe: nā nemo ſciēs, volēsq; ea, ea q̃ deteriora ſunt, eligit. Sed hoc falſum ē, ſæpe. n. accidit, vt qđ facere meliꝰ erat, poſtea cognoſcanť, cū ſcertum eēt antea. Alius locus ē videre, an quicquā geri debeat, qđ rebus iam geſtis contrariū F ſit: ut Xenophanes cum ab eo petēſſent Elæatæ, vtrum, cum Matutę ſacrificarēt, lugerēt nec ne: conſuluit, vt ſi deam illam eſſe putarent, ne lugerent, ſi hominem, ne ſacrificarent. Alius locus eſt ex ñs, quæ malè facta ſunt, vel accuſare, vel defendere: vt in Carcini Medea, quidā eam accuſant, q̃ filios interfecerit, quoniam illi nuſquā apparebant, in hoc enim peccarant Medea, q̃ filios ſuos amandaſſet. ſed ipſa ſe defendit, q̃ non

filios,

G ſſilios verum ipſum Iaſonem in
terfeciſſet. Nam omnino pec-
caſſem, ſquit, niſi hoc feciſſem,
cum illud alterū perpetraſſem.
Hic autem locus, atq; hæc ſpe-
cies argumentandi totam prio
rem Theodori artem continēt.
Alius locus eſt a nomīe, vt quo
Sophocles vſus eſt,

Ferrina vere dicēre, nam fer-
rea es,

&, quemadmodum in deorum
laudibus canere conſueuerunt,
& quemadmodū Conon Thra
H ſybalum a nomine, temerariū
in conſiliīs capiendis appella-
bat, & Herodicus Thraſyma-
cho dixit, Semper Thraſyma-
chuses, & Polo, Semper polus
es, & Draconem legislatorem
inſimulabat, q̄ eius leges non
hominis, ſed draconis eēnt, erāt
enim aſperæ, & quemadmodū
Hecuba apud Euripidem con-
tra Venerem dixit,

Accommodatum nomē eſt
tibi inditum,

I Regina cum demen tiæ tu ſo
la ſis,

et quēadmodum Cheremō,
Pentheus futuræ ſortis agno
men tulit.

Enthymemata vero, quæ re-
darguunt, magis excellunt, q̄ſ
ea, quæ demonſtrant, ꝓpea, q̄
paruo anguſtoq; in loco cōtra-
ria colligunt, quæ inter ſe colla
ta, ſtatī auditori certiora fiunt.
Omnium autē argumentatio-
num & quæ refellunt, & q̄ de-
monſtrant illa maxime cōmo-
uere animum ſolent, quæ, cum K
proferri incipiunt, intelligun-
tur: non tamen quia ſint in prō
ptu, nam ſimul etiam ipſi ſecū
gaudēt auditores, cum vim ar-
gumenti præſentiunt. proban
tur ēt illa argumenta, quæ, ſi-
mul ac dicta ſunt, intelligūtur.
Sed qm̄ plerunq; accidit, vt ali
quis verē ſit ſyllus, aliquis non
vere, ſed tantum ſyllm̄ ſpeciē ha-
beat, neceſſe eſt, vt idem etiam
de enthymemate eueniat, ut ali
quod uere ſit enthymema, ali-
quod nō vere, ſed tm̄ eſſe videa L
tur, cum præſertim enthyme-
ma ſyllus quidam ſit.

*De apparentium Enthymematum lo-
cis. Cap. 25.*

LOci vero fallacium enthy
mematum hi ſunt,
Ac primus quidem eſt ī
elocutione, cuius vna pars eſt,
(vt in differendi Ratiōe docui-
mus) cum quis, etiam ſi nō col
legerit, tamen extremam partē
aſſeueranter concludit, vt, Nō M
eſt igitur hoc, & hoc, quare ne-
ceſſe ē, vt hoc atq; hoc ſit. quin
enthymema videtur quoties
quis oratione cōtorta, & ex cō-
trarīis conflata vtitur, nam hu
iuſmodi elocutio ſedes ē enthy
mematis. hęc vero fallacia ſimi
lis eſt ei, quæ in Dialecticis a
forma dictionis vocatur. eſt au
tem in hac re utile, ut quis dicē
do videatur concludere, multa
rum argumentationum capita

ſimul

A ſimul proferre: vt, Nos quidē ſeruauit, alios punitus eſt, Grę cos in libertatem vindicauit. nam vnumquodq; capitū horum ex alīs probatum eſt: cū autem ſimul oſa componunt, vī ex eis aliquid confici. Altera pars naſcitur ex multiplici nominis ſignificatione: vt ſiquis diceret, murem magna virtute prædituꝫ eſſe, à quo prę ſtātiſſima omniū ſacra denominata ſunt, nā myſteria ſunt omniū
B aliorum ſacrorū prę ſtātiſſima. vel ſiquis, canē laudans, etiam eum q̄ ſ eſt cœlo celebraret, aut Pana deum, qm̄ Pindar⁹ dixit,

Beate quem magnæ deæ,
Varium vocant de canem,

vel, q̄ nullū habere canem, indecorum eſt: Quare perſpicuū eſt, canem eſſe honorificum: et, ſiquis diceret, Mercuriū deorū
C omnium maxime liberalē eē, ſolus.n. dicitur cōis Mercuri⁹: & ſiquis diceret, orationē eē rē prę ſtantiſſimā: q̄ boni viri nō pecunīs, ſed oratiōe digni ſint. nam eſſe dignū oratiōe nō vno modo dī. Alius locus eſt, cū qs, quod ſeiunctum eſt, dicēdo cō ponit, aut, qđ compoſitum eſt, ſeiungit: qm̄.n. idem vī, cum tū non idem ſępenumero ſit, id amplectendū eſt, qđ vtilius eē vī. eſt aūt hæc Euthydemi rō, vt, Scis triremem in Piræo eſſe, nam vtrunq; ſeparatim nouit: &, ſiquis dicat, eum, qui ſcit elementa, ſcire et carmen, nā carmē idē eſt: &, Si duplū eſt in ſalubre, neq; ſimplū erit ſalubre, D
nā abſurdū eſt, ſi ambo ſunt bona, vnum eē malum, Atq; hoc quidem modo in refellendo valet, illo verō in demonſtrando; neq;.n. ex duobus malis vnum bonum eſſe pōt. Totus autem hic locus captioſus eſt tale eſt illud Polycratis in Thraſybuli laudem q̄ Thraſybul⁹ xxx. tyrannos ſuſtuliſſet, coniungit.n. atq; illud Theodectis in Oreſte, ex diuiſione prolatum:

Eam, maritum quæ necauit,
emori, E
Patriſque mortem vindicare
filium,

Iuſtū eſt, vt hęc effecta ſunt: nam hæc, ſi coniungantur, fortaſſe non erunt iuſta. pōt etiam hęc, à defectione fallacia ꝓgredi, qm̄ ablatum eſt, à quo. Ali⁹ locus eſt, cū quis amplificatiōe vtitur in confirmando, aut refellendo, hoc eſt, cū rem ipſam amplificat, antequam facta eſſe oſtendat. reus.n. cum crimen amplificat, inducit opinionem q̄ ipſe non commiſerit, accuſa- F
tor contra. cū indignatur, facit, vt reus feciſſe videat. Hoc igit̄ non eſt verū enthymema: decipitur.n. auditor, & factum aut non factum credit, quamuis nihil fuerit demonſtratum. Alius loc⁹ eſt à ſigno. nam hoc etiam veram concludendi rationem non conſeruat: vt, ſiquis diceret in ciuitatib⁹ vtileis eē amatores, nam Harmodī, atq; Ariſtogitonis amor Hipparchum

G tyrannum ſuſtulit: vel, ſiquis probare vellet, Dionyſium eſſe furē eo, q̄ improbus ſit. hoc. n. nihil cōcludit: neq̄. n. quilibet improbus eſt fur, ſed cōtra potius, oīs fur eſt improbus. Aliꝰ locus eſt ab accidente: vt quod, ait Polycrates in laudē muriū, q̄d auxilio fuerint, deuoratis arcuum neruis: vī, ſiquis diceret, ad cœnā vocari rem eē honorificentiſſimā. Achilles. n. cum I Tenedo vocatus ad cœnā non
H fuiſſet, Græcis magnopere ſuccenſuit. At ille, tanquam contēptus, & ignominia affectus, ſuccenſuit, q̄d accidit, quia nō inuitatus ad cœnā fuerat. Aliꝰ locus eſt à conſequente: vt in Alexan. q̄ vir eſſet excelſo animo, quia ſolus in Ida monte, relicta æqualiū conſuetudine, vitam ageret, nā, quia excelſo animo viri tales ſunt, ēt hic talis videri poſſet: & quia veſtitu nimio indulgeret, & noctu vagaꝛ, adulter eſt: tales. n. ſunt adulteri: eodem mō, ſiquis mendicos dice
I ret eſſe beatos, q̄ in ſacris locis ſuo arbitrio canunt, & ſaltant, atq̄ exules itidē beatos, q̄ vbicunq̄ terrarū voluerint, domicilium habere poſſint: q̄m. n. hęc ꝯ facere poſſunt, qui beati videnꝛ, ēt, qui hæc faciunt, beati videri poſſent. Differt autē, quō hęc fiant: atq̄ ideo ēt I defectionē incidit. Alius locus ē, cum eā dicimus eſſe cām, ꝯ cauſa non eſt: vt, q̄d vna cū facto, aut poſt accidit: nā illud ita ac-
cipiūt quaſi pp̄ factū euenerit. K
& hoc ꝯ pręcipue vtunt, qui in Rep. verſantꝰ: vt Demades aiebat, Demoſthenē in adminiſtratione Reip. malorum omnium cām, & auctorē fuiſſe, Nā poſtquā is ad Remp. accesſit, bellū exortum eſt. Alius locus eſt, cū nec qñ, nec quō res geſta, fit explicatur: vt, ſiquis dicat, ab Alexan. iuſte Helenā abductā fuiſſe, qm̄ illi pater optionem dederat, vt, quē vellet, ſequereꝛ, neq̄. n. ſemp̄ eodē modo, ſed initio
tm̄ optionē dedit, quo tempore L
pater eā in poteſtate habebat: vī, ſiquis dicat, cædere liberos hoſtes, eſſe contumeliā. neq̄. n. hoc quocunq̄ mō verum eſt, ſed qñ quis iniurioſe cædere cēperit. Præterea, ſicut in contentioſis diſputationibus ſit adūbratus falſusq̄ ſyllus, cum abſolute ſimpliciterq̄ ponit aliq̄d q̄d nō ſimplr, ſed cū aliqua adiunctione poni debet, vt apud Dialecticos probat id, q̄d non eſt eſſe, Q̄d. n. non eſt, eſt id, q̄d
non eſt & q̄d percipi non pōt, M
ſcīa comprehendi, ſcitur. n. id ꝑcipi non poſſe, q̄d non pōt percipi: ſic ēt in Rhetoricis ſit adūbratum enthymema falſumq̄, cū id ſimpliciter eſſe veriſimile ponitur, q̄d aliqua ex parte tantum eſt veriſimile. Hoc aūt generatim non fit: ſi ſicut ēt Agathon ait,

Veriſimile forſan qs eē diceret,
Multa euenire, quæ eſſe non veri ſolent,

Similia.

A Similia.

sit enim aliqñ id, qđ nō erat ve
risimile: quare uerisimile est ēt,
præter verisimile, Qđ si ita est:
id ēt quod verisimile nō est, ve
risimile erit: sed non tñ simpli-
citer: verum, sicut in cōtentio
sis disputationibus, cū non ad-
ditur, ex qua parte, et quocum
collata, et quo in loco, gignitur
captio, ita etiā in hac arte, cum
de verisimili verba fiūt, quod
non simpliciter, sed aliquo mō
sit verisimile. ex hoc autē loco
B ars Coracis est cōscripta. Nam,
si reus affinis nō est culpæ, cui⁹
accusatur, vt, si fuerit infirmo
corpore, qui pulsasse dr, facile
defenditur, nō. n. est uerisimile.
q̄ si culpæ affinis est, vt si fuerit
robustus, dicetur nō esse verisi
mile, qm̄ sciebat ille, si fecisset,
verisimile visum iri: eodē mō
ēt in alīs. nam vel affinem esse
culpæ, vel nō affinem oportet.
vtraq; aūt videntur esse verisi-
milia: sed alterū tm̄ ē verisimi-
le. alterū vero nō simplr verisi-
C mile est, sed quēadmodū dixi-
mus. Et hoc est, q̄ iactant, cām
inferiorē, dicendo superiorem
fieri posse: vnde hoīes iure op-
timo Protagoræ professionem
æquo animo ferre nō poterāt.
falsum est. n. non autē verū, sed
tm̄ verisimile vr̄, neq; in vlla ar
te reperitur, prēterquā in Rhe-
torica, & sophistica. Ac de ar-
gumentationibus quidem, &
quæ veræ sunt, & quæ tantum
apparent, hactenus dictum est.
sequitur, vt dicamus etiā, qua D
ratione dissolui possint.

De Enthymematum Solutionibus. Cap. 26.

DVobus aūt modis argu-
mentationes dissoluun-
tur, vel cōtra argumētā
do, vel reprehēdendo. ꝑspicuū
est aūt, ex ijsdē locis ſ cōtrarias
ꝑtes de disputandi facultatem
suppeditari: nā argumētatiōes
ex probabilibus ducuntur: ve-
rum probabilia sæpe sunt inter
se contraria. Kepreheēsiones ve-
ro (sicut in Topicis tradiē) qua-
tuor modis adferuntur: vel. n. E
ab ipsa re, vel à simili, vel a cō-
trario, vel a rebus iudicatis. Di
co autem, ab ipsa re: vt, siquis
concluserit amorem esse bonū,
duobus modis adfertur repre-
hensio: vel generatim atq; vni
uerse, cum quis dicit, omnem
indigentiam esse malam, vel si-
gillatim atq; ex parte, Quoniā
vulgo non diceretur, Caunius
amor, nisi etiam amores quidā
essent improbi. In contrarijs ad F
fertur reprehensio: vt, si conclu
sum sit, a bono viro cunctos a-
micos beneficijs accumulari,
Sed neq; improbus (dicet ali-
quis) cunctos amicos incōmo-
dis afficit: in similibus autem:
vt, si conclusum sit eos, qui in-
iuriam acceperūt, semper odio
prosequi: Sed neq; ñ, q̄ bñficiū
acceperūt, semper diligūt. Res
uero iudicatę sumunt a p̄clarīs,
& illustribus viris: ut, siquis cō
clusit, ebrijs ignoſci oportere,

G Qm̃ imprudentes peccant· adfertur reprehenſio, Non igitur eſſet Pittacus laudandus, q̃ maiores pœnas in ſuis legibus propoſuit, ſiquis ebrius peccaſſet. Et qm̃ ea, ex quibus enthymemata fiunt, quatuor numero ſunt, probabile, exemplum, indicium, ſignum, nam enthymemata, quæ conſtant ex eis, quæ plerunq; ita fiunt vel fieri vidẽtur, ea ſunt ex probabilibus, q̃ autem inductione conſtant, ex
H vno ſimile vel pluribus, hoc ẽ, cum quis, poſito generali, vult illud ex ſingulis probare, ſunt ab exemplo, quæ vero conſtãt ex neceſſario ſigno, ſunt ab indicio, quæ deniq; fiunt vel ex generali ſigno vel ſingulari, ſiue illud verum ſit ſiue nõ, ſunt a ſigno, ſed probabile non ſemper verum eſt, licet plerunq; fiat: perſpicuum eſt, nos hmõi enthymemata ſemper euertere poſſe, atq; illis occurrere. quæ reprehenſio erit quidem apparens, non tñ ſemper vera: nam,
I qui occurrit, non ideo refellit, quia nõ ſit probabile, ſed quia non ſit neceſſarium. Atq; ideo propter fallacem hanc concludendi rationem argumẽtis magis abundat defenſor, quam accuſator: quoniam accuſator veriſimilibus vtitur ad probandum. ſed non idẽ eſt, ſoluere aliquod argumentũ, quod non ſit veriſimile: & ,qđ non ſit neceſſarium: qđ.n. plerunq; fit, ſemper refelli poteſt, aliter non eẽt veriſimile, ſed ſempiternum & K
neceſſarium. Iudex autem exiſtimat, cũm ita refutatum ſit, aut non eſſe veriſimile, aut nihil ad iudicium ſuum pertinere: ſed fallaci concluſione decipitur: (vt diximus) neq; enim oportet ipſum tantum ex neceſſarijs iudicare, ſed etiam ex veriſimilibus: & hoc eſt, quod dicitur, æquiſſima ſnĩa iudicare, Non igitur ſatis eſt, ſi defenſor docuerit non eſſe neceſſarium: ſed oportet, vt oſtendat ẽt, non
L eſſe veriſimile. hoc autem fiet, ſi in reprehenſione docuerit, rẽ plerunque aliter fieri ſolere. l'o teſt autem duob⁹ modis adferri reprehenſio, vel à tempore, vel a rebus. q̃ ſi vtrunq; coniũgatur: tunc erit firmiſſima: nã, ſi plerũq; res ita fit, hoc erit magis veriſimile. Reprehendũtur etiam ſigna: & argumẽta, quæ a ſignis ducuntur, etiam ſi extent, apertaq; ſint, quemadmodum antea dictum eſt. nam in
M Analyticis declaratum eſt, nullum ſignum vim habere cõcludendi. Atque etiam exemplorum eadem reprehẽſio eſt, quę veriſimilium: nam, ſi vnum tãtum proferre poterimus aliter factum, ſoluta eſt argumẽtatio, quoniã non eſt neceſſaria, quãuis & plura, & ſæpius aliter facta fuerint. at vero, ſi plura fuerint, & ſæpius eodem modo facta: contendendũ eſt id, de quo agitur, vel non eſſe ſimile, vel non ſimiliter factum, vel denique

LIBRARY
UNIVERSITY OF KENTUCKY

A que aliquo modo ab alijs differre. Indicia vero & propriæ notæ argumenta nequaquam in eo reprehendi possunt, q̃ non recte concludant, quod ex ijs, quæ dicta sunt in Analyticis, perspicuũ est. restat igitur, vt demonstremus id non esse verum, quod dicitur. quod si certum est esse verum, & esse, propriam rei notam: nullo modo labefactare potest: iã enim omnia demonstratione clara sunt.

B *Amplificationem, & attenuationem, non esse Enthymematis locum, nec refutatiua, & affirmatiua Enthymemata diuersæ esse species.* C. 27.

IAm vero amplificatio, & diminutio non sunt enthymematis elementa. Idem enim ego elemẽtum & locum appello. Est autem elementum siue locus, in quem multæ argumẽtationes incidũt: amplificatio C vero, & diminutio sunt argumentationes ad aliquid ostendẽdum, quod sit magnum aut paruum, quemadmodum etiã, quod sit bonum aut malũ, q̃d iustum aut iniustum, & in cæteris eodem modo. hæc autem omnia sunt, in quibus syllogismi, atq; enthymemata versantur. Quòd si nullum horum est locus enthymematis, neq; amplificatio, aut diminutio erit locus: neque argumenta, quibus refellimus, diuersam habẽt speciem ab ijs, quibus confirmamus. perspicuum est enim duobus modis argumentum solui, vel per demonstrationem, vel per reprehensionẽ: per demonstrationem: vt cum probatur contrarium, exempli gratia, si quis demonstrauit rem factam esse, qui soluere vult, ostendit non esse factam: & contra, si quis ostẽdit nõ esse factam, qui vult soluere, factam esse demõstrat. quare non est in argumentãdi ratione differentia. ambo enim E ijsdem vtuntur: cum aut esse, aut non esse argumentantur. Reprehensio vero nõ est enthymema: sed, quemadmodum in Topicis docetur, nihil aliud est reprehensio, q̃ opinionem aliquam in medium adferre, qua planum fiat, non esse bene conclusum, aut aliquid sumptum, quod falsum sit. Ac de exẽplis quidem, & sententijs, & argumentationibus, & denique de ijs, quæ ad sensus animi proferendos pertinent, qua ratione F possimus eis abundare, & quo modo ea soluere valeamus, satis dictum est. Reliquum est, vt etiam de elocutione, & dispositione verba facia mus.

✣

477273

Rhetoricorum
ARISTOTELIS
RHETORICORVM
LIBER III.

SVMMA LIBRI.

De ijs quę ad dictionem, eloquutionemuè pertinent, de partiū ordine in ipſa oratione.

De partibus Rathorices. Cap. 1.

H CVm tria ſint, q̄ in doctrina dicendi pertractare oporteat, primū vñ, probationes ducant, alterū qua ſit vtendū elocutione, tertiū qūo partes orationis diſponēdæ ſint: iā de probationibus dictum eſt, & oſtenſum, quot ſint illa, ex quibus ducantur, diximus.n. eſſe tria, atq; ea q̄ ſint explicuimus, & cur eum numerū nō excedāt: oēs.n. qui de aliqua re iudicaturi ſunt, uel quia ipſi affecti ſunt aliquo modo, vel quia putant eos, qui di-
I cunt, dignos eſſe, quibus fides habeaṫ, vel quia claris argumētis probatū eſt. in perſuaſione inducunt. dictū eſt ēt, vnde trahant enthymemata, ſunt.n. q̄ dicuntur enthymematū ſpēs: ſunt ēt, qui loci nominātur. Reliquū eſt, vt de elocutione dicamus: neq; n. ſatis eſt ea tenere, q̄ dicēda ſunt: ſed ēt ſcire oportet qūo ſint dicenda. hoc.n. multum ēt prodeſt ad efficiendum, vt oratio bene morata videaṫ.

Ac primo quidē (vt ordo natu K
ræ poſtulat) quæſitū eſt id, qđ re ipſa primū erat, vnde res ipſæ probabilitatem habeāt, ſecūdo loco quęſitū eſt, qūo in oratione, & elocutiōe res inuentæ diſponant. tertiū id eſt, qđ horū omniū vim habet maximā, ſed nondum à quoquā pertractatū eſt, qđ ad actionē & pronunciationē facit. q̄ res etiam à tragicis, atq; epicis poetis ſerò animaduerſa eſt: nā initio poetæ ipſi tragœdias ſuas agebāt.
Perſpicuū eſt autem, ēt in arte L
dicendi tale aliquid eſſe, qđ ad actionē pertinet, quale in arte poetica: de qua re cum alīq; dā ſtudioſe p̄ tractarunt, tum præcipue Glauco Teius. Eſt autem actio in voce poſita: qūo .ſ. voce ipſam variare opus ſit, ad ſingulos animi mot⁹ exprimendos: nā aliq̄n magna, aliq̄n parua, aliq̄n media opus eſt: & qūo ſonis vocis, & acuto, et graui, & flexo ſit vtendū: quibus p̄terea numeris in vnoquoq; dicēdi genere. Tria ſunt.n. quæ M
cōſiderant ī, qui in hoc ſtudio verſant, hoc eſt, magnitudo, ſonus, numerus: quibus qui bene vtuntur, ī ferè ſolent ex certaminibus victoriā reportare. & quēadmodum in arte poetica plus hoc tempore valent hiſtriones, q̄ Poetæ. ſic ēt in ciuilibus controuerſīs, qđ vitio fit Rerumpu. nondū tī de īs, q̄ ad actionē ſpectant, ars vlla cōſcripta eſt: qđ nō mirū eſt, cum ēt

illa,

A illa, quibus ornatur oratio, ſero in lucem venerint. Et ſane, ſiquis recte reputet, tota res le uis ac reſcula ē, uerum, cū omnis ars dicendi ad opiniōes hominum accommodetur, ei curā, & ſtudium impendere debemus, non tanquam rectæ honeſtæq; rei, ſed tanquā neceſſarię, nam certe equum erat, ut nihil aliud in oratiōe quæreretur, q̄ utiliſ, qui audiūt, nec moleſtiā, nec læticiam adferremus: iuſtū eſt .n. ipſis tm̄ rebus in iudicio B contēdere. cætera uerò omnia, quæ præter probationes adhibent ſuperuacanea ſunt, ſed tm̄ (ut antea dictū eſt) pp̄ auditoris uitiū, plurimū ualēt. Quin eloquendi rō, genusq; dicendi quiddā neceſſariū habet in omni diſciplina, aliquātum. n. interest ad rē explicandā, hoc, an illo dicēdi genere q̄s utatur, non tm̄ tm̄, quantum in hac arte. uerū hæc ex opinione pendēt, & auditoris gratia q̄runtur. itaq; nemo geometriā hoc mō docere inſtituit. Ars igitur illa, cum C in lucem uenerit, idem efficiet, quod ars hiſtrionica. quidā tamen hactenꝰ nōnihil de ea præcipere tentarunt, ut Thraſyma chus I Miſeratiōibus. Atq; hoc quidē, quod ad agēdū attinet, a natura potius habetur, & parum eget artificio: quod autē ad ornandam orationem ſpectat, id iam artis indiget. quare, qui hoc facere poſſunt, eodē modo uictoriam ex cōtentionibus reportāt, ſicut oratores illi, q̄ plu- D rimum in actione ualent. nam, quæ ſcribuntur orationes magis ornatu ipſo uerborum, quā ſententiīs ualent.

Cœperūt autē primi poetæ, ſicuti cōſentaneū eſt, aliquid de elocutione tractare. ſunt. n. nomina ſimulacra quędā: atq; in nobis nulla pars eſt, q̄ magis, q̄ uox, ad imitandū apta ſit, unde etiam artes cōfectæ ſunt, ut epica, & hiſtrionica, atq; aliæ. Et, qm̄ poetę, qui plerunq; res E inſulſas proferunt, pp̄ elocutio nē, gloriam, et honorem acquiſtuiſſe uidebantur: ideo factum eſt, ut elocutio poetica primū phareť, qualis ē Gorgiæ. quinetiā hoc tpe, multi īperiti hoīes exiſtimāt, taleis oratores optīe loqui: ſed hoc minīe uerū ē, alia eſt. n. oratoria, alia poetica elocutio, qđ ex ipſo euētu pōt ſtel ligi. neq;. n. qui tragœdias conſcribūt, adhuc eo dicēdi genere utunť: ſed, quēadmodū tetrametros uerſus reliquerūt, et ad iābos ſe cōtulerūt eo, q̄ ex om- F ni metrorū genere iambicū eſt oīoni ſolutę ſimillimū, ſic ēt ea uerba reliquerūt, q̄ a cōi loquē di cōſuetudine abhorrēt, et omnē illū ornatum abiecerūt, quo priſci poetæ tragici utebanť, et quo adhuc utunť ꝯ, qui uerſus heroicos pāgūt. Itaq; ridiculū eſt, eos imitari, qui ipſi nō amplioꝰ eo dicēdi genere utunť. Quare pſpicuū eſt, nō eſſe nobis oīa diligēter explicāda, q̄ ad elocu-

G tionem attinent, ſed tantum, q̃ ad elocutionẽ oratoriã, de qua ſermonẽ inſtituimus. nã de illa altera diximus in ꝟs, quę de arte Poetica ſunt à nobis ꝓtracta-
ta. maneant igitur illa firma.

De eloquutionis virtute. Cap. 2.

HOc aũt in loco definitũ ſit, elocutionis virtutẽ, eſſe ſplendorem, cuius rei ſignum eſt, ꝙ niſi oratio ſit clara & aperta, finẽ ſuum non aſſequet. Sed nec humilis, nec nimis elata eſſe debet, verũ ip-
H ſis rebus conuenien.s. nam poetica locutio non humilis quidẽ eſt, ſed tñ ſolutæ orationi non conuenit. Ex nominibus autẽ, & verbis illa præcipuè dilucidam orationem efficiunt, quæ propria ſunt: non humilem autem, ſed excultam, & ornatam alia reddunt, de quibus in arte Poetica dictũ eſt. nam verbo-
rũ immutatio facit orationem videri grandiorem. Quemadmodũ. n. erga peregrinos, & erga ciueis affecti ſunt homines, ita
I etiã erga orationem. quare peregrinam reddere oportet oratio-
nẽ: res. n. externas homines admirantur, quod autem gignit admirationem ſuaue eſt, Ac in poetarum quidem ſcriptis multa ſunt, quæ hoc efficiunt: ſed ibi ea cõueniunt, nam res, & ꝑſonæ de quibus agunt poetæ, valde a cæteris remotæ ſũt. ſed in oratiõe ſoluta multo paucioribus vti licet ornamentis: cũ etiam ipſum argumentũ mul-
to ſit inferius, q̃. n. eſſet indeco K
rum, ſi ſeruꝰ, aut valde iuuenis elegãtiori ſermone vteretur: aut, cũ quis de valde exiguis rebus verba facit (q̃. n. ẽt in ſoluta oratione decorũ, qđ & contrahi, et dilatari debeat. Quare dãda eſt opera, vt id clam fiat: ne videamur ficte atq; artificioſe dicere, ſed vt nobis dictat ipſa natura: ſic. n. erit probabilis oratio. illo vero mõ totum accidit contrarium: nam oratorẽ, tanquã inſidiatorẽ, ſuſpectũ hũt ñ aliter, L
atq; ꝓmixta vina. Debet igit eẽ oratio, qualis eẽ Theodori vox videbaꝫ, ad aliorũ hiſtrionũ vocẽ cõparata: nã eius ſplius, qui dicebat, illa eſſe videbaꝫ, voces aũt reliquorũ alienæ. Facilè vero artificii occultaꝫ, ſiquis, è cõmuni ſmonis cõſuetudine verba ſeligẽs, orationẽ ſuã componat: qđ Euripides obſeruat, & primꝰ hãc rõnẽ eñdit. cũ aũt è nominibus, et verbis oõ cõſtituaꝫ, et nomiñ tot ſint ſpecies, quot ſi arte Poetica declaratũ ẽ, M
rarius orator, et paucioribus in locis vti debet peregrinis, et iũ cris. nominibꝰ, et factis: vbi uero liceat uti, poſtea dicemꝰ. cur aũt ꝟs abſtinerẽ debeat, iã dictũ eſt: nempe quia magis, q̃ oportet orationem immutant. Propria uero tantum nomina, & ſua, & translata adſolutam orationem exornãdam ſunt utilia. cuius rei ſignum eſt, quòd his ſolis omnes utuntur: nam in loquendo translatis, & ſuis, & propriꝟs

A propriis nobis quilibet vtitur. Quare dubium esse non potest, quin siquis hoc recte fecerit consequatur, vt & peregrina videatur eius oratio, & ars lateat, & aperte dicat, quę locutionis oratoriæ virtus est.

Ex nominibus ea, quæ sunt ambigua sophistæ conueniunt: ex eis.n.fallaciter cōcludit: quæ vero cognominata sunt, poetę sunt vtilia. voco autem propria & cognominata: vt eo, & proficiscor: nam hæc ambo propria B sunt, & inter se cognominata. Quid igitur hæc singula verba sint & quot sint translatiōis species, & quem fructum poetæ, & oratori ferant translationes, dictum est (vt antea monuimus) in arte Poetica, Tāto autem maiorem industriam in transferendis nominibus oratio soluta postulat, quanto pauciora ad exornandum adiumenta, quàm versus habet: cum præsertim oratio nem dilucidam, & iucundam, & peregrinam translatio faciat, C neque eam ab alia re quisquam accipere possit. Oportet autem & addita ad nomen, & translationes accommodatas sumere. hoc aūt fiet, si proportio conseruabitur, sin minus indecorum apparebit: contraria nanq; inter se collata maxime perspiciunt. sed videre oportet, sicuti iuueni purpura, ita seni quid cōueniat, neq.n.eadem cum vestis decet. Et si quē exornare volueris ab eis, q̄ sunt in eodem gēre præstātissima, translationē sumere debes, si verò vituperare ab eis, q̄ D sunt deterrima. dico autem hoc mō, qm̄ contraria sunt in eodē genere: vt si quis dicat, mendicantem deprecari, deprecantē vero mendicare, quoniam vtrūque est petere, certe id faciet quod ante dictum est, quemadmodum Iphicrates Calliam vocabat metragyrtem, non autē daduchū, significabat enim eū non esse initiatum, nam eum nō metragyrtem, sed daduchun appellasset. ambo enim hæc nomi E na sunt ministrorū magnæ deæ sed alterum honestum est alterum abiectum: & eos, qui Dionysii sodales erant, alij Dionysii adulatores ipsi se artifices appellabant: hæc autem ambo trāslata sunt, sed alterum sordidorum est hominum, alterum cōtra: & prædones hoc tempore se lucrifactores vocant. quare licet eū, qui se iniuste gessit, dicere lapsum esse, qui vero lapsus est, iniuste se gessisse: & eum, qui furatus est sumpsisse, aut depopulatum esse: Illud autem quod apd F Euripidem Telephus ait remis imperare, at in Mysiam ascendens, indecorum est: maius est enim imperare, quàm cōueniat itaq; non latet. Est etiam interdum in syllabis ipsis error, cum non iucundæ vocis signa sunt: vt Dionysius cognomento Aeneus in Elegōs suis poesim appellauit, stridorē Calliopes, quoniam ambæ voces sunt: sed ipro

bāda

G Iuanda eſt translatio, quæ fit in vocibus non ſignificantib⁹. Pręterea videndum eſt, ne longe ducantur translationes, ſed ex propinquis, atque eiuſdem gñis, vt quæ proprium nomen non habent, eis illud imponatur, quod ſtatim affine eſſe videatur: vt in celebri illo ænigmate. Vidi hominẽ, qui alteri homini æs igne cõglutinabat. hæc. n. res, pprio nomine caret, ſed tamen in ambobus eſt appoſito quędam: cõ
H glutinationẽ igitur appellauit ipſam cucurbitulæ adiectionẽ. Atq; omnino ex bene conſectis ænigmatibus licet egregias trãslationes ſumere, nam ex trãslationibus fiunt ænigmata: quare non dubium eſt, ratione ſumptam eſſe translationem. Debet etiam a rebus pulchris ac ſpecioſis duci translatio. nominis autẽ pulchritudo (ſicuti Lycimnius tradit) aut eſt in ſono, aut in ſignificatione, & turpitudo ſimilr. Sed præter hæc, tertium quid-
I dam eſt, quo fallax ea concluſio ſophiſtarum ſoluitur. Neq; enĩ verum eſt id quod Byrſon dixit neminẽ eſſe, qui turpiter loquatur, cum præſertim idem ſignificetur, ſiue hoc, ſiue illo modo dixeris. hoc autem falſum eſt: nã aliud alio nomen magis eſt proprium, & rei magis ſimile, & magis accommodatum, vt res oculis quaſi ſubñciatur. præterea licet idem ſignificent, non tamen eodem modo ſe habẽt hoc, & illud nomen, quare hac ẽt de cauſa aliud alio pulchri⁹, aut defor- K
mius nomen exiſtimandũ eſt. ambo quidem honeſtũ, & turpe ſignificant, ſed non quatenus eſt honeſtum, aut turpe, vel eandem rem aut magis, aut minus exprimunt, Translationes igit hinc ducendæ ſunt, hoc eſt a rebus honeſtis vel ſono, vel poteſtate, vel aſpectu, vel alio aliquo ſenſu: plurimum. n. intereſt, ſiqs auroram dicat (vt Homerus) roſeam, & ſi purpuream, & quod adhuc eſt deterius, ſi rubram, quinetiam in eis, quę nominib⁹ L
adiungũtur, licet a deteriori, & turpiori additamentum ſumere, vt Oreſtes matricida, licet ẽt ab honeſtiore, vt patris vltor: & Simonides, cum illi paruã mercedem traderet is, qui mulabus victoriam conſecutus fuerat, noluit eum carmine ſuo celebrare, tanquam indignum putaret in mulas carmen cõdere. poſtquã vero iuſtam illi mercedem tribuit, ita canere cœpit,
Saluete ò volucrum filiæ equo- M
rum:
atqui etiam aſinorum erant filiæ, Poſſunt etiam ipſa nomina diminui. eſt autem diminutio q̃ vel bonum, vel malum min⁹ videri facit: vt Ariſtophanes in Babylonijs cauillatur: cum pro auro dicat aurulum, vt pro veſtimento veſtimentulum, & pro conuicio conuiciolum. Caute vero rem vtranque tractare oportet, & in vtraque modum ſeruare

De

A De frigidis. Cap. 3

QVatuor autem modis elocutio frigida fit, primo in coniungēdis nominibus: ut Lycophron cœlū appellauit multiforme, & terrā magniceruicam, & litus angustiuium: & Gorgias adulatorē vocauit ptochomusum, dixit etiā ἐπιορκισαντας καὶ κατευορκισαντας, ideſt peieranteis, & deieranteis: & quemadmodum Alcidamas, Furore quidem æstus plenus, igniuoma vero facies erat: & Finiferentem existimauit eorum alacritatem futuram, & Persuasionem orationū statuit esse finiferentem, & Cærulicolorem maris planitiem. quæ omnia propter duplicationem videntur esse poetica, Atq; hæc vna quidem est frigidæ locutiōis causa. Altera vero est, cum quis peregrinis vocibꝰ vtitur. vt Lycophron Xersem pelorium hominem appellauit: dixit etiā, Sciron finnis homo: & Alcidamas dixit, Athyrma poesis, & Natura ataſtalam, & Mera animi incensus ira, punctusq;.

Tertius modus frigidæ locutiōis est, cum quis epithetis vel longe petitis, vel intempestiuis, vel crebris vtitur. Nam in poesi lac album, dicere conceditur: at vero in soluta oīone sunt īdecētia hmōi epitheta. Quædā ēt, si quis crebrius vtatur, artē detegunt: planīq; faciūt, eā esse poesim, qua quidē vti oportet, qm quotidiani sermonis cōsuetudinē immutat, & elocutionē pegri D nā facit. sed mediocritate opus ē, qm̄ si modū excedit, maiꝰ est vitiū, q̄a si quis ex tpe loquatur: nam subita dictio virtute caret, nimis autem ornata vitiosa est. Quapropter Alcidamantis oīo frigida vr̄, qui non tanq̄ condimentis, sed tanq̄ cibis, vtit̄ epithetis: adeo crebra, & magna, & apta vsurpat. nō. n. sudorem dicit sed humidum sudorem, neq; Ad Isthmia, sed Ad Isthmiorū celebritatē, neq; leges, sed ciuita E tū reginas leges, neq; cursu, sed Animi ſpetu cursorio, neq; museū, sed ingte, Cū naturæ museū acceepisset, & tristē animi curā, neq; gratig, sed Popularis gratię fabricator, & dispensator voluptatis audientiū, neq; ramis, sed syluę ramis occultauit: neq; corpus velauit, sed corporis pudorem, & cupiditatē animi repræsentatricem: hoc aūt & iūctum est, & epitheton, quare poema fit: & ita īmēsam īprobitatis exu F perantiā. Itaq;, cum poetico more loquant̄, quia rem indecorā faciunt: & ridiculi & frigidi fiunt, & propter loquacitatem incidunt in obscuritatē. quicquid .n. inculcatur ei qui iā rē cepit splendorem adimit, & tenebras offundit. Solēt aūt homines vulgo iunctis vti nominibus, cum alicui rei nomē nō est īpositū & facilis est compositio, vt χρονοτριβεῖν, quod est tempus frustra cōsumere: sed si hoc frequētius fiat, erit oīno poeticū. qua-

re

G re iuncta nomina dithyrambicis poetis sunt aptissima: sunt enim maxime consonantia: voces autem externæ poetis heroicis conueniunt: habent enim in se grauitatem, & maiestatem: at vero translatio iambicis apta est, quo metri genere nunc vtuntur, ut antea dictum est.

Quartus modus frigidę locutionis fit in translationibus. sunt enim etiam indecoræ translationes: & hæ quidem propter ridiculum. nam etiam comici poe-
H tæ translationibus vtuntur: illæ vero propter nimiam grauitatem tanquam tragicæ sunt. Quinetiam obscurę fiunt, si longe petantur: vt Gorgias, Pallida atque exanguia negocia: Tu vero hæc turpiter feminasti, male autem messuisti. nimis enim poeticè dicta hæc sunt: & quem admodum Alcidamas, philosophiam esse legum propugnaculum, & Odysseam esse pulchrũ humanæ vitæ speculum, & nul-
I lum huiusmodi ludicrum poesi adferens, nam hæc omnia sunt aliena a fide faciẽda propter ea, quæ dicta sunt, Illud vero Gorgiæ contra hirundinem, quæ superuolans cibi reliquias in eum demisit, optime poetæ Tragico conueniret: dixit enim, turpe tibi ô Philomela. nam aui quidẽ licet id effecerit, non turpe fuit, virgini vero turpe fuisset. scite igitur conuicium fecit, dicẽs id, quod fuerat, non autem, quod est.

De Imagine. Cap. 4. K

IMago vero etiam ipsa trãslatio est, pãrum enĩ ab ea differt. nam cũ poeta de Achille dicit, Tanquam leo irruebat, imago est: cum autem Leo irruebat, est translatio, quoniam enĩ ambo fortes sunt, translato nomine Achillem vocauit leonẽ. Vtilis est autem imago etiam in soluta oratione, sed ea raro vtendum, quoniam magis poetas decet. vsurpandæ verò sunt imagines eo modo, quo translationes: nihil enim aliud sunt, quàm trã- L
slationes, modo tantum, quo dixi, differentes. Sunt autem imagines huiusmodi, vt Androtion contra Idrieum dixerit: eũ simile esse canibus, qui vincti catenis domi tenentur, nam illi solum postea in omneis incurrunt sic Idrieum vinculis solutum facium esse acriorem: & Theodamas Archidamum dicebat Euxeno, geometria priuato, esse similem: hac igitur proportione etiam Euxenus erit similis Ar- M
chidamo, geometria aucto: & id quod est Platonis Politia: eos qui mortuorũ corpora spoliant catellis esse similes, qui lapides quidẽ mordẽt, sed eos, qui iecerunt, nõ attingũt: & quod de populo dixit: eum esse similẽ nauclero valido quidem sed surdastro: & quod de poetarũ versibꝰ quos adolescentibus nulla pulchritudine prędictis, dixit esse similes. nam illi quidẽ cũ deflo ruerint, hi vero si dissoluant, ne

qua-

A quaquam ſimileis eſſe videnť: &quod Pericles de Samſ̃s dixit eos ſimileis infantibus eſſe, qui cibum quidem capiunt, ſed tamen plorãt: & de Bæotiſ̃s, quod ſimiles ſint ilicibus, quæ ſe viciſſim frangunt, ita Bœotios inter ſe prœliari: & Demoſthenes dixit, populum eſſe ſ̃s ſimilem, q̃ in naui nauſeant: & Democrates nutricibus oratores comparabat, quæ cibos ipſe deuorant, ſaliua verò pueros inungunt: & Antiſthenes Cephiſodotum, te
B nuem ac gracilẽ hoſem, thuri dixit eſſe ſimilem, quod cum abſumitur lætitiam adfert. has enim oĩs, & tanq̃ imagines, & tanq̃ trãslationes proferre licet. Quare quæcunq; probantur cum tã quam translationes prolatę fuerint, perſpicuum eſt etiam imagines eſſe poſſe: nam imagines nihil aliud ſunt, q̃ translatiões, q̃ oſonis conformatione indigeãt, verum ſemp oportet eam translationem, q̃ a proportione ducitur, ab vtraq; parte ſibi rñ-
C dere, atq; in rebus eiuſdem gñis fieri: vt ſi phiala clypeus Bacchi dicitur, etiã clypeus rectè Martis phiala vocabitur. Ac oratio quidem ex ſ̃s, quæ dicta ſunt, componitur.

De Latinitate. Cap. 5

INitiũ aũt & fundamentum elocutionis, eſt emendate loqui, quod ex quinq; præcipue reb⁹ cõſtat. Prima cura eſt ſ coniũctiõibus: vt quis eas ſicuti natura poſtulat, vł ante vł poſt in ordine collocet, ut inter ſe rñ- D
deant. vt, Ille quidẽ, & Ego quidem: Poſtulat vero, & Ille vero. ſed eas oportet ita inter ſe reſpõdere, ut facile memoria comprehendi poſſint: quod fiet, ſi non nimis longo interuallo diſiũctæ fuerint. Neq; opus eſt coniũctionem vllam aliam ante coniunctionem neceſſariam collocare: nam hoc paucis in locis conuenit: vt, Ego vero, poſtquam mihi rem narrauit: venit. n. ad me Cleon rogans, atq; obſecrãs, pro
E fectus ſum, eis in ſocietatem aſſumptis. nam in his verbis multæ coniunctiões ſ interpoſitæ ſunt antęq; neceſſaria coniũctio redatur: & ſi magnum interuallũ eſſet inter initium, & illud verbum, profectus ſum, eſſet obſcura locutio, Atq; hic quidem vnus eſt emendate loquendi modus in cõiũctiõibus. Alter modus eſt: cum proprĩs ac ſuis nominib⁹ res appellanť, non autẽ circunſcribuntur: tertius cũ ambigua vitanť: niſi fortaſſe quis
F id dedita opera faciat. hoc autẽ faciunt ĩ, qui cum nihil habent, quod dicãt: aliquid tñ dicere videri volunt: hmõi. n. hoſes poetico more talia, pferunt, q̃ etiã Empedocles facit. nã circuitus ille verborũ, cũ longus ſit, facile decipit: & auditores ita afficiuntur, ſicut ſperita multitudo, cũ ariolos audit ambigua loquenteis: temere. n. aſſentitur: vt, Cręſus Halim penetrãs, magnã peruertet opum vim.

nam

G nã arioli de oſ negocio gſiatim loquuntur:ſic enim omnino minus peccatur. qui enim par impar ludit:multo facilius diuinare poteſt, ſi vel paria, vel imparia eſſe dixerit, quàm ſi certum numerum explicare voluerit:ita qui dicit aliquid futurum facilius diuinabit, quàm qui explicuerit, quando ſit futurum, quo fit ut uates non adiungant quando. Hæc enim omnia ſimilia ſunt: quare niſi fiant alicuius rei gratia ſunt fugienda. Quar
H tus modus eſt, cum genera diſtinguuntur, quod Protagoras fecit qui dixit, alia nomina eſſe virilia, alia muliebria, alia neutra. hæc enim etiam accuratè ſeruãda ſunt: vt, illa autem reuerſa, & collocuta diſceſſit. Quintus modus eſt, cum res multas, & paucas, & ſingulas recte quis appellat, vt, Hi cum acceſſiſſent, me percuſſerunt. Omnino uero quod ſcribitur huiuſmodi eſſe debet vt & legi: & proferri facile poſſit: quod eodẽ modo fit. hoc au-
I tem non habet ea locutio, ſi qua multæ ſunt coniunctiones: & q̃ non facile diſtingui, atq; interpungi poteſt, qualia ſunt Heracliti ſcripta: magna enim difficultas eſt, ſcripta Heraclitinotis, atq; interpunctionibus diſtinguere, quia dubium eſt cuinam parti verba hæreant, poſteriori ne, an priori. quod ex eius opis initio intelligi poteſt, vbi ita inquit: Rationis eius, quę vere eſt ſemper imperiti ſunt homines: incertum eſt enim, vtri parti il- K
lud aduerbium ſemper ſit applicandum. Præterea fit ſoloeciſmus cum non redditur vnicuique verbo, quod exigit, niſi forte inter ſe coniungantur eo verbo, quod vtriq; cõuenit: vt Strepitum, & colorem non bene dixeris, videns, quia non eſt commune: ſed ſentiens quod eſt cõmune. Fiet etiam obſcura locutio, niſi initio poſueris id, quod multis interpoſitis poſtea dicẽdum eſt: vt Paraueram, poſtquã L
cũ eo collocutus fuiſſem hæc, & hæc & hoc modo, diſcedere. reſtius ergo dixeris, Paraueram diſcedere, poſtquam collocutus cum eo fuiſſem hæc, & hæc, & hoc modo.

De Amplitudine, ac breuitate eloquutionis Cap. 6.

AD locutionis autem amplitudinem & grauitatem hæc proderunt: primum ſi definitionem loco no- M
minis ponas, exempli gratia, ſi non circulum dicas, ſed figurã planam, cuius extremitas paribus a medio radijs attingit. qui vero breuitati ſtudet, is contra nomen loco definitionis ponat. Quod ſiquid acciderit obſcœnum, aut parum decorum: id ſi erit in definitione, nomen vſurpabimus, ſi autem in nomine, definitionem. Erit etiam grandis oratio, quæ translationibus, & epithetis illuſtrabitur: modo ne

in

A in poeticam licentiam exeat: & ſi ex vno plura fiant, quod poetæ ſæpe faciunt: vt quamuis vnus tantum portus ſit, tamen dicunt,
Intra portus Achaicos, & illud:
Luctu ſcatenteis, has tibi do epiſtolas:
& ſi nomina non coniungãtur, ſed ſeparatim ſingula proferantur, vt Eius mulieris, quę noſtra eſt, & cõtra breuiter hoc modo, Noſtræ mulieris: & ſi in dicẽdo copulæ adiungantur, nam contra breuius dicitur detracta co-
B pula, modò ne diſſoluta ſit oratio: vt Eo profectus ſum, ac diſſerui, & Eò profectꝰ, diſſerui. Atque etiam illa Antimachi ratio vtilis eſt: nempe ea cõmemorare, quę rei non adſunt: quod ille facit in celebrando colle Theumeſo: vt Eſt quidam modicus collis, vento perflatus. nam hoc modo infinite poteſt oratio amplificari, Quæ ratio in vtranq; partem vtilis eſt, hoc eſt & ĩ bonis, & in malis, quæ non adſunt
C commemorandis. vnde etiam poetæ nomina confinxerunt ἄχορδον, & ἄλυρον, hoc eſt expertem chordæ, & expertem lyræ: quas appellationes a priuatione ſumpſerunt: quæ res ſi eis potiſſimum translationibus nomen habet, quæ ex proportione ducuntur: vt ſiquis diceret, tubam eſſe ſonum, liræ expertem.

De decoro in eloquutione. D

Cap. 7.

DEcorum autem illa ſeruabit oratio, quę motus animi miſcebit, & quæ mores exprimet, & quæ ſubiectis rebus conueniet. Erit autẽ rebus conueniens: ſi neq; de rebus ampliſſimis tenuiter & ſum miſſe, neq; de tenuibus rebꝰ grauiter & amplè quis dixerit. Sed neq; abiecto nomini ornatꝰ eſt adhibendus: alioqui comœdia videbitur: qđ crebrò facit Cleophon. talia enim quædam pro- E
fert, ac ſi diceret: Venerandam ficum. Motum animi miſcebit oratio irarũ plena: cũ de aliquo contumelia agetur. Quòd ſi impia, & Turpia facta tractanda ſunt, id cum indignatione, cauteq;, & quaſi timide faciendum: ſi verò laudabilia, cũ animi voluptate, ſi miſerabilia, demiſſe atq; humiliter: & in cæteris eodem modo. locutio enim rebus accommodata ad perſuadendũ plurimum valet, nam animus
F auditoris in errorem trahitur, qui ea vere dici putat: quoniam in eiuſmodi rebus, ita ſe homines habent. Quare, licet ita ſe res non habeat, ut orator dicit: tamen ita ſe habere putant, atque auditor ſemper eodem modo afficitur, quo orator etiam ſi non vere dicat: qua de cauſa multi oratores ita vehementer commouent auditores, vt eos quaſi attonitos reddant. Quin, hęc a ſignis ducta demõſtratio

ſtratio bene morata eſt. quoniã ſingula hominum genera, ſingulosq; habitus ſua quædam propriaq; conſequitur oõ. gĩa aũt ſtelligo ſingulas ętates, vt puer vir ſenex, & mulier & vir, & Lacon vel Theſſalus: habitus verò ſtelligo, quibus vita hominum informatur: non enim quolibet habitu uita eõformatur. qui igitur habitui nomina accommodabit, mores etiam affinget oratio: n[illegible] enim eadem, aut eodem modo impolitus atq; agreſtis homo dicet, quæ politus & bonis artibus excultus. Afficiuntur etiam auditores ea rõne, qua ad ſatietatem vſque vtũtur ñ, qui orationes ſcribunt. Quis autem neſcit? Omnes ſtelligunt: aſſentitur enim auditor veritus, ne quod cæteri omnes intelligunt, ipſe ſolus ignoret. Hac autem ratione & tempeſtiue, & intempeſtiue vt licet: ſicut etiam reliquis præceptorum generibus. ſed omnis exuperantię remediũ eſt id, quod vulgo dicitur, Oportet ipſum ſe ſua voce corrigere: tunc enim verum videtur, quoniam ipſum oratorẽ non latet id, quod facit. Neq; ſeruanda ſemper eſt proportio, ut omnia conſentanea videantur, ſic enim fallitur auditor. Dico autem, vt ſi nomina dura fuerit non ſemper etiam dura voce, & multũ, & reliquis, quę conſentanea ſunt, vtatur is, qui dicit: alioquin aperta fient omnia, neque quicquam latere poterit. ſi vero aliquid ſeruatum fuerit ali quid non, non tegitur artificiũ, cum tamen idem faciat: verum tamẽ ſi mollia duriter aut ſi dura molliter proferantur: fide, prſus carebit oratio. Qui autem commouere animos velit, ei maxime conuenient epitheta, iuncta nomina, & peregrina. Ignoſcitur enim irato ſi dixerit ſe paſſum eſſe malum vſq; ad cœlum extenſum, aut admodum vaſtũ & quãdo iam orator auditores obſederit, atq; extra ſe rapuerit vel laude, vel vituperatione, vel ira vel amicitia, vt etiam Iſocrates facit in Panegyrico in extrema parte, cum ait, Famam autẽ & illud, Qui quidem tolerarũt. nam extra ſe rapti oratores huiuſmodi verba fundunt: quæ q audiunt, eodem pacto affecti recipiunt, atq; approbant. quare etiam poeſi conueniunt, cũ poeſis res quædam diuina ſit. Vel igitur hoc modo, vel cum ironia licet huiuſmodi verba vſurpare: ſicut Gorgias faciebat, & in Phædro Socrates.

De Numero. Cap. 8.

AT vero forma orationis neq; verſibus conſtare, neq; numerorum prorſus expers eſſe debet. illud enim orationi fidem adimit, quoniã artificioſe ficta eſſe videtur: & ſimul auditorem auertit a cauſa, facitq; vt attendat, & expectet, quando ſimile aliquid ad aures accedat: ſicuti pueri ſolẽt præ-

A præconem præoccupare, quem ſibi patronũ adoptet is, qui ma numittitur, vt Cleonem. hoc au tem genus oratiõis, quod eſt nu merorum expers, ſine caret, ne que conſiſtit. Oportet autem ali qua terminatione concludi, nõ tamen metrica, nam inſuaue eſt & obſcurum, quod non termi natur: omnia verò numero fini untur. Sed is numerus, qui in orationis forma ſpectatur, ryth mus eſt: cuius etiam metra par tes ſunt. quo fit, vt oratio rhyth B mum quidẽ habere debeat, non autem verſum, alioquin eẽt poe ma: neq; tamẽ exquiſitè rhyth mum ſeruare oportet, ſed qua dantenus. Ex numeris autem o ratorĩs herous grandis eſt, & e legans, & indigens harmoniæ iambus autem ipſa eſt imperito rum oratio: ideò ex omni gene re carminum, in iambica maxi me loquentes incidunt. oportet autem in dicendo effici grandi tatem, & in admirationem ſidu cere. At verò throchæus corda C ci aptior eſt, quod aperte tetra metra declarant, in quibus nu merus incitatus eſt, & lubricus. Reliquus eſt pæan, quo quidem vſi ſunt ñ, qui a Thraſymacho profecti ſunt, ſed tamen eius na turam non intelligebant, eſt au tem tertius pæan, atq; inter illos medius, quos diximus. eſt enim vt tria li ad duo conferantur, ex illis vero alter eſt, vt vnum ad vnum, alter autem ut duo ad v num, harum autem proportio num ſesquialtera media eſt. at D que hic pæan. Reliqui igitur, p pter iam prædictas cauſas relin quendi ſunt, & præterea quia ſunt apti verſibus, pæan autem admittendus: nam ex hoc vno prædictorum omnium, verſus nullo modo cõficitur, quare ma ximè latet. nunc igitur vno tan tum pæane vtuntur, atq; in ora tionis principio: ſed a principio finem differre oportet. Duæ ve rò ſunt pæanis ſpecies Iter ſe cõ trariæ. quarum altera principio conuenit, ſicuti etiam vtuntur: E atque is eſt pæan, cuius prima ſyllaba longa eſt, tres verò po ſtremæ breues ſunt, ut Delioge na, Siue Lyciam, & Auricome nate Iouis: alter autem contra, cuius tres primæ breues ſunt, poſtrema longa, vt Domuerãt, Sonipedes: atque hic bene cõclu dit, breuis enim ſyllaba, quo niam eſt imperfecta, mutilatam ac mancam efficit orationem: itaque ſententiam oportet lon ga ſyllaba terminari: atque ip ſum finem notum eſſe, non ſcri F ptoris opera, neque propter ali quam appoſitam notam, ſed propter numerum. Iam igitur declaratum eſt, numeroſam eſ ſe oportere orationem, non au tem extra numerum, & qui nu meri tales eam faciant, quoq; modo ſint in ea collo can di.

G *De pendente oratione, ac eius contraria*
Cap. 9.

FLocutionem vero duplicē eſſe neceſſe eſt, vel tractā, ac pendentem, quæ copulatiōe fit vna, quales ſunt dithyramborum cantiones, vel ambitu comprehēſam, & ſimilem veterum poetarum antiſtrophis. Sed tracta ac pendens elocutio priſcorum eſt, qua Herodotus Thurius in hiſtoria vtitur, atq; eo tempore fere omnes vtebantur, nunc autem perquam pauH ci. Voco autem tractam ac pendentem elocutionem, quę nullū ex ſe finē hēt. niſi res, quæ exponitur, ad finem peruenerit. quæ ſanè eſt iniucunda: quoniam in infinite fertur. omnes. n. videre finem exoptant. quapropter curſores, cum ad flexiones peruenerunt, vehementer anhelant, & pene deficiunt, cum antea non laborent, quia metā proſpiciūt. Ac tracta quidem pendensq; oratio talis eſt. Ambitu vero cō I prehenſa eſt, quæ periodis conſtat. periodum voco orationem quæ principium, & finem ex ſeſe habet, & eam magnitudinem quę facile perluſtrari poſſit. Huiuſmodi autem orat.o ſuauis eſt & facile percipi poteſt. & ſuauis idcirco eſt: quia eſt illi cōtraria, quæ infinite fertur, & quia ſemper auditor aliquid ſe tenere exiſtimat, cum ſemper aliquid concluſum ac determinatum accipiat, contra vero. nihil præuidere, nihilq; abſolutum habere, eſt iniucundum. facile autem percipitur, quia memoriæ facilè mādari poteſt. & hoc accidit, quia numerum habet in periodis qđ omnium maxime aptum eſt ad recordandum: atque hæc cauſa eſt, cur omnes faciliùs carmina, q̄s ſolutam orationem recordentur, quia numerum habent, qui ea metiatur. Oportet autem in periodo ſentētiam etiam ipſam finiri: nō autem abrumpi: quod fit in illis iambicis Sophoclis K

Hæc eſt quidem Calydon ſolū L
potitus eſt,
Quo olim Pelops.

fit enim quandoq; . vt ſi periodus diuiſa fuerit, ſenſus contrarius eliciatur, ſicut in prædicto exemplo poteſt quis ſuſpicari, Calydonem in Peloponeſo eſſe.

Duplex autem eſt period9: nā altera membris conſtat, altera ſimplex eſt. ex membris conſtat ea locutio, quæ perfecta eſt, & diſtinctas parteis habet, & ſpiritum dicentis non impedit, non ipſa diuiſione, ſicut in prædicta M periodo, ſed in toto ambitu: mēbrum vero eſt altera periodi ps. Simplicem periodum eam appello, quæ ex vno membro conſtat. Oportet autem & membra ipſa, & periodos neq; mutilas eſſe, neq; longas. nam, quod mutilum eſt ac paruum, ſæpe cogit auditorem offendere, atque hærere: neceſſe eſt enim, vt cum auditor adhuc vltra tendit animo & ad menſuram illam termini, quem in ſeipſo concepit, ceſſan

te

A te oratore, quaſi retro trahatur, & quaſi obice quodam impeditus offendatur. Longæ vero periodi deficere cogũt auditorem quemadmodũ enim ñ, qui ſpatia conficiunt & vltra ſtatutum terminum progrediuntur, eos poſt ſe relinquunt, qui vna deãbulabant, ita longæ periodi iam in orationem exeunt, & lyricorum cantionibus ſimiles fiunt. quare idem hac in re contingit. quod Democritus Chius Melanippidi per iocum obiecit, cum
B ille pro antiſtrophis anabolas vſurpaſſet,
Vt noceat ille ſibi, alium qui lędere quærit.
Sic carmen longum uati ipſi peſſima res eſt:
hoc enim ipſum etiam ĩ eos apte dici poteſt, qui longis mẽbris delectantur. contra vero, q̃ breuiora, quam opus ſit, habẽt mẽbra, ne periodi quidem ſunt: nam ipſum auditorem præcipitem rapiunt.

Elocutio vero, quæ membratim profertur, partim diſtincta
C ac libera eſt, partim oppoſita ac ſibi mutuo reſpondens. diſtincta vt illa Iſocratis. Sæpius admiratus ſum eos, qui celebritates cõgregarunt: & eos qui gymnica certamina conſtituerunt: oppoſita vero ac ſibi reſpondens eſt illa, cum vel in vtroq; membro contrarium eſt alteri contrario conſtitutum, vel idem mẽbrũ è contrarijs conſtat: Nam ñs, qui ſecuti ſunt multo plura, q̃ domi poſſidebant acquiſiuerunt: ñs D
verò qui domi remanſerunt, ſatis agri, quo e alerent, reliquerunt: hæc enim ſunt cõtraria remanere, & ſeq, plura & ſatis: itaque & pecuniarum egentibus, & frui volentibus: nam acquirere, & frui inter ſe opponuntur: & illud, Sæpe accidit in eiuſmodi rebus, vt prudentes aberrent & inſipientes recte gerant: Statim quidem prędia fortium virorum obtinuerunt, ſed non ita multo poſt imperium maris ac
quiſiuerunt: Terram quidẽ na- E
uigaſſe, maria vero ambulaſſe: Helleſpontum quidem iunxit, Athonem vero perfodit: & Qui natura ciues eſſent, lege priuati ſunt ciuitate: ex eis, n. alij male perierunt, alij turpiter ſeruati ſunt. Priuate quidem ſeruis vti barbaris, publice vero negligere, ſociorum multos ſeruos eſſe: Vel viuenteis habere, vel morieteis relinquere: & quod in Pitholaum, & Lycophronem quidã in iudicio dixit, Hi cũ domi eſſent, vos vendebant, poſtquam F
ad nos venerũt, ipſi empti ſunt. in his enim omnibus id eſt, qđ antea diximus. Iucunda vero eſt huiuſmodi locutio: quoniã contraria maximè nota ſunt, & cum inter ſe conferuntur, fiunt etiam notiora: & quia ratiocinationis formam præ ſe fert, elenchus enim nihil aliud eſt, quàm contrariorum collectio, atque hæc quidem exornatio contentio vocaſ, Cõpar vero dr̃, cum

G æqualia membra ſunt, Aſſi-
milatio vocatur, cum extremæ
partes vtriuſq; membri ſimiles
ſunt. Neceſſe eſt autem hoc vel
initio, vel in fine fieri. Atque ini
tio quidem nomina ſemper ſi-
milia ſunt: in fine verò ſimiles
ſunt extremæ ſyllabæ, vel eiuſ-
dem nominis caſus, vel nomen
ipſum. Initio igitur ſîût hoc mo
do, Agrum enim accepit ggrum
ab eo,
Placati donis, pacatique ore
fuerunt:
H in fine vero hoc modo, Non pu-
tarunt hoc ipſum ſibi peperiſſe
ſed eius cauſam fuiſſe, In cura
quidem plurima, in ſpe verò mi
nima: caſus autem eiuſdem no-
minis hoc modo, Dignus verò
ſtatua ærea, non dignus ære: i-
dem nomen hoc modo, Tu illi
cum viueret, dicebas male, &
nunc in eum ſcribis malè. fit e-
tiam in vna extrema ſyllaba: vt
Quodnam paſſus eſſes malum,
ſi hominem vidiſſes ignauum?
Poſſunt etiam interdum hæc
I omnia coniungi: vt idem ſit &
contentio, & compar, & ſimili-
ter deſinens. Principia vero pe-
riodorum in libris ad Theode-
ctem, fere ſunt à nobis enumera
ta. Sunt etiam quædam falſe,
ſimulateque contentiones: vt
Epicarmus fecit, Inter-
dum enim ego cum
illis eram, inter
dum ve-
rò apud
illos.

De Vrbanit. Cap. 10. K

ET quoniam de his iam fa-
tis dictum eſt: ſequitur vt a-
periamus, vnde vrbana &
præclara dicta deducantur. ac il
la quidem conformare, vel inge
nioſi hominis eſt, vel exercitati:
viam autem ac rationem oſten-
dere, diſciplinæ huius propriũ
eſt. De illis igitur dicamus, atq;
enumeremus omnia: ſed hîc po
tiſſimum exordio ſumpto.
Natura hoc inſtitum eſt om-
nibus: vt cum aliquid facile di-
ſcunt, voluptatem ſentiant. no-
mina vero ſemper aliquid ſigni L
ficant. Quare quæcunque noſa
rei alicuius notitiam nobis inſe
runt, ea iucũdiſſima ſunt. ac pe-
regrina quidem vocabula no-
bis ignota ſunt, propria vero iã
cognita: translatio igitur maxſe
hoc efficit: cum. n. quis ſenectu-
tem appellat ſtipulam, nobis in
ſerit cognitionem, ac notitiam
propter genus: hoc enim ambo
viriditatem amiſerunt. Quine-
tiam poetarũ imagines idem ef
ficiunt. quare ſi bene poſitæ fue
rint, vrbanus ſermo videtur: eſt M
. n. imago, ſicut antea dictũ eſt,
translatio, quæ tantum adiun-
ctione differt. atque ideo minus
eſt iucunda, quia lõgius protra-
hitur, neque dicit hoc illud eſſe,
quod animus auditoris quærit.
Neceſſe eſt etiam, eam elocutio
nem, atque illa argumẽta vrba-
na eſſe, quæ nos ſalicuius rei co
gnitionem celeriter ducũt. qua-
re neq; argumenta illa probant

quæ

A quę patent, atq; in prŏptu ſunt. dico autem eſſe in prŏptu, quæ ſunt omnibus nota, & quæ non indigent, vt quærantur. Neque illa probantur, quæ cum expoſita ſunt, adhuc tamen ignorant: ſed illa quæ cum exponunt, ſtatim nos in cognitionem ducũt, etiam ſi prius nihil ſcirem⁹, vel quæ paulo poſt cogitatione percipiũtur. hoc enim modo gignitur in nobis cognitio, ſed illo, quem ſupra diximus nequaq̃. Atq; in ſententia quidem eorũ, B quę dicuntur, talia potiſſimum excellunt argumenta. in locutione vero conformanda, ſi contraria contrarijs opponãtur: vt Cũ alijs omnibus cõmũnis ſit, pax tamen exiſtimant ſuis priuatis rebus vtilius eſſe bellum: bellũ enim paci contrarium eſt. ſi verbis erit vrbanitas, ſi translata fuerint: modo ne trãslatio ſit aliena, quæ non facilè perſpici poteſt: neq; vulgaris quæ nihil cõmouet, ſed quæ rem oculis ſubijcit. magis enim oportet res vi- C dere, quæ fiant, q̃ quæ fieri poſtea debeant. Tria igitur hæc ſunt conſideranda; trãslatio, cõtentio, euidẽtia. cum autem trãslationum genera ſint quatuor: illæ maxime excellunt, quæ fiũt ex proportione: quemadmodũ Pericles dixit de iuuentute, quę in bello perierat, ſic è ciuitate ſublatam, vt ſi quis ver ex anno tolleret: & Leptines de Lacedæmonijs dixit, non oportere pati ut Græciæ alter oculus eruereſ: & Cephiſodotus, cum Chares D Olympiaci belli tempore vellet adminiſtratiõis ſuæ ratiões reddere, id egre ferẽs dixit, eum cũ in furno populum incluſum haberet, velle reddere rationes: idẽ cum Athenienſes aliquãdo hortaretur, vt in Euboeam irent frumentatum, dixit oportere Miltiadis decretum in expeditionẽ proficiſci: & Iphicrates, poſtq̃ Athenienſes cum Epidaurijs, & omni ora maritima fœdus percuſſiſſent, id ægre ferens dixit, ipſos belli viatica ſuſtuliſſe: & E Pitholaus eam nauem, quæ Paralus vocabatur, dixit eſſe clauã populi: Seſtum autem arcam Piræi frumentariam: & Pericles Aeginã tolli iubebat, quæ eſſet Piræi lippitudo. & Meerocles, cum probum quendam hominem appellaſſet, dixit, ſe illo nõ eſſe improbiorem: illum enim ternis vſuris improbitatẽ exercere, ſe vero denis: & illud Anaxandridę iambicum de filiabus ſuis, quæ nubendi tempus tranſierant, F

O virgines, vos non ſtetiſtis nuptijs:

& Polyeucti in quendam Speuſippum: hominem corpore attonitum: eum non poſſe conquieſcere, quamuis a fortuna in penteſyrigo morbo colligat⁹ eſſet, & Cephiſodotus triremeis vocabat piſtrina varia: Cynic⁹ aũt cauponas vocabat, Attica phiditia: Aeſion vero dixit, Athenienſeis in Siciliam ciuitatẽ effu-

G disſe.atq; hæc quidem translatio eſt, & ſubiectio ſub oculos. Et illud, Ita vt Græcia clamorẽ ediderit, quodammodo translatio eſt, & ſubiectio ſub oculos: & quemadmodum Cephiſodotus admonebat vt cauerent, ne multas hoſtiles irruptiones. facerent in concionibus: & Iſocrates apud eos, qui in celebritatibus concurrunt, & in funebri oratione æquum eſſe, vt in ſepulchro, quo ſepelirentur ñ, qui in Salamine occubuerant, Græcia tun
H deretur, quoniam vna cum eorum virtute etiam libertas Græciæ ſepeliebatur, nam, ſi dixiſſet. æquum eſſe, vt Græcia lugeret, cum vna cum eis virtus ſepeliretur, eſſet translatio, & ſubiectio ſub oculos, cum vero dixerit, vnà cum eorum virtute etiam libertas Græciæ, eſt etiam quædam contentio: & quemadmodum dixit Iphicrates, Iter orationis meæ fiet p̃ medias res, a Charete geſtas, hæc enim trãſ
I latio eſt a proportiõe, & quod addidit, per medias rem oculis ſubiõcit: & qui ita dicit, Pericula conuocanda ſunt, quę periculis auxilium ferant, translatiõe vtitur, quæ rem oculis ſubiõcit: & Lycoleon pro Chabria, Neque eius æneam ſtatuam reuerebimini, quæ vobis pro illo ſuppli cat: translatio nanq; fuit illo tẽpore, ſed non ſemper, verũ ſemper eſt ſubiectio ſub oculos, nã eo periclitante ſupplicat imago itaq; inanime fit animatum, Qđ eſt commẽtarium rerum è ciui- K
tate geſtarum: Et illud translate dictum eſt, Omni ſtudio meditantes, vt ſpiritus frãgant, Atq; humilia ſentiant, nam meditari eſt quodammodo augere: & illud, Deus mentem in animo lumen accendit, vtrunq; enim aliquid illuſtrat: Neq; n. bella diſſoluimus, ſed differimus: ambo .n. futura ſunt, & dilatio, & huiuſmodi pax: & dicere, fœdera trophęum eſſe multõ pulchri⁹, quam ea, quæ in bellis ſtatuuntur, Quoniam trophęa minutis L
ſæpe rebus geſtis, & vnc fortuną impetu ponuntur, fœdera vero ol bello, ex ſententia conſecto, translatio eſt: hęc enim ambo ſunt inſigna victorię, & illã, Ciuitates propter hominum vi tuperationem graui pœna mulctant, nam multari pœna, eſt detrimentum ex legibus accipere. Ac vrbana quidem dicta duci a translatione, quæ fit ex proportione, & ſubiectione ſub oculos declaratum eſt. M

Quid ſit ante oculos ponere.

Cap. 11

DIcẽdũ eſt ẽt, quid ſit ſubiectio ſub oculos, & qũo ea fieri poſſit. Dico aũt, ex eis noſb⁹ cõſtare ſubiectionẽ ſub oculos, q̃ res eas ſignãnt, q̃ aliquid agãt: vt ſiquis dicat hominem, pbũ eẽ quadratũ, trãslatio quidem erit, nã ambo p̃fecta ſunt, ſed tñ nullum actum ſignificat. illud vero, qui florentem ętatis vigorem habeat, actum

ex-

A exprimit, & illud, Te vero tanquam ſolutum ac liberum, actū continet, & illud,

Hinc cōcitati cum impetu Græci ruunt,

concitati enim & actus, & translatio eſt: quo genere multis in locis Homerus vſus eſt, nam per translationem, quæ inanimata ſunt, animata, eſſe dicit. Sed ex omnibus ea maxime probani, in quibus actus exprimitur. ſicut in illis.

Ille pudore vacans, iterum lapis
B ima petebat, &
-volat ecce ſagitta,
&
-cupiens attingere:-
&
Stant terræ defixa, optantq; in corpore figi
Spicula: &
Atq; cuſpis pectus pertrāſit plena furoris,

in his enim omnibus, quoniam animata finguntur, actus appareret. nam pudore vacare, & furore quodam agitari, & alia ſunt
C actus. Hæc autem inter ſe copulauit per translationem, ex proportione: Sicut enim ſe habet lapis ad Siſyphum, ſic impudens ad eam rem, cuius ipſum nō pudet. hac eadem ratione vtitur et in probatis imaginibus in eis, quæ ſunt inanimata:

Curuæ albeſcentes nunc hinc, nunc inde recurrunt:

fingit etiam omnia moueri, ac viuere: eſt autem ipſe actꝰ quædam imitatio. Trāslationem autem ducere oportet (vt antea dictum eſt) a propinquis rebꝰ, nō tā perſpicuis, quemadmodū in philoſophia ſolertis acutiq; hominis eſt cernere, quid in rebus multum inter ſe diſtantibus ſimile ſit: ſicut Archytas dixit, idem eſſe arbitrum, & aram, qm̄ ad vtrunq; is, qui iniuriam accepit confugere ſolet: vel ſiquis diceret, anchoram, & cremaſtram idem eſſe: ambo.n. idem efficiunt, ſed in eo differunt, q̄ alterū inferne, alterum ſuperne pēdet. & adæquatas eē ciuitates I mul E tum diſtantibus rebus, idem valet: nam & in ſuperficie, & in poteſtate eſt æqualitas. Maior aūt pars vrbanorum dictorū a translatione, & ab errore quodam ꝓficiſcitur. magis.n. perſpicue res intelligitur, cum aliter quis exiſtimabat: nam tunc animus ſecum dicere videtur, Quàm verum hoc eſt: ſed ego decipiebar, quinetiam apohthegmata, quæ ſunt vrbana, ex eo gratiam habent, quòd aliud ſignificant, F quàm verba dicant, vt illud Steſichori: Quòd cicadæ apud eos humi cantabunt. & voces, quæ acute formantur in ænigmata, propter eandem rationem iucundæ ſunt: nam in eis eſt cognitio, & translate dicuntur.

Id etiam ſuaue eſt, quòd ait Theodorus, res nouas dicere.

Fit autem, cum præter opinionem id fuerit, & nullo modo (ſicut ille ait) conſentaneum opinioni, quam de eo prius habebant:

G bebant: ſed quemadmodum in ridiculis leuiter immutata delectare ſolēt, quod idem etiam faciunt cauillationes, quæ mutatis fiunt literis: quæ res in verſibus etiam decipit, cum aliud dicitur, q̄ auditor expectat, vt Ingredichatur autem, ſub pedib⁹ habens pernicies: ille verò putabat, calciamenta velle dici. Hoc autem oportet ſtatim vt p latum eſt, perſpicuum eſſe, Ridicula vero quæ ex literis naſcuntur efficiunt, vt non dicatur id,
H quod dici videtur, ſed id quod inuerſum nomen ſignificat, vt illud Theodori in Niconem citharœdum Σπάτλειος. fingit enim dicere, Conturbat te, ſed in errorem inducit, nam aliud intelligit. quare iucundum fit ei, qui poſtea rem intelligit, quoniam niſi Thracem eſſe exiſtimaret, non vrbanum dictum eſſe putaret, & illud: Vult ipſum depopulari. ſed aduertēdum eſt, vt ambo commode dicantur. Idem ac
I cidit etiam in vrbanis dictis, vt ſiquis diceret, Athenienſib⁹ maritimum principatum non fuiſſe malorum principium, quoniā profuit: vel quemadmodum dixit Iſocrates, imperium ciuitati fuiſſe malorum principium: nā vtroque modo id dictum eſt, quod quiſquam dici non exiſtimaſſet, & cognitum eſt eſſe verum. nam dicere principium eſſe principium, nihil habet, quod argutum ſit: verum non ita ait, neq; negat id, quod principium dixerat, ſed alio modo. In his. n, K
oſibus ſiquis nomen commodè protulerit, in quo vel translatio ſit, vel ambiguitas, tunc bene ſe habēt: vt Intolerandus, non intolerā dus, ambigue dixit. verum fit commode ſemper, cum verbum iteratur. & illud,
Hoſpes non poteris fieri, q̄ ſis, magis hoſpes,
vel non magis, q̄ te oporteat, nā idem eſt, vel, Non decet hoſpitē ſemper eſſe hoſpitem: nam hæc quoq; diuerſa ſunt. hāc vim habet etiam illud Anaxandridęce L
lebre dictum, Pulchrum eſt ſane mori prius, q̄ quicquā morte dignum geras: nam idem eſt, ac ſi dixiſſet, Dignum eſt mori, quando quis non eſt dignus mori, vel ita Dignum eſt mori, cum quis non eſt dignus morte vel cum quis nō facit, quæ morte digna ſunt. Et forma quidem locutionis in his omnibus eadē eſt, ſed quanto breuius, magisq; contrarie prolata fuerit, tantò fit elegantior oratio. cauſa vero
eſt, quia cōtrariæ res, prope col- M
locatæ, rem melius intelligi faciunt, & breuitas tēporis celerio rē gignit ſciētiam. verū oportet vt ſemp adſit, vel in quē dicanē vel elegans dicēdi rō. ſiquidem id, quod dī, verum eſſe, non aūt inane videri debet: alterum. n. eorū ſine altero habere pōt: vt, Mori oportet, nihil in vita deliquentem, ſed vrbanum non eſt Dignam oportet dignū vxorē ducere, at vrbanitate caret: ſed

vr-

A vrbanũ erit, ſi vtrũq; ſimul habuerit: vt Dignum eſt mori, qñ quis non eſt morte dignꝰ. Quãto vero plura coniuncta habuerit, tanto fiet vrbanior oõ: vt ſi nomina translata fuerint: & ea translatione, quæ probatur, & contentio, & cõparadhibeatur: & euidentiam habeat. Atq; ẽt imagines (vt iam ſupra dictum eſt) ſunt excellẽtes quodammodo translationes, ſemper. n. ex duobus conſtant, ſicuti translatio, quæ fit ex proportione, vt

B clypeum dicimus eſſe Martis phialam, & arcum eſſe citharã ſine fidibus. quæ cum ita pronũtiantur, non eſt ſimplex translatio: ſed cum dicimus, arcum citharam, & clypeum phialã, tũc eſt ſimplex. Atq; hoc etiam modo fingũtur imagines: vt ſimiæ tibicinem eſſe ſimilem: & ſtillãti lucernæ luſcioſum: ambo. n. contrahuntur. bene vero fiunt imagines, cum in eis incluſa eſt metaphora. licet enim vti imagine dicentes, clypeum eſſe Mar

C tis phialam: & parietinas eẽ pallium attritum ædificñ: & Niceratum eſſe Philoctetem demorſum a Pratye: quemadmodum Traſymachus aſſimilauit eum, cum vidiſſet Niceratum, a Pratye ſuperatum in heroicis verſi ſibus componendis, adhuc ſordidatum eſſe, & incõpta coma.

In quo genere maxime explodũtur poetæ, niſi bene ſe geſſerint: etiam ſi aliter fuerint excellentes: dico autem vt cum quiſpiam ita inquit:

D Diſtorta, vt apium, crura prodens gerit:

Sicut Philammon, iuga gerens cum Coryco.

Atq; huiuſmodi cętera ſũt imagines. q̃ aũt imagines ſint translationes, iam ſæpe dictum eſt.

Et prouerbia ſunt translationes a ſpecie ad ſpeciem, vt ſiqs domum importet aliquid, vnde commodum ſperet, & ex eo poſtea damnũ accipiat, vt Carpathius leporẽ. ambo enim id, quod dictum eſt, pertulerunt. E

Vnde igitur vrbana dicta ducãtur, iam dictum eſt: & cur ea tãtum oblectẽt. Quinetiam ſuperlationes ingenioſæ quædam translationes ſunt: vt in eũ, qui ſugillatis faciem ĩquinatam habeat, Exiſtimauiſſetis eum eſſe mororum calathum. eſt enim quidam rubor in ſugillato, ſed modus non ſeruatur. quinetiam imago, in qua dicitur, tanquam hoc aut illud eſt ſuperlatio, quæ dicendi genere tantum differt.

F Sicut Philammon, iuga gerens cum Coryco:

Putauiſſetis ipſum Philammonem pręliari cum Coryco,

Diſtorta vt apium crura procedens gerit,

Putabam eum non crura, ſed apia habere, adeo diſtorta ſunt. Habent autem ſuperlatiões puerile quiddam: vehementẽ enim animi motum indicant: itaque irati præcipue ſuperlationibus vtuntur:

Non

G Non mihi ſi tã multa daret, quã magnus arenæ eſt,
Pulueris & numerus,-
Non ducam vxorem (mihi crede) Agamemnone noram,
Quamuis ingenio ſapiẽtem Pallada vincat,
Et pulchræ Veneri præſtãti corpore certet.

hoc genere maximè vtuntur Attici oratores: quare ſenem vti ſuperlatione minime decet.

De diuerſo dicendi genere.
Cap. 12

H ILlud verò ſciendum eſt, in vnoquoq; genere propriam atq; ſuam eſſe locutionem. neq;.n. eadem eſt locutio, qua ſcribimus aliquid, & qua in cõtẽtionibus vtimur: neq; ea, quæ ad deliberatiuũ genus pertinet, eadem eſt cum ea, quæ ad iudiciale: verum vtrunq; ſcire oportet, nam in altero ſatis eſt emendate loqui, in altero vero ſcribere: ne cogatur ſilere, cum quis alĩs quippiam impertiri cupit: I quod ñs accidit, qui ſcribẽdi rationem ignorant. Locutio apta ſcriptionibus eſt exquiſitiſſima contra, quæ contentionibus apta eſt, in actione maxime conſiſtit: ſed huius duę ſunt ſpẽs, quarũ altera ad mores, altera ad motus animi ptinet. Atq; iõ hiſtriones hmõi fabulas potiſſimũ exquirũt, & poetæ taleis hiſtriões deſiderant. probantur aũt ñ poetæ, qui ẽt in legẽdo delectãt, vt Chæremon: nã diligẽs eſt nõ aliter, atq; is, qui oões ſcribit: & Lycimnius ex eorũ nũero q dithyrambici dicuntur. Quod ſi inter ſe cõparẽt oões, q̃ ſcripte ſunt: in cõtẽtionibꝰ humiles anguſtæq; vñr: quæ vero habitę ſunt: cũ in manibꝰ fumunt, ſimiles ſunt imperitorũ oõnibꝰ. huius aũt rei cã eſt, quod in cõtentionibus illa cõueniũt. itaq; illa etiam, quorum vis in actiõe poſita eſt, ſublata actione, cum ſuo munere non fungantur, frigida atq; inſulſa vñr, vt q̃ ſunt diſſoluta. Et eandem ſentẽtiã iæ pe repetere, in ſcribendo non ſine cã damnatur. in contentionibus aũt etiam oratores vtunt: ſunt.n. hæc actioni conueniẽtia. neceſſe eſt aũt, ut orationem varient, qui idem dicunt, quæ res tãquam aditum munit ad actionem: Iſte eſt, qui vos expilauit: iſte eſt, qui decepit: iſte eſt, qui denicꝫ vos hoſtibus prodere tẽtauit: quemadmodum etiã Philemon hiſtrio faciebat in Alexãdridæ Gerontomania, qñ verba faciunt Rhadamãthus: & Palamedes, & in prologo Piorũ: vbi ego ſæpius iteratur. Nam ſi hæc actione non adiuuantur, fit id, quod prouerbio dr̃, Trabem getãs: ſicuti ẽt diſſoluta: vt Veni, occurri, rogaui, neceſſe eſt.n. actionem adhibere: nec vt̃ſi res vna tñ dicat, eodẽ habitu animi, ac ſono vocis vtı. Habẽt pręterea quiddam peculiare, q̃ diſſoluta ſunt, in æquali.n.tpe multa dici videntur: naim conũctio ex multis vnũ efficit: quæ ſi detra-

A trahatur, perſpicuũ eſt fieri contrarium, vt ex vno fiant multa. habet igitur amplificationem, Veni, narraui, ſupplicaui, multa .n. ſunt: Videntur autem omnia negligere, quæ narro, quæ dico. hoc idem etiam Homerus facere voluit in illo loco: Nireꝰ, qui ex Simo: Nireus, qui Aglaiæ filius: Nireus, qui pulcherrimus: nam, de quo multa dicta ſunt, neceſſe eſt etiam, vt ſæpius dictum ſit, & ſi ſæpius, etiam multa dici videntur. itaq; amplificauit, cum ſemel tantũ de illo mẽtionem fecerit, & hac fallacia fecit, vt Nirei nomẽ memoriæ hęreat, etiam ſi poſtea nuſquam illum nominet. At vero deliberatiui generis locutio ſimilis eſt proꝛſus vmbratili picturæ, in qua quanto maior fuerit eorũ, quæ picta ſunt, turba tanto longius ſpectatur. quare quæ exqſita ſunt in vtriſq;, & ſuperuacanea, & deteriora videntur.

At in iudiciali genere, debet exquiſitior eſſe locutio. q; ſi corã C vno iudice res agatur, tanto magis elaborandum eſt. nam minꝰ præſidijs artis vt licet: facilius enĩ perſpici poteſt id, quod cauſæ proprium ſit, & quod alienũ & contentionis ſtudiũ abeſt. Itaque iudicium eſt incorruptum. Quapropter nõ in oĩbus dicẽdi gñibus ĩdẽ oratores excellunt. ſed vbi maxime actiõe opus eſt ibi minime dẽt eſſe minuta diligentia. quæritur aũt actio, vbi opus eſt ẽt voce, & ꝑtim magna, Locutio igitur demſtratiua D maxime idonea eſt ad ſcribẽdũ, quoniam eius officium eſt, vt legatur. ſecũdo loco iudicialis etiã ad ſcribendum idonea. Quòd autem quidam ita locutionem diſtinguunt, vt dicant & ſuauẽ, & magnificam eſſe oportere, ſuperuacaneum eſt: cur enim magis eam ita, quàm temperãtem, & liberalẽ, & ſiqua huiuſcemodi virtus eſt: nam eã ſuauem (vt perſpicuum eſt) efficient ea, quę dicta ſunt, ſiquidem locutionis virtus a nobis recte definita eſt: E cuius enim rei gratia diximus, dilucidam locutionẽ eſſe oportere, & non humilem atq; abiectam, ſed cum re conueniẽtem? nam ſi nugatoria fuerit, non erit dilucida, neq; ſi fuerit breuis & conciſa: ſed clarum eſt medium conuenire: & quæ dicta ſunt ſuauem efficient, ſi bene mixta fuerit, & loquendi conſuetudo, & peregrina verba, & oratoriꝰ numerus, & vis perſuadendi cum eo. quod decorum eſt. Ac de locutione quidem dictum eſt, & F communiter de omnibus & ſpeciatim de vno quoq; genere. Supereſt, vt etiam de ordine dicamus.

De *partibus orationis*. Cap. 13

SVnt aũt oratoris partes duę: neceſſe eſt. n. rẽ primo, de q̃ agitur exponere, deĩde illã argumentis confirmare. Quare cum rem narraris, poſtea nõ eã firmare, aut confirmare, cum rem

G rem non expoſueris, tale eſt, vt præſtari non poſſit. nam qui argumentis vtitur, aliquid confirmat, & qui rem exponit, id ideo facit, vt poſtea confirmet. horũ autem alterum propoſitio, alterum probatio eſt, quemadmodum ſiquis diuideret aliquid in quæſtionem. & demſtrationem. Nunc aũt ridicule diuidũt: narratio. n. in iudiciali tm̃ genere verſatur. nam demonſtratiui & deliberatiui generis, qualem ipſi volunt, qũo narratio eſſe poteſt: vel quæ contra aduerſariũ dicuntur, vl peroratio quę nam eſt in exornationibus? Præmium autem, & comparatio, & enumeratio tũc in deliberatiuo genere ponuntur, quando inter eos, qui ſententiam dicunt, controuerſia eſt, ſiquidem etiam accuſatio, & defenſio adhibetur, ſed nõ quatenus eſt deliberatio. ſed neq; peroratio in omnib⁹ iudicijs adhibetur: vt ſi parua fuerit oratio aut res eiuſmodi, quæ facile memoria cõprehendi poſſit: nam ex longitudine detrahi ſolet. Neceſſariæ igitur ſunt partes duæ, propoſitio, & probatio. ac propriæ quidem hę duæ partes ſunt: ſed ſi plures fuerint: tũc erit procemium, propoſitio, probatio, peroratio: nam quæ ad reprehendendum aduerſarium attinent, probationi ſubijciuntur, comparatio vero eſt amplificatio ſuarum rationum: quo fit vt pars quædam ſit amplificationis. nã qui hoc facit, aliquid confirmat: ſed non procemium, ne- K
que perorabo hoc facit, ſed tantum reducit in memoriã, Quòd ſiquis ita diuidat, vt Theodori diſcipuli faciebãt: erit alia pars narratio, alia ſup narratio, alia p̃ narratio, alia reprehẽſio, alia ſupreprehẽſio, ſed tũc nouũ nomẽ ponere oportet, cum alicꝫ rem nouam, ab alĩs differentem, adferimus, alioquin eſt res inanis, & nugatoria, ſicuti Licymnius in arte ſua facit, qui nominat aggreſſionem, & digreſſionem, & ramos. L

De Exordio. Cap. 14.

PRocemium igitur, principium eſt orationis, ſicut I poeſi prologus, in tibicinis cantu proaulium: nam hæc omnia principia ſunt, & quaſi viæ munitio ei, qui pertranſire velit. At proaulium quidem ſimile eſt procemio demonſtratiui generis. nam tibicines quic quid ſibi videntur bene canere poſſe, id prę cinentes cum ſequẽ M
ti cantu copulant. ſic etiam i demonſtratiuo genere ſcribendæ ſunt orationes. quicquid enim voluerit orator, initio dicere poteſt, deinde progredi, & cum oratione id coniungere: cuius rei omnes exemplum ſibi aſſumũt procemium illud Iſocratis in encomio Helenæ: & quamuis a propoſita materia aberrarit orator: tamen illa commoditas aderit, ut tota oratio non ſit vnius generis. Ducuntur autem exordia

A dia demonſtratiui generis a laude, vel a vituperatione, vt Gorgias in Olympico, Apud multos admiratione digni ſunt viri Græci. laudat enim eos, qui eclebritates conſtituerũt: Iſocrates autẽ vituperat, q̃ corporis virtutibus præmia ſtatuiſſent, ſapientia vero prædictis nullum victoriæ prẽmium poſuiſſent. Ducuntur etiam exordia a cõſilio: vt Quoniam probi uiri ſunt honorandi, ideo mihi Ariſtidem laudandum ſuſcepi: vel ſi quis B dicat, ſe huiuſmodi uiros laudare uelle, qui vulgo non celebrantur: non quia fuerint improbi, ſed quia cum fuerint egregĩ, tamen in tenebris latent, ſicut Alexander Priami filius. nam qui ſic exorditur conſultat. Quinetiã ab ĩſis, quæ propria ſunt iudicialis generis, exordia ducuntur, quæ perſonam auditoris reſpiciunt: vt ſi de re incredibili fiat oratio, vel ardua, vel cõi ac peruulgata: tunc. n. venia petenda eſt, vt Chœrilus,

C At nunc, cum omnia iam vulgata.

Quapropter exordia demonſtratiui generis ex his ducũtur: ex laude, ex vituperatione, ex ſuaſione & diſſuaſiõe, ex ĩſis quę perſonam auditoris reſpiciunt. oportet autem vel peregrina eſſe, vel accommodata rei, quæ ad ipſam orationem ducunt. Procœmia vero iudicialis generis aduertendum eſt idem valere, quod tabularum prologi, & heroici carminis exordia. nam principia dithyrambicorum ſimilia ſunt demonſtratiui generis exordĩs: vt Propter te, tuaq̃ munera, atque ſpolia. in fabulis autem, & heroicis uerſibus principium eſt ſpecimen orationis futuræ, vt præuideãt auditores de quibus rebus ſermo futurus ſit, & ne eorum animus ſuſpenſus ſit: quod enim indefinitum eſt, huc & illuc vagari cogit. at, qui principium tradit tãquam in manum, facit eum, qui tenet orationem, ſequi, ac percipere. Atque hac de cauſa dixit Homerus, D E

Iram diua refer,-
&,
Dic mihi muſa virum.-
& ille alter,
-eſto mihi carminis auctor,
Vt magnum ex Aſia bellum p-
ceſſit in oras
Europæ.-

Tragici etiam poetæ docent initio quid tota fabula cõtineatur. Quod ſi non ſtatim faciant, vt F Euripides, at certe in prologo prius, quam abſoluatur id faciunt, quemadmodum etiam Sophocles,

Pater mihi fuit Polybus.-
& comœdia idem ſeruat.

Procœmĩ uero maxime neceſſarium ac proprium munus eſt, finem inſtitutæ orationis aperire. Quare ſi cauſa perſpicua fuerit, aut parua, licebit non uti principio. reliquæ uero ſpecies, quibus utuntur, remedia quædam

ſunt

G ſunt,& communia. ea vero ducuntur vel ab oratore ipſo, vel ab auditore vel a cauſa, vel ab aduerſario. Ex oratore ipſo,atque ex aduerſario ducuntur ea,quæ ad inferendum crimen,& diſſoluendum pertinent, ſed non tamen eodem modo.nam qui defendit ſtatim criminibus occurrere debet:qui vero accuſat, debet in peroratione criminari. reus enim,cum ſe inſinuare contendat,neceſſe habet omnia, q̃ obſtant remouere,quare in pri- H mis aduerſarij̃ criminationem diſſoluere oportet: accuſator vero debet in peroratione criminari,vt facilius auditores ea recordari poſſit. Quæ ad auditorem pertinent, eò ſpectant, vt vel eum nobis beneuolum faciamus,vel in aduerſarium concitemus,& intentum, vt attẽtum reddamus,vel contra:non enim ſemper prodeſt,attẽtum reddere.quare multi riſum conantur excitare. Ad docilitatem uero conducunt omnia, ſiquis etiam I id ſtudeat,vt vir bonus eſſe videatur:nam talibus viris ſe præbent attentioresq. Attenti fiunt auditores propter res magnas,p prias,admirabileis. & iucũdas: quare admonere eos oportet de huiuſmodi rebus orationem eſſe.q̃ ſi eos non attentos eſſe volumus: dicemus, rem eſſe puſillam,nihil ad eos pertinentẽ,moleſtam,ac odioſam.illud vero tenendum eſt:hæc omnia eſſe extra cauſam poſita. nam ad deprauatum auditorem ſpectant, K & ad eum qui libenter audit,q̃ nihil ad rẽm faciunt.nam niſi talis ſit nihil opus eſt proœmio,ſed ſufficit id, quod cauſa poſtulat ſummatim dicere, vt iudex caput illud tanquam corpus cauſæ totius habeat. Attentos vero facere commune eſt omnium partium,cum opus eſt:nam alibi magis vbiq;,quam initio,remittunt animum,itaq; ridiculũ eſt,hoc initio conſtituere: quoniam attenti tunc maxime ſunt auditores. qua re quoties ſe ſe of- L fert occaſio, captanda attentio eſt. Mihi animum aduertite:neque enim mea magis,quàm veſtra,res agitur: & dicam nobis acerbum facinus, nunquam alias a vobis auditum, aut non tam admirabile.hoc enim eſt id quod Prodicus dixit,ſe,cum auditores dormitãteis aduerteret, aliquid in medio ſermone inſerere, ex illa ſua quinquaginta drachmarum demonſtratione. Quod autem ad auditorẽ habeã- tur proœmia, non quatenus au- M ditor eſt, haud dubium eſſe poteſt.omnes .n. in proœmijs vel criminantur, vel metum diſſiciunt:Dicam,o rex,non quanto ſtudio.-Quid exordiris? Et qui malam cauſam habent, vel habere vidẽtur: proœmijs vtũtur: nam in quouis loco potius commorari melius eſt eis, quam in ipſa cauſa, itaq; ſerui etiam non ad interrogata rñdent, ſed verborum ambagibus vtuntur, &

lun-

A Iungis exordijs. Quomodo vero beneuolentiam captare oporteat, antea dictum est, & de cæteris hmõi singulis, & qm̃ bene dictum est ab Homero,

Effice, vt adueniam, diua, ad Phęaces amicus,
Aut miserabilis:-

hæc duo diligenter considerãda sunt. In exordijs demonstratiui generis efficere oportet, vt audi
B tores vna laudari putent se, vel genus, vel studia sua, vel aliquo alio modo. Quod enim ait Socrates in Menexeno, verum est:
Non difficile est Athenienseis Athenis laudare, sed Lacedęmone. Deliberationum autẽ exordia a iudiciali genere sumũtur. natura enim deliberationes nulla habent exordia, qm̃ sciunt auditores, de qua re verba sint facienda: & res ipsa nullo indiget procœmio. nisi vt propter ipsum
C oratorem, vel aduersarium, vel si res non tanta existimet, quam ipse vult, sed vel maior vel minor. Itaque vel criminari necesse est vel crimina dissoluere, vel amplificare vel minuere. horum igitur gratia deliberationes procœmio indigent, vel ornatus causa: nam nisi procœmiũ habuerit, uidetur temere, subitoq; effutita. tale est encomium Gorgiæ in Elienseis: nulla enim brachiorum extensione, nulla manuum commotione statim incipit,

Elis beata ciuitas.

Loci ad dissoluendam calumniam. D

Cap. 15

DE criminatiõe id primo dicendum, q̃ valent ad delendã ex animis malã existimationẽ, eadẽ ẽt ad crimina depellẽda. nihil. n. refert, vtrũ alicui⁹ sermone sit excitata illa opinio, nec ne: quare hoc gñatim pdest. Alius modus est vt ita criminationi occurramus, sicut in iudicio illis, de quib⁹ arguimur: uel non esse factum, uel non esse pernicioſum, vel non illi, uel nõ tam magnum esse, uel non ini- E quum, vel non magnum vel nõ turpe, aut rem esse pusillam, nã de rebus huiusmodi solet esse controuersia, quemadmodum Iphicrates contra Nauficratem, dixit enim, se feciſſe quod ille dicebat, atque etiam læſiſſe, nihil tamen iniqui se commisisse: vel si quid iniuste factum est, id compensare hoc modo: Si detrimentum attulit, at fuit honestũ: Si molestum, at vtile, ul aliquid huiusmodi. Alius modus est, cũ
F dicimus, aut errorem fuisse, aut fortunæ culpa ueniſſe, aut necessitate: quemadmodum Sophocles se tremere dixit, non, ut calumniator obiecerat, quo senex uideretur, sed necessario, non enim sua sponte ad annos octoginta peruenisse. Licet etiam finem, cuius gratia factum est aliquid, commutare: ut Lędere nolebat sed aliud efficere, &, Non hoc studebat, quod calũniator ait, sed accidit ut is lædereꝛ: eẽt

aũt

G autem odio dignus, ſi id efficere ſtuduiſſet. Alius modus eſt: cum aduertitur an is, qui calumniatur, in eadem culpa ſit hoc tẽpore, uel antea fuerit uel ipſe, uel aliquis ex eius propinquis. Alius modus, ſi illi comprehendũtur in illa criminatione, quos omnes fatetur, nequaquam illi affineis eſſe: ut, Si purus eſt adulter ergo etiam hic. atque ille. Alius modus, ſi alios falſo inſimulauit uel alius eoſdem: uel ſine criminatione alicuius tales exiſtimabantur, qualis ipſe nunc: qui tñ nõ culpæ affines eſſe repti ſunt. Alius modus, ſi criminantem re crimineris. nam abſurdum eſt ſi, ille dignus eſt, cui non credatur, ut eius oratio fidem faciat. Alius modus, ſi iam factum eſt iudicium. quemadmodum Euripides contra Hygiænontem I cauſa, quæ antidoſis dicebatur, cum accuſaretur tanquam impius, q̃ carmen illud feciſſet, Iurauilingua, mentem iuiuratam gero:

I q̃ iuberet peierare. dixit enim eum iniuſte facere, qui iudicia ex certamine Liberi patris in forum adduceret, ſe enim ibi rationem iam reddidiſſe, aut redditurum, ſi ibi uellet accuſare. Alius modus, ſi calumniam ipſam uituperes, & oſtẽdas, quam graue malum ſit, quoniam iudicia commutat, ac perturbat. Cõis locus ambobus eſt ſigna commemorare: ut in Teucro Vlyſſes ait, Teucrum eſſe Priamo ſanguine coniũctum, quoniam K Heſione Priami ſoror fuit: ille vero dixit, patrem ſuum Telamonem Priamo hoſtem fuiſſe, neq; ſpeculatores indicaſſe. Alius modus accuſatoris proprius, ſi paulum laudet, vt grauis, & diutius uituperet, &, ſi quod magnum eſt, breuiter tranſcat, uel ſi multa bona proponat, deinde unum, quod ad cauſam faciat, crimen proferens uituperet. tales enim ſunt maxime artificioſi, atq; iniquiſſimi calumniatores, qui in rebus bonis aduerſarium lædere conantur, cum ea malo permiſceant. Illud uero commune eſt & crimen inferenti, & depellenti, quoniam fieri poteſt, ut eadem res pluribus de cauſis facta ſit, qui criminatur, eam deprauare dẽt, atq; in deteriorẽ partẽ flectere, contra qui crimina diſſoluit, in meliorem partem trahere: ut q̃ Diomedes ſocium elegerit Vlyſſem, iõ factum eſſe, quoniam optimũ eũ Græcorũ exiſtimabat: Immo uero dicet alius, q̃a ſolũ eũ, tãq; M ignauũ ac imbellẽ, ſibi non fore æmulũ iudicabat. Ac de criminatione quidem hæc dicta ſint.

De narratione. Cap. 16.

NArratio uero in exornationibus non ꝓpetua eſt ſed I plureis ꝓpteis diſſecta: nã actiões, & res geſtas commemorare opus ẽ, ex quib⁹ oño cõſtituitur. Cõſtat aũt oratio tã tũ ex iis, quę ſunt artis expertia: neque enim is, qui dicit auctor

eſt

A eſt rerum geſtarum: tum ex ijs, quæ ab arte proueniunt: vt cũ rem factam eſſe docere opus eſt, ſi fuerit incredibilis, vel qualis ſit, aut quanta, vel hæc ſimul omnia. Quapropter interdũ nõ oportet vti perpetua narratione, quoniam difficulter memoriæ mandantur, quæ ita confirmantur: vt, Ex his quidem actionibus fortis eſſe cognoſcitur, ex illis vero ſapiens, aut iuſtus: atque hæc oratio ſimplicior eſt, illa vero varia, & non exilis: ſed, quæ nota ſunt & per uulgata, tantum reducere in memoriam opus eſt. quo fit, vt multa narratione nihil indigeant: vt, ſi volueris Achillem laudare, ſciunt enim omnes eius res geſtas, ſed eis vti oportet: ſi vero Critiam, narrare oportet, neq; enim multi ſciunt, quæ geſſerit. Ridicule vero faciunt ñ, qui dicunt narrationem breuem eſſe oportere. atqui, quod quidam piſtori, panem ſubigenti, perconctantique, durum ne, an mollem ſubigeret, Quid? bene, inquit, omnino ſubigere non licet? idẽ huc etiam accommodari poteſt. Neque enim prolixa vti narratione oportet, neque prolixo exordio, neque probationibus: ſed neq; hac in parte recte ſe habet, breuiter conciſeque narrare: verum, quod medium eſt ſeruare decet, hoc eſt, dicere, quæ ſatis ſint ad rem explanandam, vel quæ in opinionem inducant, rem eſſe factam, vel eũ læſiſſe, vel in iuſte ſe geſiſſe, vel cætera eius generis, quæcunq; voluerit. Aduerſario vero contraria conuenient. Inſerere etiam narrationi debes, quæ probitatem tuam ſignificent: vt, Ego quidem nunquam admonere deſtiti, quæ iuſta eſſe ſentiebam: ne filios deſerere, vel, quæ declarent alterius improbitatem: vt, Ille vero mihi reſpondit, ſibi vbicunque fuerit, alios non defuturos filios: quod Ægyptios reſpondiſſe, cum à rege ſuo defeciſſent, ſcribit Herodotus, vel, quæ iudicibus ipſis iucunda ſint. Defenſori autem narratio minor eſt, ſed ſunt huiuſmodi controuerſiæ, vel, non eſſe factum, vel non detrimentum attuliſſe, vel non iniuſte factum, vel non tam magnam eſſe. quare non eſt in eis commorandum, quæ certa ſunt, niſi cauſæ proſint: vt, factum quidem eſſe, ſed non eſſe iniuſtum. Præterea res eas geſtas narrare oportet, quæ dum fiunt, neque miſerationem, neque indignationem commouent. exemplũ eſt huius rei apologus Alcinoi, quem apud Penelopen ſexagintа verſibus explicuit, &, ſicut Phayllus circulum abſoluit: &, qualis eſt Oenei prologus. Moratam autẽ oportet eſſe narrationem: quod facile fiet, ſi, quid mores efficiat, intellexerimus. Atque illud primo, qua mente factum ſit, oſtendere, mo-

B C D E F

G res indicat: nam, qualis esse mēs ostenditur, tales etiam mores habentur. mens autem à fine, quem sibi constituit, vel bona, vel mala dicitur. atque hac de causa mathematicæ locutiones non habēt mores, quoniam mētem ac delectum nullum habēt, nam actionis fine carent: at vero Socratici sermones habēt mores, quoniam de rebus eis sunt, quæ alicuius gratia fiunt. Sed ea quoq; morata dicuntur, quæ cuiusque mores consequuntur:

H vt, Hæc dicebat, & eodem tempore discedebat, hoc enim audaciam, & rusticitatem morum indicat: &, non tanquam ex præmeditatione dicere, quemadmodum huius temporis oratores solent, sed tanquam ex mente atque delectu: Ego quidem hoc volebam, & facere constituerā, & quamuis mihi non prodesse, tamen honestius esse putabam. illud quidem prudentis est, at hoc probi viri: prudentis enim id est sequi, quod vtile sit, pro-

I bi vero, quod honestum. Quòd si res fide careat, tunc illi causam adiungere oportet, quemadmodum Sophocles exemplo nobis est in Antigona, quæ dicit, se magis fratrem curare, q̄ maritum, aut filios: nam hos, etiam si perdiderit, se posse recuperare,

Vtrisque vero mortuis parentibus,

Non frater vllus exoriri vnquā potest.

Quòd si causam nullam adferre K
poteris: dic, te non ignorare, quæ dicis, incredibilia videri, sed tamen tuam esse naturam eiusmodi. neque enim creditur, aliquem sua sponte facere id, qd vtile non est. Debent etiam in narratione poni, quæ mouere animum possint: vt, si narrentur ea, quæ commotiones sequuntur, aut, quæ nota sunt ꝝs, qui audiunt: &, quæ priuatim vel sibi, vel aduersario propria sunt: Ille vero discedens, ad me frequenter oculos conuertebat: L
&, quod de Cratylo dixit Æschines, quòd exibilaret, & manibus explauderet hæc enim fidem faciunt, quoniam ea, quæ nota sunt, eorum sunt indicia, quæ ipsi nescium: plurima vero huiusmodi licet ab Homero sumere,

Ast anus ad faciem palmas vtraq; tetendit:

nam, qui lugere incipiunt, oculos manu tangere solent:

Statim vero te ipsum insinua M
pbumque virum ostende, contra, preme aduersarium, vt deinceps in tota oratione te, atque illum talem existiment: sed occulte hoc facito. Quod autem hoc facile sit, licet ex eis intelligere, qui nobis aliquid annuntiant: quamuis enim de ea re nihil antea sciremus, tamen statim quā dam opinionem concipimus. Multis autem in locis narrare opus est, & aliquando non est in principio narrandum. In delibe

ratione

A ratione narratio locum non habet, quoniam de rebus futuris nemo narrat: ſed, ſi vlla narratio fuerit, de præteritis erit: vt in memoriam ea reducentes, de futuris melius conſultent. Sed ea quæ præterita ſunt, vel vituperant, vel laudant: itaque tunc deliberantis munus non exequuntur.

Quòd ſi fuerit incredibile, qđ narras: debes polliceri, te ſtatim cauſam allaturum, vel eorum arbitrio rem commiſurum
B quorum ipſi voluerſit: vt Iocaſta in Oedipode Carcini ſemp pollicetur, cum eam interrogaret is, qui filium quærebat, & Æmon apud Sophoclem.

De confirmatione. *Cap.* 17.

PRobationes autem ad fidem faciẽdam plurimum valere debent. Et quoniã quadripertito quæſtiones diſtributæ ſunt, ea confirmare oportet, quæ in controuerſiam veniunt. & de quibus cum aduer
C ſario contenditur: vt, ſi de facto controuerſia eſt, in iudicio maxime hoc erit argumentis cõfirmandum. Quòd ſi te non læſiſſe dicas, hoc probare debes, aut, ſi dicas non eſſe tam magnum, aut iuſte factum, non enim hęc aliter confirmãda ſunt, quàm, ſi fuerit de facto controuerſia. Illud vero ſciendum eſt, in hac ſola de facto controuerſia neceſſarium eſſe, vt alter litigãtium improbus ſit: neque enim ignorantia, controuerſiæ cauſa D eſt: vt, ſi quidam inter ſe de æquo iuſto q contenderent. quapropter in hoc diu commorandum eſt, in alĩs vero minime. In exornationibus ea cura eſſe debet, vt, quæ honeſta atque vtilia facta dicuntur, plurimum amplificentur ea credi opus eſt: ſiquidem raro probationem requirunt, niſi forte ſint incredibilia, vel aliquis alius auctor eorum exiſtimetur. In deliberationibus poteſt aliquis diſſere-
E re, vel non futura ea de quibus deliberant, vel futura quidem, ſed non iuſta, non vtilia non tã magna. Aduertendum eſt etiã, vtrum aliquid, quod falſum ſit, dicat, quamuis extra cauſam: nam hæc aliorum iudicia videtur, nempe eum mentiri. At ex probationibus exempla ſunt deliberatiuo generi accommodatiſſima, enthymemata vero magis iudiciali conueniunt. nam deliberatio eſt de futuro, quare ex rebus iam factis exempla ad
F probandum ducere oportet: iudicium autẽ eſt de ĩs, quę ſunt, aut non ſunt, in quibus magis eſt probatio, & neceſſitas, quod enim præteritum eſt, in ſe neceſſitatem habet. non oportet autem inculcare, & continuare enthymemata, ſed cum alĩs probationibus permiſcere, alioqui ſe vicisſim infringunt, nam eſt etiam modus in quantitate: Care mihi, poſtquam tot tantũ es verba locutus,

G Quot ſolet effari prudens.

non enim dixit talia. Neque res omnes argumentis confirmãdæ ſunt: alioquin idem efficies, quod nonnulli faciunt philoſophi, qui ſyllogiſmos adhibent ad ea, quæ notiora ſunt, ac certiora quàm ea, quæ ſumunt. Et, cum animos commouere vis, ne argumento vtaris: vel enim commotionem extrudet, vel ina ne fruſtraqde dictum erit argumentum. nam commotiones
H animi ſe vicisſim expellunt, nec ſimul eſſe poſſunt, ſed vel euaneſcunt, vel imbecilliores reddũtur. neque, cum mores exprimere orationem volumus, oportet ſimul argumenta quærere, nam demonſtratio, neque mores, neq; voluntatem ac delectum exprimit. Sententijs autem vtendum eſt & in narratione, & in confirmatione nam ad mores exprimendos valent: vt, Ego vero pecuniam ei credidi, quamuis ſcirem nemini fidem
I habendam eſſe. quod ſi vehementius, & cum animi motu, Neque tamen me pœnitet, quãuis iniuriam ac detrimentum acceperim: iſti enim lucrũ ſupeſt, mihi vero æquitas ac iuſtitia. Eſt autem difficilius in deliberatiuo, quàm in iudiciali genere verſari: & merito, quoniam de futuro deliberatio eſt, iudicium vero de præterito, quod iam ab auguribus etiam ſciri poteſt, quemadmodum dixit Cretenſis Epimenides: is enim non de futuris diuinabat, ſed de præ- K
teritis, quæ tamen eſſent obſcura. Quin in iudicialibus controuerſiis lex eſt tanquam fundamentum: qui vero principiũ habet, is facilius probationem inuenire poteſt. neque in deliberatione multæ ſunt commorationes, vt in aduerſarium, vel de ſe ipſo, vel in mouendis affectibus: hæc enim in hoc genere minime omnium reperiuntur, niſi quis à cauſa diſceſſerit. quare debent hæc tantum fieri, cum
L alia non habet orator, quę dicat: quemadmodum Athenis oratores faciunt, atque etiam Iſocrates in deliberationibus accuſat, vt Lacedæmonios in Panegyrico, & Charetem in oratione Sociali. In exornationibus vero oportet laudes hinc atq; inde cumulando, refertam, & plenam orationem reddere: quod Iſocrates facit, ſemp enim aliquid, quod laudet, adiungit. & hoc eſt, quòd Gorgias profitebatur ſibi nunquam orationem defuturam, nam, ſi Achillem laudat, M
Peleum celebrat, deinde Æacũ deinde Iouem: atq; eodem modo fortitudinem extollit, & hæc aut illa tangit, quod idem eſt. Quòd ſi argumenta poteris inuenire, debes ſimul & mores exprimere, & argumentis vti: ſi te argumenta defecerint, totũ te ad mores conferas, atque hoc ſane, pbo homini magis congruit vt ipſe potius bonus appareat. quàm oratio exquiſita. Ex argumentis

A gumentis vero, quæ uim habẽt refellendi, magis excellunt, quã quæ confirmant: quæ enim refutationem continent, maiore vi concluſa eſſe planum eſt propterea, quod inter ſe collata contraria ſunt euidentiora. nam, quæ contra aduerſarium dicuntur, non diuerſam habent ſpeciem, ſed ſunt è probationum numero. partim enim reſiſtendo atq; occurrendo ſoluũtur, partim cõtra argumentando. Oportet au-
B tem eum, qui vel in deliberatione, vel in iudicio prior dicit, cauſam primo ſuam confirmare: deinde illis, quæ cõtra dici poſſunt occurrere, & ea diſſoluere, atque extenuare. ſed tamen, ſi multa ſunt, quæ in contrariam partem dici poſſunt, prius erunt illa refutanda: quemadmodum fecit Caliſtratus in concione Meſſania, prius enim ea refutauit, quæ contra dici poterant, deinde ſua confirmauit. Quòd ſiquis ſecũdo loco dicat, prius ea, quæ obiecta ſunt ab aduerſario, refutare
C debet vel diſſoluendo, vel contra argumentando: & præcipue ſi illa fidem feciſſe viſa fuerint. ſicut enim animus eum hominem non recipit, qui multis criminibus inſimulatus fuerit, eodem modo neque orationem, ſi aduerſarius vere dixiſſe viſus fuerit. Oportet autem auditoris animum ad futuram orationem præparare. quod facile fiet, ſi cõtraria refutaueris quæ cum vel omnia reprehẽderis aduerſario-
rum argumenta, vel ea quæ ma- D
xime firma ſunt, vel quæ excellũt, vel quę facile refelli poſſunt, tunc rationes tuas confirmare debes:

Primo refellam, quæ de is obiecta ſunt.

Iunonem ego:

in his enim id primum attigit quod erat infirmiſſimum.

Ac de confirmationibus quidẽ hæc dicta ſunt. Quod ad mores attinet, quoniam de ſe ipſo prædicare, vel inuidioſum eſt, vel p E
lixum, vel habet qui contradicant, & de altero dicere, vel conuicium, vel ruſticitatem oſtendit: opus eſt aliquem, qui hoc faciat, conformare, quod Iſocrates facit in oratione, quã ad Philippum miſit, & in ea, quæ antidoſis dicitur: quo modo vituperat etiam Archilocus, nam in iambicis ſuis patrem, de filia ſic loquẽtem inducit.

Nil prorſus eſt, quod non fiat pecunia, F

Aut, quod futurum non queat iurarier:

Et Charonem fabrum inducit in eis iambicis, quorum principium eſt:

Nil curo opes Cygis:

quemadmodum etiam Sophocles Amonem inducit, cum patre pro Antigona loquentem, tã quam ea dicerent alij. Quin interdum licebit argumenta commutare atq; ex eis ſententias facere: vt, Sunt autem à prudentibus cum hoſtibus fœdera ferien

G da, cum fortunam habent pro-
speram, sic enim maxime pote-
runt esse superiores. argumentā-
do vero sic proferetur: Si fœdera
cum hostib⁹ ferire oportet, quo
tempore sunt vtilissima, & cum
meliores conditiones esse solēt:
tunc maxime ferienda sunt, quā
do fortuna est prospera.

De occasione interrogandi. Cap. 18.

H QVod ad interrogationē
attinet, maxime oppor-
tunum est ea vti, cū
alteram partem aduersarius ip-
se dixerit, vt deinde ex interro-
gatione sequatur id, quod absur
dum est: vt Pericles Lamponem
interrogauit de initiatione sacro
rum deæ Salutaris: &, cum ille
dixisset nefas esse illa audire, nisi
quis esse initiatus: petiuit, num
ipse eas ciret: quod cum affirmas
set. Et quomodo, inquit, cum mi
nime sis initiatus? Secundo tem
pestiuum est interrogare, cum al
terum planum est, alterum non
I est dubium, quin is, qui interro-
gatur sit concessurus. cum autē
vnam propositionem interroga
ueris, non debes iterum id inter
rogare, quod perspicuum est, sed
concludere, quemadmodum So
crates, cum Melitus dixisset, eū
non putare deos esse, petiuit ab
eo, num existimaret dæmonium
aliquid esse: quod cum ille fate-
retur, dixit, Dæmones vel deorū
filij sunt, vel aliquid in se diuinū
habēt. quod postquam ille affir-
massет, Fieri ne potest, inquit, vt K
aliquis putet deorum filios esse,
ipsos autem deos esse non putet:
Tertio debes interrogare, cum
ostendere vis, ipsum aduersarū
sibi ipsi contraria dicere, vel quę
sint ab opinione communi alie-
na: quarto cum nihil habet, qđ
respondeat nisi fallaciter & cap
tiose. nam, si ita responderit, Est
sane, & Non est, vel Partim qui-
dem est, partim non, vel Ex ali-
qua parte est, ex aliqua non: per
turbantur auditores, ac dubitāt.
Aliter autem interrogatione vti
non debes. nam si tibi occurrerit L
aduersarius, superatus esse vi-
deberis. Neque enim multa
licet interrogare, propter audito
ris infirmitatem, quare etiam ar
gumēta, quammaxime fieri po-
test, contrahenda sunt. Cum au
tem ad ambigua respondēdum
est, tunc distinguere opus est, &
longa vti oratione, non autē con
cisa. Ad ea vero, quæ contraria
videntur, statim in responsione M
solutio adhibenda est, prius, ęᵹ,
quod reliquum est, interroget
aduersarius: & concludat. neq;
enim difficile est videre, quanā
in parte sit ratio: sed ex Topicis,
cum hoc intelligi potest, tum ēt,
quæ solutiones adhibendę sunt.
Verum, qui concludit, si ex inter
rogatione concludit, causam de-
bet adiungere: vt Sophocles in-
terrogatus à Pisandro, num ipse
sentētia sua, sicut alij publici cō-
silij auctores, dominatum Qua-
dringentorum confirmasse, ita
respon-

A respondit: Quid? ait ille, non ne res improba tibi illa videbatur? Ita, inquit. Ergo tu sponte rem improbam confirmasti? Certe, inquit, neq; enim erant alia meliora. sic etiam Lacon, cum magistratus sui rationem redderet. Ephorus enim fuerat interrogatus, an eius socij, & collegæ iuste condemnati viderentur, respondit, videri. Quid? non ne tu eadem Censuisti? Cẽsui, inquit. Ergo etiam tu iuste condemnari debes. Minime, ait ille, nã collegæ, pecunia corrupti, illa censuerunt, ego vero non pecunia, sed quia ita sentiebã. Itaq; post conclusionem nihil interrogare oportet, neq; etiam ipsam cõclusionem, nisi, cui adeo vera & certa est causa, vt labefactari nõ possit. De ridiculis vero, qm̃ vsum aliquem in forensibus causis habere videntur, & Gorgias dixit res serias aduersariorum risu discuti debere, contraq; risum rebus seriis, satis dictum est in ijs, C quę de arte Poetica sunt à nobis tradita: nam ibi, quot ridiculorum species sint, ostẽdimus. Sũt enim ridicula, quæ libero atque ingenuo homini conueniant, sunt etiam quæ non conueniãt ita videndum est, vt apta sibi quisq; sumat. Dissimulatio vero magis ingenuum decet, quã scurrilitas, nam dissimulator, priæ voluptatis gratia ridiculis vtitur: scurra vero, vt alterum oblectet.

10 11

De Peroratione. Cap. 19. I

IAm vero peroratio quatuor ex partibus constat, primum ex ea, quæ efficit, vt auditor nobis bñ velit, aduersarijs male, deinde ex amplificatiõe, & diminutione, tum ex animorum cõmotione, vt afficiatur auditor, postremo ex enumeratione. fit enim hoc naturæ quodam ordine: vt, postquam orator ostenderit, seuera dicere, aduersariũ autem falsa, tunc laudet, & vituperet, & causam vrgeat, atq; expo- E liat. Alterum autem ex duobus considerare oportet: vel, vt ostendat, se bonum ipsis auditoribus fuisse, vel generaliter bonum: aduersarium vero vel ipsis auditoribus malum, vel absolute malum. Sed alibi sunt à nobis iam expositi loci, vñ bonos aut malos conformare homines possimus. Postquam autem hoc demonstratum fuerit, tunc naturæ ordine sequitur, vt vel augeam⁹ vel imminuamus: op⁹ est enim, vt res sint concessæ prius, quàm F de earum magnitudine disputari possit. nam etiam corporũ auctio atq; incrementum fit ex eis, quæ iam prius aderant. Sed, vnde vel amplificatio vel imminutio ducatur, iam supra loci sunt expositi. Postea vero, cum iam perspicuum est, quæ, & quanta sint ea, quæ tractantur, permiscere motus animorum opus est. Sunt autem hi potissimum: misericordia, indignatio, ira, odiũ, inuidia, æmulatio, simultas, qui

G quidem vnde ſumantur, antea declaratum eſt. Itaq; reliquum eſt enumerare, quæ ſparſim antea dicta ſunt. Hoc autem cõmode fit, ſi id ſeruet, quod in proœmijs quidam dicere ſeruari nõ recte iubent. aiunt enim eadem ſæpius in proœmio repeti debere, vt facilius percipiantur. Sed ibi rem tantum exponere opus eſt: vt ne lateat id, de quo futurũ eſt iudicium: hic vero ſummatim ea repetere oportet, quæ de-
H monſtrata ſunt. Initium autem enumerationis illud erit, cum dicet orator, ea ſe præſtitiſſe, quæ pollicitus fuerat. itaq; repetere oportet, quæ ſunt expoſita, & quare. Quin ex aduerſariorum contentione dicuntur ea, quæ in peroratione repetuntur. conferre autem oportet vel quæ de eadem re ambo dixerunt, vel quæ non exaduerſo: vt, Iſte quidem de hac re ſic dixit: ego vero hæc atq; hac de cauſa: vel per ironiã: K vt, Iſte quidem hæc commemorauit, ego vero hæc: &, Quidnã feciſſet, ſi hæc probaſſet, non autem illa? per interrogationem, vt, Quid à me non exquiſitè probatum eſt? vel, Iſte quid confirmauit? vel igitur hoc modo per collationem, vel ordine naturæ nõ immutato, ſicuti res antea dictæ ſunt, hoc modo: vt ſi prius ea repetas, quæ ipſæ probabãtur, deinde ſi volueris etiam ſeorſum quæ dixit aduerſarius. In peroratione conuenit illud L dicendi genus, quod diſſolutum vocatur: vt peroratio, non autem oratio ſit: Dixi, audiuiſtis, rem tenetis, iudicate.

Librorum Trium artis Rhetoricæ finis.

AVERROIS
IN LIBROS RHETORICORVM ARISTOTELIS PARAPHRASES.

Abramo de Balmes Interprete.

LIBER PRIMVS.

Præfatio libri diuiditur in duo capita.

8 Rhetori. affinē ē arti. Topicę.

De *libri neceſſitate, & cui ſcientiarum attineat.* Cap. 1.

ARs quidē Rhetoricæ affinis ē artis Topicæ: quoniam ambę vnū finem intendunt, qui eſt eloqui cū alio. ex quo neutra iſtarum artiū homo ſecum ipſe vtitur, ſicut eſt diſpoſitio artis Demonſtrationis: ſed vtitur eis cum alio. & quodammodo conueniunt in vno ſubiecto: ex quo ambę largiūtur ſpeculationē in omnibus rebus, & earum vſus eſt communis omnibus: hoc eſt, ꝙ vnuſquiſq; hominum naturaliter vtitur orationibus topicis, & orationibus rhethoricis. Hoc autem ita fuit: quia neutra earum eſt ſcientia determinata in ſe inter ſcientias. & hoc, quia ſcientiæ habent ſubiecta propria, & ſinguli homines vtuntur eis particulariter. Ex quo autem ambæ iſtæ ſpeculantur ambitum entium, & ambitus ſcientiarum ſpeculatur ambitum entiū: ambitus itaque entium eſt quodam modo communis ambabus. Quando autem iſtæ duæ ſcientiæ ſunt cōmunicantes, iam ſequitur ꝙ ſpeculatio de eis ſit vnius artis, quæ eſt ars Logicæ. Reperitur autem vnuſquiſq; hominum vtens aliquo modo rhetorica, & perueniens in aliquam eius menſuram. & hoc ſecundum duas ſpecies orationum, quarum vna eſt contentio, & ſecunda doctrina & directio. & magis fit hæc in propriis ſubiectis huius artis, quæ ſunt ſicut accuſatio, & defenſio, & reliquæ orationes, quæ ſunt ex rebus particularibus. plures autem eorum reperiuntur, qui perueniant in eorum intellectum hoc opere. Quidam vero homines ſunt, qui hoc agunt contingenter: & quidam ſunt, qui hoc agunt conſuetudine & habitu firmo. Notum autem eſt ꝙ qui ageret hāc artem habitu firmo. præſtantior ſit, q̄ ille, qui id ageret contingenter. quādo autem hoc ita fuerit, qui ageret illud habitu firmo & ſciret cām, qua ageret ſuam actionem, eſſet perfectior & dignior. Hęc autem eſt res, quam ſcit vulgus, & eo magis ſingulares egregii. & ideo debuerunt partes huius artis deſcribi in aliquo libro. Non ſufficit autem id quod reperitur ex hoc natura-

C

E

F

G raliter ſolum, neque conſuetudine: ſicut eſt diſpoſitio pluriũ artium ſyllogyſticarum. Quilibet autem noſtrorum maiorũ, qui locutus eſt de hac arte. de nulla re, quæ ſit cõformis parti neceſſariæ fuit locutus, neq; de re, quę magis digna eſt, ꝙ ſit artificialis & illæ ſunt res, quæ faciunt cadere veritatem oratoriam, & præcipue rationes quæ vocantur in hac arte enthimemata, quę ſunt baſis verificationis, quæ inueniuntur in hac arte, hoc eſt quæ fit ex ea per ſe. Hi autem non loquuntur de rebus, quę faciunt cadere veritatem oratoriam
H omnino, niſi de enthymematibus q̃ ſunt digniora ad hoc. Veruntamen qui loquuti ſunt, multiplicarũt verba, quæ ſunt extra verificationem: ſed concurrunt vt res adminiculãtes ꝓpoſui verificationis: ſicut eſt ſermo de terrore, & miſericordia, & ira, & paſſionibus animalibus his ſimilib⁹, quæ non diſponunt modum rei, cuius expoſitio intenditur primo & p ſe: ſed diſponunt modum boni iudicantium & contendentium: immo dirigunt ad veritatem, non efficiunt ipſam. Et ſi inueniretur ea res partium Rhetoricæ in quibuſdam ciui
I tatibus, quæ reperitur nunc, non eſſet vtilitas ei de quo loquuti ſunt iſti de Rhetorica: licet iam loquuti ſint de eo ſermone expedienti. Et ſunt ciuitates, in quibus non diſcernit ſtatum earum coram iudicibus res, q̃ inclinant iudices & cogunt eos ad alteram duarum rerum, ſed diſcernit res, quæ faciunt cadere veritatem ſolum. Et hoc, quia hominum ciuitatum hoc tempore reperiuntur duæ ſectæ. Quædam enim earum eſt, quę ſibi videtur ꝙ conueniat ꝙ confirmentur ſtatuta, quibus homines ciuitates corrigantur ſecundum ani- K
mas ciuium omnibus rebus, quę impreſſionem habent ad verificationem: ſiue fuerint res facientes cadere verificationem, ſeu res extrinſecæ. Et quædam earum eſt, quæ prohibet meminiſſe alicuius rerum, quæ ſunt extrinſecus, & præcipue coram iudicibus: ſicut res eſt in loco incolatus Philoſophorum, & Athenarum, & aliarum ciuitatum Græcorum. Quidam autem viſi ſunt ſibi quòd vſus omnium rerum habentium impreſſionem ad verificationem confirmationis re- L
rum, quarum confirmatio intenditur modo rhetorico, eſt maxime conueniens. & ſi hac regula vteretur aliquis homo conuenit ꝙ eius vſu ſit peritus huius artis, animoſus, morigeratus. Significat autem quòd rebus quæ extrinſecus ſunt, non ſit magna vtilitas ad hanc artem: quia qui intendit confirmare aliquam rem coram iudicibus, aut cõfirmaret rem quæ eſt, aut quæ nõ eſt ſolum, hoc eſt ꝙ ipſa fuerit, aut non fuerit. & hoc quando legiſlator decreuerit, ꝙ illa res, de qua eſt acculatio ſit magna aut parua, & M
ꝙ ſit iuſtitia vel iniquitas. aut confirmaret ambas res. & hoc, quando lex nõ decreuerit illam rem, de qua eſt ſermo. Vſus vero paſſionum ad confirmationem, ꝙ in re ſit iniquitas, vel iuſtitia, eſt impoſſibilis. & hoc, quia paſſio per amorem vel odium fit rei particularis: iuſtitia autem, & iniquitas ſunt res vniuerſales. Per vſum vero earum, quando res fuerit, aut non fuerit, eſt eis impreſſio quædam, ſed non inferunt ipſam rẽ eſſe aut non eſſe per ſe: ſed inclinarent iudicem, ꝙ dicat ꝙ ſit veridicus de ea

Auerſus eos, q ante Ariſ de arte Rhetorica ſcripſerunt.

A de ea re, de qua argumentatus eſt: aut non fuerit veridicus, abſq; eo ꝙ nouiter facta ſit iudici aut aduerſario verificatio ad hoc de re, ꝺ qua eſt ſermo. Iam autem oportet ꝙ ipſa ſtatuta ſint decernẽtia, ꝙ res ſint iniquitas aut iuſtitia: iudicium autem ꝙ res ſit huius ſingularis aut nõ ſit, eſt iudicum. & harum ex cauſa ipſi iudicant paucas res. Et hoc duabus rebus. Primo, quia raro eſt ꝙ reperiatur iudex, qui poſſit diſcernere res ſecundum ſuam veritatem, & ponat hanc rem eſſe iniquitatẽ, & hãc iuſtitiam, niſi per pauſillum tempo
B ris: plurimi autem iudices qui reperiuntur in ciuitatibus, pro maiori parte temporis non habent hãc poteſtatem. Secundo autem, quia ad conſtituendum ꝙ res ſit iuſtitia aut iniquitas, indiget ipſe conſtituens illa ſtatuta tempore prolixo. hoc autẽ non contingeret pauco tẽpore, quo cadit controuerſia de re coram iudice. Per locum autem iſtarum duarũ rerum difficile eſſet iudicibus iudicare, ꝙ hæc res ſit iuſtitia aut iniquitas, & vtilis aut noxia: ſed iudicant, ꝙ ceciderit res ab hoc homine, aut nõ
C inciderit. & hoc propter eius manifeſtationem, & quia eſt res, quam impoſſibile eſt ꝙ inſtituens impoſuerit eam. Quando autem res ita fuerit, notum eſt ꝙ iſti, qui loquuti ſũt de Rhetorica ex rebus quæ ſunt extrinſecæ, hoc eſt de exordijs & narrationibus & affectibus, & illis quæ talis conditionis ſunt, non ſunt loquuti de aliqua re, quæ concurrat in oratione cõcurſu partis: ſed ſunt loquuti de rebus quæ concurrunt concurſu paſſionum, ſed non ſunt loquuti de aliqua rerum, quibus fiunt verificationes artificiales, quæ primo ſunt ipſa enthymemata. Quia autem nos D
videmur nobis, ꝙ enthymemata ſint baſis huius artis, credimus ꝙ oratio quæ fit ſecundum modum iudicij & cõtrouerſiæ coram iudicibus, & oratio quæ fit ſecundum modum directionis & doctrinæ, ſint vnius artis, quæ eſt hæc ars. his vero, qui loquuti ſunt de hac parte Rhetoricæ, oportet ꝙ non attribuant huic arti ex ſermonibus huius artis niſi illum qui fuerit ſecundum modum controuerſiæ, & iudicij: neque de omnibus ſpeciebus quibus fit iudiciũ: ſed de viliori ſpecie, quæ ſunt res noxiorum, de quibus fit iudicium E
coram iudicibus. De iudicio vero quod fit in impoſitione inſtitutorum, non habet vtilitas in eam partem Rhetoricæ, de qua hi loquuti ſunt: ex quo iſti non loquuntur de aliqua re ipſorum enthymematum, ſed ipſi putant quòd ex quo loquuti fuerint de rebus, quibus vituperatur res, aut commendatur, ꝙ iam loquuti ſint de omnibus rebus, quibus vtuntur ſermones oratorij.

Vti autem in oratione rebus quæ ſunt extrinſecę abſq; vſu rerum, quę ſunt corporis ſermonum oratorio- F
rum, eſt opus vile. Non eſt autem cuiuſpiam dicere, ꝙ orationes, quæ ſunt in iudicio, non indigeant cum rebus, quæ ſunt extrinſecę aliqua re, quæ ſit corporis rei, ex quo in maiori parte ciuitatũ inſtituta ſunt, quæ deſcribũt quid ſit iniquitas, & quid iuſtitia, & magnum aut paruum. & non indigetur in hac ſpecie orationis, niſi eo quod inclinet iudices ſolum. & hoc diuerſo modo à diſpoſitione orationum, quę fiunt in rebus deliberatiuis: quia orationes deliberatiuæ, quatenus vtuntur eis in peccatores,

G catores, ex eo quod eſt vtile aut noxium, ſunt magis conuenientes oratori q̄ orationes iudicatiuæ, hoc eſt, quibus confirmetur, ꝙ illi fecerint iniquitatem, aut fecerint iuſtitiam. Et non eſt hoc in peccatoribus ſolū, quia hæc eſt diſpoſitio ſermonis de rebus deliberatiuis cum ſermone de rebus iudicatiuis. & hoc, quia iudices iudicant res, de quibus fuit deliberatio apud vulgus, quod eſt, ꝙ hęc res, de qua fuit deliberatio, ſit vtilis aut noxia: & non eſt timendum ne iudices parumpendant eam. Quando au-
H tem res ita fuerit, loquens coram illis non indiget, ꝙ confirmet vltra q̄ res ſit vtilis, aut noxia. & in hoc conuenit ſecum ipſe iudex. & impoſſibile eſt ꝙ contendant propter coæquationem notitiæ plebis, & iudicis de vtili & noxio. Loquens vero coram iudice de rebus iudicialibus, indiget ꝙ caueant iudices, quando definūt ſermonē, ꝙ hoc ſit iuſtum, aut hoc ſit iniquum, quoniam notitia iuſtitiæ, & iniquitatis eſt res extranea apud plebem, homines vero ſciunt illud per legem. & ideo poſſibile eſt ꝙ iudex admittat loquēti rem, quā
I intenderet confirmare, & non perueniat ei id iniquitatis aut iuſtitiæ, quod eſt in ea. & ideo indiget loquens coram eis, ꝙ cognoſcat res, q̄ ſunt iniquitas, & quæ ſunt iuſtitia, & res quibus conſtituitur, ꝙ ſint iuſtitia aut iniuſtitia. Et propter hunc locum inhibet ſtatutum plurium ciuitatum loqui coram iudice de rebus quæ inclinarent & cogerent eos contra alterutram partium, ſed permiſſum eſt eis loqui corā illis de rebus terminatis, ex his quas deſcripſerat imponens ſtatutum. Loquens vero de rebus deliberatiuis non indiget tali cautela. iudices n. vltra mo- K
dum cauent dicere de re vtili ꝙ non ſit vtilis: aut de noxia ꝙ non ſit noxia: ex quo hoc eſt ex his, quæ deprimerent eorum gradum apud plebē propter coæquationem, ſuæ notitiæ, & notitiæ iudicum de illa. Quando autem res ita fuerit igitur in rebus iudiciariis Rhetor magis indiget notitia rerum, quæ incidere faciunt in verificationem, q̄ indigeat ipſe Rhetor in rebus deliberatiuis. Quoniam autem notum eſt ꝙ ille, ad quem fit ſermocinatio de re, circa quam eſt controuerſia, intendit verificationē & acceſſionē de rebus, quæ attribuū- L
tur huic arti: hoc autem non fit niſi conſtitutione rei apud ipsūmet quā ſcit ipſemet vtēs: & hoc quia nos cōcedimus rem, quando videmus ꝙ iā conſtituta ſit apud nos. res autem illa, qua conſtituuntur res modo oratorio, eſt ipſum enthymema, quoniam hoc eſt fundamentum verificationis: & eius baſis de rebus, quib⁹ ponitur hic modus verificationis, hoc eſt verificatio oratoria: enthymema autem eſt quædā ſpecies ſyllogiſmi: notitia autē ſyllogiſmi eſt pars artis Logicę, ſicq; iam ſequitur ꝙ Logicus ſit, qui ſpeculetur hanc M
artem, aut totam ipſam, aut quaſdā eius partes. Manifeſtum autem eſt, ꝙ q̄ nouerit ex quot rebus cōponat rō, & qualiter fit & qñ fit magis poteſt facere ipſum enthymema q̄ qui nouerit ipſum enthymema ſolum abſq; ꝙ cognoſcat ſyllogiſmum, qui eſt eius genus. At ille qui excederet vltra hoc, & cognoſceret quare fiāt ipſa enthymemata & differentias q̄ ſunt inter enthymemata, & inter reliquos ſyllogiſmos, quibus vtuntur alię artes, habet maiorem poteſtatē

quàm

A quàm illi. Notitia autem iſtorum eſt artis Logicę: quoniam eiuſdē potentię hoc eſt artis vnius & eiuſdem eſt φ cognoſcat rem quę eſt veritas, & eam quæ eſt ſimilis veritati. rhetoricæ autem verificationes, & ſi nō ſint ipſa veritas, ſunt ſimiles veritati. Rurſus quia homines ſecundum ſuam naturam ſunt diſpoſiti omni diſpoſitione ad conſiſtendum ſupra ipſam veritatem, & vt plurimum inclinantur ad ipſam, & afficiūtur ea: illæ autem, quæ nobiliores ſunt, ex quibus ſunt ipſa enthymemata, ſunt ſimiles veritati: quoniam oriuntur
B plebi ortu veritatis. id autem quod eſt ſimile veritati ingreditur ſcientiam veritatis, quæ eſt ſcientia Logicæ: quando autem res ita fuerit, iam declaratum eſt φ immutatio iſtorū ab eo I quo loquuti ſunt de re ipſius Rhetoricæ, fuit: quia non erat apud eos notitia Logicæ: & φ reliqui qui loquuti ſunt in Rhetorica, & qui vtūtur orationibus rhetoricis ſolum, præter φ præmittant ſcire has res q̄ ſunt baſis Rhetoricę, ipſi loquuntur de rebus, quæ concurrunt in oratoria concurſu ornamenti & decoris. quod ſi in patulo rei & eius extrin-
C ſeco, non de rebus quæ graduantur in ea gradu eius, quo eſt conſiſtentia rei & ſuum eſſe: & ſi iam putetur φ in his quæ fecerint, iam peruenerint ad vltimum orationum rhetoricarū, & proceſſerint in hoc proceſſu rectitudinis & veritatis.

De vtilitate artis Oratoriæ. Cap. 2.

ORatoriæ autem ſunt duæ vtilitates, quarum vna eſt, φ ea inducantur politici ad opera ſtudioſa. & hoc, quia homines naturaliter declinant in contrarium virtutum rectarum. & quando non cogunt eos D
ſermones oratorij, prævalent eis cōtraria operū rectorum. hæc autē eſt res turpis, cuius author dign⁹ eſt correctione, & inibitione, hoc eſt ille, q̄ declinaret ad contrarium rectorum operum: aut rector qui non cogeret politicos ſermonibus oratoriis ad rectas virtutes. Intendo autem per rectas virtutes, eas quę ſunt virtutes inter alterutros homines: hoc eſt inter ipſum & eius ſocium, quæcunq; res fuerit illa ſocietas, non quo ad ſemetipſum. Secunda autem vtilitas eſt, quia non contingeret, φ vtatur demonſtratione cum quolibet ſingu- E
lari homine de rebus ſpeculabilibus quas voluerimus verificare. & hoc, aut quia homo iā adoleuit in famoſis diuerſis à veritate. quādo autem proceſſerit contra res in quibus adoleuit, vileſcit eius perſuaſio: aut quia eius natura inepta ſit ad receptionē demonſtrationis omnino, aut quia impoſſibilis eſt eius manifeſtatio p illam ex illo pauſillo, ex quo intendit caſum verificationis per eam. Et propterea iam indigemus vt faciamus eandem verificationem p præmiſſas cōmunes nobis & illi, ad quē F
eſt ſermocinatio, hoc eſt per probabiles. Et in hac vtilitate communicat hæc ars cū arte Topicæ: ſicut memini nos de hoc in libro Topicæ, iuxta verba noſtra de rebus, quibus poſſibile eſt nobis φ declaremus diuerſa quæſita. Arti autem iſti poſſibilis eſt perſuaſio duorum contrariorum ſimul, ſicut eſt poſſibile hoc per rationem Topicam. & hoc, quia iam nos perſuaderemus in adulterum, φ faciat malum & φ nō faciat malum. Non intendo autem φ nos faciamus ambas res ſimul vno tempore,

G pore, ſed hoc faciamus vno tempore & hoc alio tempore, ſm ꝙ magis expedierit. Et hoc, quia valde fit ꝙ rei quod expedit vno tempore illius, cõtrarium expediat alio tempore. Ac etiam, quia quando res quę conſtituunt rem, & ſuum contrarium fuerint apud nos conſuetæ, & audiremus aliquem loquentem, qui iã tradiderit perſuaſionem contrarij qđ non eſt iuſtum, poſſibile eſſet nobis hac virtute ꝙ deſtruamus eius ſermonem. Hę itaq; duę vtilitates ſunt in ipſa poteſtate, quæ eſt huius artis ad perſuaſionem rei, & eius contra-
H rij. & non reperitur hæc poſitio alicui rei artium rationalũ in his duabus artibus, hoc eſt Rhetorica & Topica. Et ambæ illæ artes ſunt æqualiter diſpoſitæ ad perſuaſionem duorum oppoſitorum, hoc eſt, ꝙ neutra earum reperiatur vehemẽtioris aptitudinis ad perſuaſionem vnius duorum oppoſitorum q̃ ipſa ſit ad alterum: ſed aptitudo quæ reperitur in ambabus ad perſuaſionem duorum oppoſitorum eſt æqualiter. Rerum vero ſubditarũ his duabus artibus, hoc eſt rerum, cũm quibus perſua-
I detur, & per quas perſuadetur aptitudo ad receptionem perſuaſionis, nõ eſt æqualiter, neq; bonitas perſuaſionis in eis eſt æqualiter. Sed quando res, quibus perſuadetur, fuerint veri ſermones oratorij, & topici, quibus vtitur, ſunt magis vtiles & magis admirabiles. Non conuenit autem ꝙ opinemur ꝙ turpis ſit homini ſatigatio nocendi ſuis manibus, & non opinemur ꝙ ſit turpis ſatigatio nocendi ſua lingua: cuius damnum eſt damnum proprij hominis, hoc eſt ꝙ ſatigetur homo a nocendo p ſuã linguam damno vehementi, non ſolum damno quod eſt ipſius iuſtitiæ, K ſed etiam damno quod eſt ipſius iniquitatis. quõniam iam putatur, ꝙ hæc res reperiatur communis omnibus virtutibus, quarum hæc ars eſt vna præter artem theoricam & moralem: & eo fortius in rebus magnis expedientibus, ſicut eſt robur, & ſanitas, & diuitiæ, & imperium, & ſimiles iſtarum rerum ex expedientibus: hoc eſt, ꝙ ſingula horum bonorum apta ſint, vt poſſidens ea iuuet alium a ſe vtilitate vehementi, quãdo vteretur iuſtitia, & noceret p ea damno vehemẽti, quandò vteretur L iniquitate: quoniam ſanitate, & robore, & imperio homo vtitur ad damnum & ad vtilitatem, & ſic eſt res Oratoriç. Sicq; iam declaratum eſt, ꝙ hæc ars nõ ſpeculetur alterũ duorum oppoſitorũ, ſed ſpeculetur ambo æqualiter, ſicut eſt diſpoſitio To- Quod ſit
picę, & ꝙ illa valde expediat ad hoc. Rhetori-
Non eſt autem huius artis tradere ex opus.
perſuaſionem omnino, hoc eſt, ꝙ non ſequatur ad eius actionem perſuaſio neceſſario, ſicut actionẽ carpentarij ſequitur eſſe ſedis neceſſario, quando non fuerit tibi aliquod extrinſecus impediens: ſed eius operis eſt ꝙ notificet omnia quæ tradeM rent perſuaſionem rei, & cõducat ea in illam rem, licet non ſequatur perſuaſio. Diſpoſitio autem huius eſt ſicut diſpoſitio plurium artium: ſicut eſt ars Medicinæ, quia eius actionis non eſt ſanatio omnino, ſed eius operis eſt, ꝙ ex hoc proueniat vltimũ rei, ꝙ poſſibile eſt fieri in illa re, quæ intenditur ſanari. Et ideo iam conuenit operibus harum artium, qui non fuerit ſuorum vitiorum, ſicut ſanat qui non fuerit medicus, & perſuadet qui non fuerit orator. ſed verum

A rum opus eſt ipſius artificis. & hoc, quia finis ſequitur hoc opus vt plurimum: illud autem vt in pauciorib⁹. & ſicut in Topica eſt ſyllogiſmus, & eſt, qui putatur eſſe ſyllogiſmus, ſed nō eſt ſyllogiſmus, q̄ eſt ſyllogiſmus falſigraphus: ſic eſt in ſermonibus perſuaſiuis, qui fiūt in hac arte; eſt qui tradit perſuaſionē, & eſt qui putatur eſſe perſuaſiuus abſq; q̄ ita ſit. Sed ex quo falſigraphus non fit falſigraphus propter vſ & habitū, quo efficit orationes falſigraphus: ſed eſt falſigraphus, propterea quia intendit intuitu illarum orationum gloriam, & ipſa bona ex
B trinſeca: & hoc vt conducat ad putā dum q̄ ipſe ſit ſapiens. Topicus autē eſt Topicus per habitum prouenientem ei ex ipſa arte. Sicq; conſequenter ſermones falſigraphi nō ſūt pars artis Topicæ, hoc eſt, q̄ putetur de eis q̄ ſint ſyllogiſmi Topici, quando facti ſunt vi huius finis. quando vero facti ſunt ad modum tentationis, tunc ſunt eius pars. Rhetor autem, ex quo eſt Rhetor propter res quæ ſunt extrinſecę, ſicut gloria & alia reliqua bona, & eſt Rhetor propter ha
C bitum huius artis: ideo orationes tradentes perſuaſionem, cum non ſint perſuaſiuæ, ſunt pars huius artis. qm̄ quod intentum eſt per has orationes in hac arte, eſt idem quod eſt intentum Sophiſticæ. Hoc autem ita fuit: qm̄ intentum huius artis ex eo cuius perſuaſionem intendit eſt ipſa paſſio, vel ipſa paſſibilis qualitas. quādo autem prouenerit hoc ab eo, non eſt differentia, ſiue eius prouentus ſit ex orationibus perſuaſiuis vere, aut ex orationibus, quæ putantur eſſe perſuaſiuæ, ſed non ſunt perſuaſiuæ. Et ſi hoc opus intentum ſit ſpecies eius, ad quem eſt ſermocinatio: aut affectus eſt quoddā bonū illius, D non Rhetoris, orationes quę putantur eſſe perſuaſiuæ & nō ſunt perſuaſiuæ, ingrediuntur hanc artem, modo, quo orationes, quæ putantur eſſe Topicæ & non ſunt Topicę, ingrediuntur artem Topicæ, ex quo non intenditur per illas deceptio. Si autē intentum Oratoris eſt, q̄ proueniat ei aliquod bonorum quæ intendūt Sophiſtæ, oratio quæ putat eſſe perſuaſiua, cùm non ſit perſuaſiua, quatenus eſt falſigrapha, eſt pars huius artis, & non ingreditur artem Topicæ. Licet autē ſit aliquis qui loquutus eſt de hac arte: cuius vtilitatum E meminimus: attamen non fuit locutus quatenus ſufficeret de ſuis rebus, de quibus intenderamus habere ſermonem ab initio rei. & hoc, quando referemus ex quibus rebus componatur hæc ars, & qualiter componatur. Id autem, de quo loquuti ſumus ante hoc, eſt ac ſi non eſſet nobis primum intentum: ideo conuenit quòd feramus hic ſermonem de illis. Redeamus autem ad noſtrum intentum, ac ſi nos incœperimus ab hoc loco. F

TRACTATVS.

De definitione Rhetoricæ, & eius diuiſione. Cap. 1.

INcipiamus autem primo, & definiamus hāc artem, & enūciemus quid ipſa ſit, & circa quæ ſit. & hoc, q̄n nouerimus ſuū genus proximū, & ſuam dfiam ei propriam. deinde procedemus hinc ad narrationē ſuarū partium ad modum reſolutionis definitionis. Rhetorica aūt eſt vis amplectēs in ſe onus pſuaſionis poſ

ſibilis

G sibilis de qualibet rerum separatarũ. Intendo autem per vim artem, quæ agit in duo opposita, & eius finis nõ sequitur suam actionem necessario. Intendo autem per amplectens in se onus, ꝙ ponat suum scrutinium ad apprime perscrutandum actum per suasionis possibilis. Intendo autem per possibilem persuasionem, possibilem ad hãc rem, de qua est sermo. hoc autem fit ad vltimũ eius quod possibile fuerit de illa. Et quando dico de qualibet rerum separatarum, intẽdo ac si diceretur de singulis singularibus, quæ sunt singulorum decem ꝓdicamentorũ. Et hæc est dꝛia, qua hæc ars differt à reliquis artib⁹, de quibus putatur ꝙ tradant persuasionem de rebus, quæ speculantur. & hoc, quia omnis ars docet, hoc est demõstratione declarat, & largitur persuasionem de genere quod speculatur, non de omnibus generibus. exempli gratia, quia Medicina docet Demonstratiuam, & persuadet de sanitate & ægritudine & suis speciebus: sic & Geometria Demonstratiuam docet, & Persuasiuam de magnitudinibus & figuris, quæ insunt corporibus. Rhetorica vero laborat ad tradendum persuasionem de omnibus rebus cuiusq; presenti fuerint, & quodcunq; fuerit illud genus. & ideo non attribuitur generi appropriato. Res vero, quę efficiunt fidem huius artis, quædam sunt, quæ sunt artificiales: & illæ sunt quarum esse est nostri arbitrij & animaduertentiæ: & nos efficimus eas. Et quædam earum sunt non artificiales: & sunt illæ, quarum esse non est nostri arbitrii & animaduertentiæ, sicut sunt testimonium, coactio, & statuta & consimilia eorum, de quibus infra fiet mentio. Artificialium vero rerum, quarum nos sumus efficientes, quædam sunt res, de quibus iam præcessit & vsus est ipsis in arte alius a nobis: sicut est acceptio controuersiæ p exempla consueta, quæ posita sunt & famosa. Quædam autem sunt, quas nos nouiter inuenimus ad orationem, in qua est persuasio, & acquisiuimus eas. Verificationes vero, quas nos facimus & nouiter inuenimus, sunt trium specierũ. Quarum vna est constitutio loquentis, qua constituit virtutem suæ animæ qua conuenit vt sit veridicus. & ꝙ apud locutionem sit secundum dispositionem sui vultus & membrorum, cuius moris sit, ꝙ faciat occurrere in verificationem rei de qua est sermo. sicut est raritas, & põdus verborum, & alia præter hæc. Virtus autem, cujus hic est mos, est illa, quã Aristo. vocat conuertibilem prædicatione. Dispositio autem, cuius hic est mos, est illa, quam vocat nobilitatem directionis versus ipsum intentum. Iam autem significatur ꝙ virtuti sit nomen ad verificationẽ, quia iusti studiosi veridici habentur cito absq; sermone, quem onere amplectantur de illa re. hoc autem fit de rebus manifestis sensui, quas putant ꝙ senserint eas: sicut ꝙ religiosus aliquis biberit vinum, aut interfecerit quemquam. Narrationes vero eorum de rebus latentibus sensum, & sunt illæ de quibus putatur ꝙ illud quod senserant de talibus, aut cogitauerunt de eis, quando illę res possibiles fuerint, ꝙ sensus suspicaretur de eis, non verificantur de rebus, quę argumentantur de talibus rebus, absq; ꝙ vtantur oratione ad constitutionem huius rei. Et ita est sicut putauerunt

H

I

K Artificialium gratia.

L

M

Rerũ ꝺꝺ facieꝺũ aliq; artificiales aliæ non artificiales.

A tauerunt id, de quo mẽtionẽ fecim⁹, ꝙ ipſi dixerunt de Rhetorica, ꝙ gratias & virtus ex pediat ad capitulũ affectionis ſolum. Secunda vero ſpecies verificationum eſt ſpecies, quæ facit acquirere: è audienti affectũ quẽdam de oratione, quem ſequatur verificatio rei, de qua ẽ oratio: qm̃ noſtra verificatio rei, & noſter aſſenſus illi nobis exiſtentibus ſub diſpoſitione lætitiæ, & mœſtitiæ, nõ eſt vna verificatio. & ſic, qm̃ eſſemus ſub diſpoſitione irę de aliqua re, aut ſub diſpoſitione complacendi nobis de ea. Hę autẽ ſunt res, de quibus loquuti ſunt iſti, de quibus mentionem fecimus,
B ꝙ loquuti fuerint de hac arte. Tertia vero ſpecies verificationum eſt conſtitutio rei per ſermonem tradẽtem perſuaſionem, aut qui putatur ꝙ tradat perſuaſionem. & hoc de rebus particularibus, de quibus perſuadet hæc ars. Quando autem verificationes huius artis fuerint his modis, manifeſtum eſt quòd ille, qui valet perſuadere perſuaſionem poſſibili de vnaquaq; re, eſt qui nouerit tres res. quarum prima eſt ipſa notitia orationum tradentium perſuaſionẽ. ſecunda autem eſt notitia morũ
C & virtutum loquentis. tertia autem eſt notitia affectuum audientis. & hoc, quando nouerit vnumquenq; affectum quid ſit, & ex qua re fiat, & quando fiat, & qualiter fiat. Hæc itaque ars eſt compoſita ex arte eloquentiæ, & ex arte morali, hoc eſt Politica. Non reperitur autem præcedentibus tractatus perfectus de illius partibus, aut propter ſuam ignorãtiam, aut quia iactantur præ alijs: & fierent ſibi auari de eo quod illis conſtiterit de hac re per locum bonorum, quæ ſunt extrinſecus. Hæc ergo ars eſt pars artis Logicæ, quæ D ſimilis eſt Topicæ ex eo, ꝙ ipſa ſpeculatur duo oppoſita, & neutra eorum ſpeculatur rem determinatam ſpeculatione, qua tradatur prouentus veritatis. ſed tradunt ex ſpeculatione prouentum eius, quod eſt infra veritatem. Iam autem dictum eſt de hoc in præmiſſis ſermone ſufficienti.

De inſtrumentis Rhetoricis. Cap. 2.

COnuenit autem quòd incipiamus notificationem orationũ E perſuaſiuarum, & eius quod appareat eſſe tradens perſuaſionem. Et dicamus quòd orationum, quibus fit cõfirmatio & confutatio, ſicut in arte Topicæ, ſunt duæ ſpecies, quarum vna eſt inductio, & id quod putatur eſſe inductio: ſecunda autem ſpecies eſt ſyllogiſmus, & id qd putatur eſſe ſyllogiſmus. Sic orationes confirmantes & confutãtes in hac arte ſunt duarum ſpecierum: quarum vna eſt ſimilis inductioni, quod eſt exemplum: altera autem eſt, quæ ſimilis ẽ ſyllogiſmo, quod eſt enthymema. Enthymema autem, quod F putatur ꝙ ſit enthymema, & nõ eſt enthymema, aſſimilatur illi ſyllogiſmo, qui putatur ꝙ ſit ſyllogiſmus, cum non ſit ſyllogiſmus. Et ſic exẽplum quod putatur ꝙ ſit exemplũ, & non eſt exemplum, ſimile eſt illi inductioni, quæ putatur ꝙ ſit inductio. cum non ſit inductio. Igitur enthymema eſt ſyllogiſmus rhetoricus, & exemplum eſt inductio rhetorica. Oratores autem (quando animaduertitur ſuum negocium) manifeſtatur ꝙ faciant ſummam veri-

Quæ argumentandi ſpecies.

G ſcationum, quæ fiunt in oratione ſe
cundum has duas ſpecies, hoc eſt,
aut exemplo aut enthymemate. &
hoc, quia ipſi intendũt hoc ſuo ope
re aſſimilationem inductionis & ſyl
logiſmi. Id autem quod agit ex hoc,
agit illud inquantũ eſt verum exem
plum, & verum enthymema: aut in-
quantum putatur de eo ꝙ ita ſit. Iã
aũt declaratum eſt in libro Priorũ,
quòd omnis verificatio fiat per ſyl-
logiſmum, & quòd inductio & exẽ
plum faciant acquirere verificatio-
nem, quatenus in eis eſt de vi ſyllo-
H giſmi. Quid vero ſit ſyllogiſmus, &
quæ ſit dĩa inter eum & inter de-
monſtrationem, iam dictũ eſt in li-
bro Topicorũ: & iã declarata eſt ibi
& dĩa inter ſyllogiſmũ & inductio
nẽ. Inductio aũt & exemplũ conue
niunt in eo, ꝙ ambo conſtituunt, ꝙ
hęc res ſit ita. aut non ſit ita, propter
eſſe huius rei aut non eſſe eius ſ ſuo
ſimili. Enthymema aũt & ſyllogiſ-
mus conueniunt in eo, ꝙ ambo sũt
oratio, in qua ponitur aliqua res, &
inferrur ex ea alia res. Quando autẽ
res ita fuerit, manifeſtum eſt quòd
in vnoquoq; iſtorum generũ ora-
I tionis ſit ſpecies rhetorica. ſpecies to
pica, & ſpecies demonſtratiua, & ſpe
cies ſophiſtica: quia ſicut reperiun
tur in his artibus inductio & ſyllo-
giſmus, ſic in rhetorica reperiuntur
exemplum & enthimema. Sed diſ-
ferunt in his artibus per modum fa-
ciendi, hoc eſt in arte Demonſtra-
tionis, & in arte Topicæ. Syllogiſm⁹
autẽ topicus eſt tutior q̃ inductio:
exemplũ vero in rhetorica eſt ma-
gis perſuaſiuũ q̃ enthymema, quia
magis procedit contradictio in en-
thymema quàm procedat in exem-
plum. Cauſam aũt huius nos ferre-
mus in medium poſt hæc, ac etiam K
qualiter faciamus has res. hic vero
cõuenit ꝙ determinemus hos duos
modos perſuaſionis, hoc eſt enthy-
mema & exemplum. Et dicamus ꝙ
oratio perſuaſiua aut largitur per-
ſuaſionem vni homini, aut vniuerſi
tati hominũ, aut pluribus homini-
bus. Ac etiam quædam eſt, cuius per
ſuaſio ſit de re vniuerſali, & quædã
eſt, quę ſit de re particulari. & vtriuſ
que iſtarũ, quędam eſt cuius perſua
ſio eſt nota per ſe, & quædam eſt cu-
ius perſuaſio eſt per aliud. Eius aũt,
cuius perſuaſio eſt per aliud in parti
cularibus, ſunt duæ ſpecies. Quarũ L
vna eſt, ꝙ diceret quiſpiam, quia ita
eſt generi, eſt ita per talem locũ: ſi-
cut eſt ſermo dñtis, ꝙ potus oxymel
lis expediat tali, quia eſt febricitans:
hoc aũt eſt, quod dĩ enthymema. Se
cunda aũt ſpecies eſt, ꝙ dicatur talis
ita ſit, quia ipſe eſt ſicut talis, ſicut ꝙ
talis diceretur, ꝙ talis recipiat vtili-
tatem potus oxymellis, quia recepit
vtilitatem de eo, & hoc eſt, quod vo
catur exemplũ. Ars aũt iſta non vti
tur orationibus perſuaſuis, quæ sũt
perſuaſiuæ vni homini: quia hoc eſt
infinitum & ignotum vtenti eis. &
ideo hæc ars non fit ex præmiſſis lau M
datis, hoc eſt creditis, q̃ creditæ ſunt
vni hominum, quæ ſunt opiniones,
quæ nouiter fiunt hominibus apud
deſyderium & appetitum: ſed vtitur
laudatis apud plures aut omnes, ſimi-
li modo, quo vteretur ars Topi-
ca. Quando aũt res ita fuerit, id quo
differt ſyllogiſmus, qui fit in arte To
picæ, & in arte Demonſtrationis ab
enthymemate quod fit in hac arte,
eſt, quia ſyllogiſmus regulatur regu
la, qua oratio concludit neceſſario e
enthymema vero regulat ſuas præ-
miſſas

A miſſis regula conſueta, ꝙ ei aſſentia
tur à plebe. Hoc aũt eſt econuerſo
regulæ artificialis. & vñr ſibi, ꝙ hoc
ſequatur ex parte artis, non ex parte
rei in ſe. Ac etiam quia regula artifi
cialis determinat ꝙ declarentur in il
lo oẽs eius præmiſſę neceſſarię ad de
clarationem illius queſiti: plebs aũt
non valet intelligere illationem con
cluſionis, quæ infertur ex pluribus
præmiſſis. Ac etiam, quia ipſi non po
nunt diſtantiam inter concluſionẽ,
& rem ex qua ſequitur cõcluſio, hoc
eſt ꝙ ipſi nõ declarent ſyllogiſmos
per duas præmiſſas ſimul cum con-
B cluſione, ſed inducunt vnam præmiſ
ſam, deinde connectunt eam cõclu
ſioni. Sicut dñr, hic deãbulat nocte:
ergo eſt latro, & non dñr, ꝙ omnis q
deambulat nocte ſit latro, quæ eſt
præmiſſa maior. Ac etiam quia en
thymemata vt plurimum ſiunt de
rebus contingentibus, quod manife
ſtum eſt de reb⁹ deliberatiuis: quia
non conſuleret vnus alteri de re ne
ceſſaria in eſſe, neq; de impoſſibili t
eſſe. & præmiſſa maior in talib⁹ ma
teriis eſt falſa ſecũdum partem, quã
C non declarant homines in ſyllogiſ
mis, qui fiunt in hac arte, vt non in
telligatur falſitas quæ in ea eſt. Ac
ét ex quo ſyllogiſmi boni vtiles in
hac arte ſunt duarũ ſpecierum: aut
ſyllogiſmi qui componũtur ex prę
miſſis, quarum perſuaſio eſt manife
ſta p ſe: aut ex præmiſſis, quarũ præ
miſſæ declarant per alias præmiſſas
ſecum permiſtas: & ſi nõ, non decla
raretur earum laus. Sicq; iam adue
nit neceſſario in hac ſecunda ſpecie,
ꝙ difficilis fiat compoſitio prẽmiſſa
rum, quas regularet regula artificia
lis loco multitudinis præmiſſarum,
& protractio moræ tẽporis, quo oẽs
illæ declarantur, & regulant⁹ regula D
artificiali, & hęc eſt res, qua non fiũt
aſpera opera iudicum, Imo defati-
gant loquentem coram eis, ꝙ eius
ſermo ſit ſimplex nõ amplectẽs on⁹:
ſicut eſt cõſuetudo plebis in hoc. qa
quando fit ſermo, qui nõ eſt talis di-
ſpoſitionis, nõ traderet perſuaſionẽ,
hoc eſt, ꝙ res ſit, aut non ſit, & ꝙ qñ
eſt, ſit laudabilis aut non laudabilis.
Sicq; etiam, qñ faceremus verifica-
tionem p modũ acceptionis ſimili-
tudinis, & perſcrutatum & poſitum
fuerit ſm modũ inductionis, accidit
difficultas, quã deſcripſimus de pro-
tractione moræ & multiplicatione. E
Quando autem hoc ita fuerit, igi-
tur ſyllogiſmi rethorici, qui ſunt
enthymema & exemplum, ſiunt de
rebus, de quibus ſit ſyllogiſmus &
inductio ſimplr. Res aũt illę accepte
ſunt ſm aliam deſcriptionẽ, q̃ ſit de-
ſcriptio, qua accipiebant⁹ in ſyllo &
inductione. Quando aũt ſiunt illę
res ſm deſcriptionem, quæ declarata
eſt in libro Priorum, exemplũ redde
retur inductio, & enthymema ſyllo.
Illa autem deſcriptio eſt acceptio ſyl
logiſmi, & diſcretio præmiſſarum F
paucarum breuium: quia perſuaſio
vt plurimũ fit præmiſſis paucis bre-
uibus, aut præmiſſis, quæ ſunt in vl-
timo manifeſtationis & cautelæ ab
eo quod earum latuerit. Ac etiam ꝙ
illud, quod eſt laudabile in hac arte,
ſit hypotheſis, cuius ſpecies inferens
ferat in id quod infertur. quia quan
do exprimeret homo inferens, & il
latum eſſet, ac ſi mentionem feciſ-
ſet bis de re, & eſſet nugatio appa-
rens, & ſecundum hoc non declara-
retur medio termino per ſyllogiſ-
mũ niſi ſemel, & non experimento,
ſed per vnũ ſiſe, & eſſet ipſe ſyllogiſ-

G mus neceſſario enthymema, hoc eſt imminutus altera ſuarum præmiſſarum. & ideo vocatur enthymema, ex quo altera earum eſt inſinuata: & inductio neceſſario eſt exemplum.

De generibus præmiſſarum huius artis.
Cap. 3.

PRæmiſſæ autem rhetoricæ ſyllogiſmi ſunt neceſſariæ, & hoc in paucioribus. & ſiunt contingentes, & hoc vt plurimum: qm̃ plurimum perſcrutationis vulgaris eſt eius, qđ contingens eſt eſſe cuiuſdam diſpoſi
H tionis: & contingens eſt φ non ſit illius diſpoſitionis. hoc autem manifeſtũ eſt de reb⁹, de quibus eſt deliberatio. & hoc, quia omnes illæ ſunt res factæ ab homine, impoſſibile aũt eſt φ res factæ ab hoſe ſint neq; neceſſariæ fm eſſe, neq; impoſſibiles fm eſſe: concluſiones aũt neceſſariæ ſunt per ſe ex præmiſſis neceſſariis, cõtingentes aũt ex præmiſſis contingentibus. Enthymematũ aũt quędã ſunt, q̃ fiunt ex præmiſſis laudatis ſeu icotibus, & quædam ſunt ex ſignis. Intẽdo aũt per præmiſſas laudatas ſeu icota. eas q̃ non ſũt ſignaſicut φ ex-
I pediat benefacere bonis, & malefacere malis. Per ſigna aũt intendo res q̃ ſignificãt eſſe rei in aliqua re. Et ambæ iſtæ ſpecies præmiſſarũ reperiũtur in materijs neceſſarijs, & contingentibus, hoc eſt icotibus & ſignis: & nõ reperiunt̃ ſolum in contingentibus vt in pluribus. Sed in contingẽtibus æqualiter, & ſunt illæ, quarum proportio ad præmiſſas contingentes vt in pluribus, eſt proportio earum, quæ ſunt vt in pluribus ad neceſſarias, & eſt proportio totius & partis. quia veritas neceſſariarũ eſt magis vniuerſalis q̃ veritas contin- K
gentiũ vt in pluribus: ex quo neceſſariæ ſunt totius ſubiecti. Contingẽtes aũt vt in plurib⁹ non ſunt totius: & ſic etiam proportio contingentiũ æqualiter ad contingentes vt in pluribus eſt talis proportio: hoc eſt, φ contingentes vt in pluribus verificantur de maiori parte ſuoꝝ ſubiectoꝝ q̃ verificent̃ cõtingentes æqualiter. Signoꝝ aũt, quæ accipiunt̃ terminus medius, quædam ſũt, quorũ terminus medi⁹ eſt vniuerſalior minori extremitate, & proprior maiori. Et q̃dam eoꝝ ſunt, quoꝝ eſt vlior ambabus extremitatibus. Et quædã L
eorũ ſunt, quoꝝ eſt proprior illis. Illud aũt, cuius eſt vltior extremo minori & proprior maiori, componit̃ neceſſario in prima figura. qñ aũt ſit in materia contingenti vt in pluribus', eſt illud qđ antiqui vocant ſimile. Exemplũ aũt eius in materia neceſſaria eſt: hæc mulier hẽt lac, ergo iam peperit. in contingenti aũt vt pluribus eſt: talis accingit ſibi gladiũ & congregat hoſes, & non habet inimicũ, ergo vult deficere à rege. Exẽplũ aũt contingentis æqualiter eſt: talis fatigatus eſt: & qui fatigatur febricitat: ergo talis eſt febrici- M
tans. & hoc eſt quod vocat̃ ſimile. Illud aũt, cuius eſt communior ambabus extremitatibus componit̃ in ſecũda figura: ſed non concludit niſi fm apparentiam. exempli gratia in materia cõtingenti vt in plurib⁹, eſt ſermo dicentis: Socrates anhelat frequenter: anhelans aũt frequenter febricitat: ergo Socrates febricitat. quia contingeret φ ambæ hæ præmiſſæ ſunt veræ: & cõcluſio falſa, ex quo contingit, quòd Socra. anhelet frequenter propter eius curſũ. Quia autem

A aũt hoc latuit plures hoſes: qñ ipſi aſpiciũt has præmiſſas veras, ꝙ cõclu dant falſum, putãt propterea ꝙ iam dependeat falsũ ex illis, & intendunt deſtruere præmiſſas. hoc autem difficile fit eis occaſione veritatis illaꝰ, & ꝓpterea hñt perplexi. Illa vero, cuꝰ medius terminus fuerit vniuerſalior ambabus extremitatibus, concludit I tertia figura particulare nõ vſe: ſed in hac arte accipit eius concluſio vſis. Exempli gratia, in mã'ne ceſſaria eſt ſermo dicentis: cũctæ res ſunt in mundi ſphæra: res aũt oẽs ſũt in tempore: tempus ergo eſt mundi
B ſphæra. In contingenti aũt eſt ſermo dicentis: philoſophi ſunt iuſti, quia Socr. eſt philoſophus & iuſtus. Actiones aũt, quę fiunt in tertia figura & ſecũda, appropriantur nomine ſigni. Illæ aũt, quæ fiũt in prima figura, appropriantur nomine probationum. Illa autem, quæ eſt ſecundæ figuræ, eſt proprior nomine ſigni, quam ea quæ eſt tertię: ſicut ea, quæ fuerit in contingenti vt in pluribus, appropriatur nomine ſimilis. Si autem fuerit contingentis æqualiter, appropriatur nomine entymematis ſimilis. ſicq; ex hoc ſer-
C mone declaratum eſt, quid ſint laudatæ ſeu ıcota, & probationes, & ſigna: & quæ ſit differentia inter ea.

Id autem, quod declaratum eſt de orationibus ſyllogiſticis ſecundum veritatem eſt in libro Priorũ: quia ibi declaratum eſt quid ſit ſyllogiſmus, & quot ſint genera orationum ſyllogiſticarum, & de ſingulis eorum declaratum eſt quis illorum ſit ſyllogiſmus, & qui non ſit ſyllogiſmus.

De exemplo. Cap. 4. D

EXemplum vero iam declarauimus in his ꝙ præmiſſa ſunt, ꝙ ſit inductio quædam. Sed differt ab inductione, quia non procedim⁹ in eo ex particulari ad declarationem rei vſis, ſicut procedimus in quibuſdam ſpeciebus in ductionis: neq; ex vniuerſali ad articulare, ſicut procedimus in aliquibus ſpeciebus inductionis. & hoc, qñ declarauimus in vniuerſali, quod conſtituimus per inductionem aliud particulare Prętet particularia, quorum inductione cõſtituimus ipſum vniuerſale. Et conuenit ſecum, quia procedit ex particulari ad particulare pp connexionẽ eorum in re vniuerſali. Qñ aũt coniunxerimus ambas res ſimul in inductione, hoc eſt, ꝙ procedamus in ea ex particulari ad vniuerſale, & vlterius ex vniuerſali ad aliud particulare: hoc quidem opere proceſſimus ex particulari ad particulaꝝ mediãte ipſo vñ, ſicut eſt diſpoſitio exẽpli. qm in exemplo procedimus ex particulari ad particularem pp eoꝝ conuenientiam in re vniuerſali qñ enunciatio tranſlata ab vno illorũ duorum ad alterum reperit⁹ in particulari notiori, propter illud vniuerſale: aut putatur ꝙ reperiatur in eo propter illud. Si autem non, nõ verificaretur tranſlatio ex particulari ad particulare: niſi eſſet ibi vniuerſale propter quod eſſet eſſe illius enunciationis ī particulari notiori. Exemplum autem eius, quod inductione accidit ex hoc, hoc eſt: quando tranſlatio fuerit ex particulari ad particulare media tranſlatione ad vniuerſale, eſt, vt ſermo eius, qui dixerit: Heus rex, ille talis quærit eſſe

Quo pacto differãt, ac conueniãt exẽplum, & inductio.

G de numero repoſitorum vaſorũ tui vſus, qui iam fuerat de numero tuorum inimicorũ: ideo nõ tradas eum illi, quia ille verſutia vtitur: vt extenderet manum in regem: qm̃ talis, petierat hoc ex tali rege, & talis ex tali rege, & noluerunt aſſentire illis timore ne dolo interficiat ſuum regẽ. Ille.n. qui dixerat hunc ſermonem, iam poſuerat tranſlationem ex particulari ad particulare mediante vniuerſali, quod eſt, ꝙ quicunq, fuerat de numero inimicorum regis quarẽs ingredi repoſitionem vaſorum vſus regis, intẽdit ipſum dolo interficere. Niſi quia, licet non ſit manifeſtum in hoc vniuerſali, quod deſcriptum eſt in anima in potẽtia ipſum opos tranſlationis ex particulari ad particulare: quando tamen tranſlatio eius ſecundũ cogitationem fuerit ex maiori parte particularium eſſet indoctio. ſi autem ex vno illorũ aut ex minori parte, eſſet exemplũ. Sufficiat autem hic oratio de his rebus, quibus dicantur ipſa exempla.

H

De Enthymemate. Cap. 5.

I SErmo vero de differentia enthymematum ex parte rerũ, ex quibus fiunt eſt profundus & latens: & eſt maxime neceſſitatis, vt declarabimus hic, Cauſa autem eius profunditatis eſt, quia enthymemata fiunt in omnibus decem prædicamentis, ſicut fiunt ſyllogiſmi topici. Sed quædam enthymemata ſunt. quæ fiunt in materijs artium: ſicut ſunt enthymemata, quæ fiunt de rebus vniuerſalibus, & particularibus in arte medicinę, & in aljs artibus. Hæc autem conuenit ꝙ fiant in his artibus ſecundum modum faciendi demonſtrationes in illa arte, non ſecundum modum, quo facit ea Rhetor in materia, cui appropriatur Rhetorica: licet ꝙ ferret in illa eam partẽ Rhetoricæ, & reliquas res, quibus fiunt orationes rhetoricæ. Et ex his rebus, conuenit ꝙ numerent in hac arte res, quæ ſunt differentiæ enthymematum: non ex illis rebus, quas contineret ars. Quanto autem maioris communitatis fuerit oratio, tanto maioris conuenientiæ fuerit: vt ea vtatur in pluribus rebus, quanto autem minoris cõmunitatis fuerit, conueniens ot fuerit vt ſit pars artis appropriatæ. & ideo loca magis cõmunia ſunt q̃ ſyllogiſmi rhetorici, & ſyllogiſmi topici. Et hæc loca reperiuntur communia rebus logicis, & naturalibus, & moralibus: hoc eſt arbitrariis. & hoc ſicut ſũt loca à maiori, & à minori: quæ numerãtur in ſecundo libro Topicæ. & hoc, quia ex his locis non fiunt ſyllogiſmi in reliqua harum trium artium quarum meminimus. ſed in cauſis, ex quo non fiunt ipſamet, ſed earũ vis eſt ea quę ſit. Species vero ſunt ipſa præmiſſæ, propriæ ſingulis artibus particularibus, ſicut ſunt præmiſſæ ex quibus fiunt ſyllogiſmi de rebus naturalibus: & non fiunt ex eis ſyllogiſmi de rebus moralibus, neq; ex his, quæ ſunt moralium, fiunt ſyllogiſmi de rebus naturalibus. Quando autem res ita fuerit, igitur ex ipſis locis non conſtruitur ſyllogiſmus in aliqua determinata arte: ex quo id quod formatur, eſt commune pluribus, q̃ ſit vna ars, Species vero ſunt, ex quibus conſtruuntur ſyllogiſmi, ex quibus componitur ars, quæ ſpecies ſunt illi proprię. Sed ſpecies, quarum intentio noſtra eſt me

K

L

M

miniſſe

A miniſſe in hoc libro, non ſunt ipſæ præmiſſæ veræ. quia ſi ita eſſet, tunc ſyllogiſmi, rhetorici eſſent veri ſyllogiſmi, & non eſſet ſyllogiſmi topici, & eo fortius rhetorici. Enthymemata autem, quæ fiunt in hac arte, vt plurimum conſtruũtur ex his ſpeciebus, quæ appropriatæ fuerint ſingulis tribus generibus oratoriæ: & ei quod vniuerſale fuerit ipſis tribus generibus, quæ poſtea definientur. Iam autem expedit, vt fiat de his rebus, ſicut factum eſt in libro Topicę, & ſicut facta eſt tibi mẽtio de ma
B terijs rerum topicarum diuiſis p loca & ſpecies. ſic expedit ꝙ diuidam⁹ hic res, ex quibus fiunt enthymemata in loca & ſpecies. Species autem ſunt ipſæ præmiſſæ vniuerſales, quæ fiunt in ſingulis artibus. Loca autẽ ſunt præmiſſæ vniuerſales, quæ; particulares fiunt in ſingulis artibus. Expedit autem, ꝙ primo loquamur de his ſpeciebus: deinde vlterius de ipſis locis & hoc, quando primo inceperimus, & definiemus genera rerum appropriatarum huic arti, hoc eſt, generi ſubiectorum huius artis ſibi appropriatorum. quando autẽ
C eam definiuerimus, tunc incipiem⁹ numerationem fundamentorũ ſingulorum ipſorum per ſe.

De triplici genere cauſarum. Cap. 6.

REperta autem ſunt genera rerum, quas ſpeculatur Rhetorica ex rebus arbitrariis, eſſe tria gña: ſicut tres reperiuntur ſpecies audiẽtium orationẽ rhetoricam. & hoc, quia locutio ex tribus connectitur: ex loquente qui eſt orator: & ex eo, cui fit ſermo: & ex eis, quibus expedit oratio, qui ſunt audientes. Finis aũt orationis flectit ex omnibus his ad audientes. Audientiũ, aũt indu- D
bitanter eſt aut ipſe litigans, aut iudex, aut ille, cui intenditur tradi perſuaſio. Iudex aũt aut iudicat de reb⁹ futuris, quæ sũt ipſæ vtiles & noxiæ: aut ex his ꝙ iam ſunt: quarũ quædã inſunt homini ſuo arbitrio, illæ aũt ſunt virtutes & vitia: & quædam inſunt homini ſine ſuo arbitrio, ſed ex alio homine, ꝙ ſunt ſicut iniquitas & iuſtitia. Iudex aũt tex futurax eſt princeps. iudex vero rerũ præſentiũ eſt ille. quem præpoſuerit ipſe princeps: ſicut eſt iudex harũ noſtrarum regionum Litigator vero litem habet vi rei rhetoricæ. Sicꝙ; ergo tria E
ſunt genera orationis rhetoricæ, videlicet, Deliberatiuum, & Iudiciale & Demonſtratiuum. Enthymema vero deliberatiuum quoddã eſt ipſa permiſſio, & quoddã eſt ipſa prohibitio. & hoc, quia oĩs conſulens ſiue conſulat vni homini ciuitatis de eo quod ſibi proprium fuerit, aut cõmunitate hominum ciuitatis de eo, quod ſibi fuerit commune, ſemper conſulit oratione; quæ eſt perſuaſio & diſſuaſio. Perſuaſio autem eſt oratio deliberatiua, qua intenditur perſuaſio, ꝙ res expediat ꝙ fiat. Diſ- F
ſuaſio vero eſt oratio, qua intẽditur perſuaſio, ꝙ res expediret ꝙ nõ fiat. Et iam ſub his ingreditur præceptum, & inhibitio, & increpatio, & reconciliatio. hæc autem non differunt niſi deſcriptione loquentis, & eius cui fit ſermo. Quia præceptum eſt, quòd oratio fiat à principe ad inferiorem. Si autem fieret ab inferiori ad principem, eſſet ſupplicatio. Iudicialis vero orationis ſunt etiam duæ ſpecies: accuſatio, & defenſio criminis. Defenſio autem criminis eſt quælibet

G oratio,qua intendit ꝙ illud, qđ quis piam feciſſet, eſſet bonū expediens cuidam, aut ꝙ proueniēs non fuerit malū, aut ꝙ non prouenerit ab illo neq; bonū neq; malū. p accuſationē vero intelligit oro, qua intendit ꝙ quidā fecerit contrariū illaꝝ rerum prædictarū. Increpatio aūt ingredit ſub accuſatione. Demonſtratiuæ vero orationis ſunt dnę ſpecies, aut laꝰ, aut vituperium. Laus aūt eſt oratio, qua fit perſuaſio, & res arbitrariæ hominis, de quo loquitur, ſint bonæ, de quibus fit perfectio ſuæ alæ. Vituperiū aut eſt oratio, qua tradit ꝑſuaſio ꝙ res arbitrariæ hoīs, de quo loquitur ſint malæ: de quibꝰ eſt defectus aīæ ſuæ: & ꝙ tempus appropriatū reb⁹, de quibꝰ eſt cōſiliū ſit tps futurū: qm̄ hō conſulit hoī de rebꝰ priuatis. Tps aūt ꝓpriū rebus iudicialibus, eſt tps ꝑteritū: qm̄ hō conqueritꝫ in rebus, ꝙ iā peruenerunt. Si aūt cōqueritꝫ de rebꝰ, ꝙ timet ne proueniāt ab eo, de quo conqueritꝫ, hæc ꝙrela eſt ad modū conſilij de eo, qđ ad id expediret. ſicq; ét accidit, ꝙ ſit cōſiliū de rebꝰ ꝙ iā fuerūt, ſed ex parte qua timeret eas, qm̄ aūt accuſatio ſit de vna re non ꝓpaliā, ſemꝑ ſit de re ꝙ iā accidiſſet. Rei vero demonſtratiuaꝝ conuenientiſſimū temporū eſt ipm tps præſens: hoc eſt proximū huic inſtanti, qm̄ hoīes laudant & vituperāt res, ꝙ inſunt ꝛpe laudis & vituperij ipſi laudato & vituperato. Aliqm̄ aūt laudaret quaſdā earū per modū ex induſtria ad augendū virtutes laudati, & eius vituperū de rebus, quarum innouationem timet inde euenire, aut quarum innouationem ſperaret, & permiſceret laudi conſilium ad laudatum per operationem illarum rerum.

De fine ſingulorum generum cauſarum. K

Cap. 7.

FInes autem harum orationū ſūt tres, trium orationum. Orationis quidem deliberatiuæ finis eſt ipſum expediens & noxium, quoniam qui conſulit, perſuadet expedient, & id quod expedientius eſt: & diſſuadet noxium aut nocentius. Orationis vero iudicialis finis eſt iuſtitia & iniquitas. Finis autem orationis demonſtratiuæ eſt virtus & vitium. & ſi vnus iſtorū vteretur fine alterius, hoc non eſt fm primam intentionē, ſed propter finem ei propriū. exēpli L gratia, qm̄ conſulens ſeu deliberans tradit perſuaſionem, ꝙ hæc ſit iuſtitia aut iniquitas, vt perſuaſione conſulat vtilitatem illi, quæ eſt iuſtitia, & diſſuaſione id quod ſit inique, p id damni, quod ineſt iniquitati qđ timet. Et ſic etiam vteretur virtute & vitio. hoc eſt ex parte eiꝰ vtilis aut noxii, quod ei aduenīret. Quando autem horum trium finium ſinguli appropriant ſingulas harum orationum, hoc eſt ex parte, qua ſunt fines fm primam intentionem, definitiones diſtinguentes ſingulas harū trium orationum ſunt differentiæ, M quæ traduntur de eis per hos fines. ſignificat autem ꝙ hi fines ſint proprij ſingulis horū trium generū orationum. quia quando perſuadetꝫ de eis per finem alterius generis, aliqñ nō fit aduerſario obiectio & deſtructio per hoc, ſed plurimum ꝙ aſſentiretur ei hoc, non aſſentiretur ei finis illius orationis, qui eam appropriaret. Exempli gratia, quia quādo argumētās argumentaretꝫ, ꝙ quiſpiā accepiſſet bona cuiuſdam, ille autē nocuerat ei, aliqñ aduerſarius aſ-

ſentiret

A ſentiret huic ꝙ fuerit, ſed non aſſentiret ei, ꝙ acceptio ſuorum bonorũ fuiſſet iniquitate. Deliberatiuus autem aſſentiret ei, ꝙ agens illud contingens ſit iniquus: ſed non aſſentiret ꝙ ſit nocens. Occaſione autem ingreſſus horum finium in ſe inuicem multotiens accidit conſulibus, ꝙ conſulant de rebus noxijs ſophiſticè: ex eo ꝙ ſint iuſtitiæ, aut ꝙ nõ ſint iniquitatis: ſed non concederet ꝙ ſint noxiæ: ſed aliquando vtunt ve: ſutia in argumentatione ad eſſe ipſarum actionum in illis. Exẽpli gratia, quia conſulunt ferre mortẽ
B in bello, & non fugere: ex quo fuga iure eſt iniquitatis. Et ſic quando ali qui viri cogerent quoſdam homines, & dominarentur eis, conſulens aliquando conſuleret eis, ne doleãt ea vi, quia non eſſet iniquitas: & ali quando putatur de ea, ꝙ non ſit illis noxia. Sicq; etiam qui laudat, aſſentiret ꝙ res noceat. ſed argumentatur ꝙ ſit virtus, ſicut qui eriperet homi nem à morte, & cognoſceret ꝙ ipſe moreretur eripiens illum hominẽ, iam aduerſarius aſſentiret, ꝙ mors noceret: ſed oſtenderet ꝙ ſit virtus. ſic aliquando ſophiſtice laudaret vi
C tium, ex eo quod ſit vtile. ſed non cõcederet, ꝙ ſit vitiũ: immo argumentaretur de eo, ꝙ ſit quædam virtus, occaſione vtilitatis quæ eſſet ei. Sicque ergo ſingulæ harum orationũ vtuntur ſine reliquæ earum per accidens. & ideo hęc non eſſet obiecto in ipſam: ſed abſq; dubio eſſet obiecto in finem illius, quando autem vna vtitur ſine alterius, eſt ſophiſtica. Ex quo autem hæc ars eſt ſyllogiſtica, notum eſt ꝙ oporteat ꝙ in ea ſint præmiſſæ. Suæ autem præmiſſæ ſunt tres, quas narrauimus, icota, & probationes, & ſigna. & hoc, quia D
ſyllogiſmus ſimpliciter fit ex præmiſſis abſolutis: ſyllogiſmus autem proptius ſingulis artibus fit ex præmiſſis propriis. & ideo enthymema eſt ſyllogiſmus compoſitus ex his ꝑ miſſis, quarum meminimus. Quoniam autem primo expedit ſcire de diſpoſitione rei, de qua eſt conſiliũ ꝙ ſit contingens, quoniam res impoſſibiles non poſſunt fieri, neq; in præſenti, neq; in futuro: & ideo non caderet in ipſam conſilium. Sicque etiam indiget duobus reliquis gene
ribus huius artis, hoc eſt, ꝙ primo E
dignoſcatur ꝙ res iam fuerit, & acciderit, hoc eſt de genere demonſtratiuo, & genere iudiciali. Sicq; igitur impoſſibile eſt huic artifici, quin ſint apud ipſum præmiſſæ, quibus traderet deliberatiuo perſuaſionem ꝙ res ſit poſſibilis vel impoſſibilis, & ꝙ fuerit aut non fuerit in iudiciali aut demonſtratiuo, vltra præmiſſas, quibus declararent tres fines illos. iterum ex quo non ſufficeret rhetoricis adhuc ex eo ꝙ thetoricæ ſunt laus in demonſtratiuo, & perſuaſio, & diſſuaſio in deliberatiuo, & accuſatio & defenſio in iudiciali, ſed in F
tendunt ꝙ conſtituant cum hoc, ꝙ res, quæ expediat aut ſit mala, ſit magna aut parua, vilis aut nobilis, decꝰ aut dedecus, & hoc aut ſimpliciter, vel in comparatione. hoc eſt, ꝙ ſit maior & nobilior, aut econtra. Notum itaq; eſt, ꝙ expediat ꝙ apud oratores ſint præmiſſæ, quibus conſtituant ꝙ bonum aut malum ſit, magnum aut paruum, vile aut nobile, decorum ei cui attribuitur aut dedecus. Hę itaq; ſunt omnes ſpecies premiſſarum quibus vtitur hæc ars.

De

G *De præmiſſis propriis amicis q̃ generi communibus, & primo de propriis deliberatiuis. Cap. 8.*

POſtquam autem iam declaratũ eſt hoc, conuenit quòd incipiamus numerationem præmiſſarum, quibus appropriantur ſingulæ tres intentiones. Ieramus autem primo ſermonem de numeratione præmiſſarum deliberatiuarum. deinde ſecũdo de demonſtratiuis. rurſus tertio de iudicialibus. Primum autem, qđ expedit ꝙ ſpeculemur de diſpoſitione rerum, de quibus datur conſiliũ,
H eſt quid ſit bonum de quo conſuliẽ quia non eſt conſilium de omni bono, ſed de bonis, quæ poſſunt eẽ aut non eſſe de bonis autem, quorum eſſe & non eſſe eſt ex neceſſitate, nõ fit conſilium. Neq; etiam fit conſilium de oſibus bonis contingẽtibus quia ſunt hic quædam bona poſſibilia, quorum eẽ eſt ex natura: ſed de bonis quæ noſtra eſt ꝙ ſint aut non ſint. & illæ ſunt res, quarum principium eſſendi eſt per arbitrium, & voluntatem. & ex his etiam de ea cuiuſ eſſe aut non eſſe ſit conſequens
I noſtram opinionem & operationẽ vt in pluribus. Illæ aũt, quæ accidũt ex opinione fortuitu & in pauciori-bus, non ſunt in pluribus, ex quibus conſulitur: niſi quando non eſſet aliud genus. Significatur autẽ, ꝙ conſiliũ ſit de his rebus. quia homo primo ſpeculatur rem, quam intendit operari, an ſit poſſibilis vel impoſſibilis. Deinde ſi fuerit poſſibilis, per quam rem fuerit poſſibilis, & qualit ſit poſſibilis. Qñ autem fuerit hoc declaratum ei, incipit perſcrutari de illa. Si aũt declaratum eſſet ei ꝙ illa ſit impoſſ., dimitteret eã. res aũt, de quibus conſulimus, ſunt hæ. de qui- K
bus eſt opinio. Sicq; iam declaratũ eſt ex hoc ſermone, qđ ſit bonũ de quo conſulimus, & per quam rẽ fit: & illæ ſunt res voluntariæ, quarum initium eſſendi eſt à nobis: non res neceſſariæ, quarum eſſe non eſt noſtra: & largitio differentiæ perfectę inter res voluntarias & non voluntarias. Verificationis aũt numeri ſuarum ſpecierum & notitiæ quiditatis ſingularum earum ſm vltimũ eius, quod ſuæ naturæ eſt, ꝙ cognoſcat, nõ eſt huius artis tradere ipſius adeptionem ex notitia rerũ voluntariarum: ſed hoc intereſt Philoſophiæ, L
quæ excedit hanc & formatione & verificatione. & p̃miſſæ, quibus vtit, ſunt magis veridicæ & veriores q̃ iſtæ. & hoc, quia non intẽdimus hic ſcire ex iſtis rebus res eſſentiales eis ꝓportionatas, ſed res famoſas. Qñ aut diſpõ harum rerum fuerit ſicut narrauimus, iam declaratum eſt ex hoc ſermone, ꝙ quicquid diximus de partibus huius artis, ſit verũ: hoc eſt, ꝙ ipſa ſit compoſita ex ſcientia Logicę, & ſcientia Morali & ꝙ in ea ſint res topicæ, aut ſimiles rebus topicis: ac ẽt ſophiſticæ, aut ſimiles ſo- M
phiſticis. Res aũt, q̃ ſunt plurium artium, ſi fiãt partes vnius artis, fit qñ accipiunt oẽs ſm modum & diſpõnent, qua iuuent & expediant ad intentionem illius vnius artis, & dejciuntur ab eis diſpõnibus quibus differunt, hoc eſt res, de quibus non eſt adiumentum ad intentionem illius vnius artis. Qñ aũt hoc ita fuerit res morales redeunt, vt procedat circa eas in hac arte, qua intendere faciũt modum locutionis & orationis. Sũt aũt artis moralis, qua ſunt vnũ entium, quorũ ſciam intẽdimus. Ex re-

bus

A bus nãq; topicis & ſophiſticis procedit in hac arte: qua id quo vtit hæc ars, eſt id qđ eſt prius in prima notitia hominis, non qđ eſt remotum à notitia plebis: ſicut vtitur notitia ſyllogiſmi per ſyllogiſmum notũ vulgo, quod eſt exemplũ & enthymema. Sicq; & eſt diſpõ rerum ſophiſticarum. vtit. n. eis quatenus cõſueta eſt vſus earũ apud vulgus: ſicut ſunt loca ſimplr & ſm quid, & cætera, quibus ex ſe vulgus vtitur. Illa au eẽ differt ab his, quo ad menſurã ſpeculationis. fiſt differt & quo ad menſurã ſpeculationis huius artis de re-
B bus voluntariis à ſpeculatione, quæ fit de eis in ſcia Morali, hoc eſt, quia illa ſpeculat res voluntarias ſpeculatione, quæ fit hoĩ ſm ipſam notitiã: & dimittit gſectionẽ ſpeculationis hmõi ſciæ Morali. Res aũt, de quibus conſulit Orator, quædam ſunt, de quibus conſulit hoĩbus ciuitatis ſm eorum communitatẽ: & quædã ſunt, de quibus conſulit vni hoĩ illi⁹ ciuitatis, aut cuidam particulari cõitatu eorum. Res vero, ex quibus fit conſilium de rebus magnis rerum ciuitatum, ſunt prope numerũ qui-
C narium. Quarum vna eſt traditio conſilii ad aggregationem diuitiarum, quæ theſaurizantur ciuitati. Secunda autem eſt conſilij ad bellum aut pacem. Tertia autẽ eſt traditio conſilii ad cuſtodiam ciuitatis ab his quæ extrinſecus in ipſam deſcenderent. Quarta aũt eſt traditio conſilii de eo, quod ingreditur ciuitatem, & exit ab ea. Quinta aũtem eſt traditio conſilii ad expeditionẽ legum. Illa quidem, quæ conſulit de aggregatione diuitiarum, indiget ſcire tres res. Quarũ vna eſt, ꝙ cognoſcat fruges ciuitatis quæ ſint: hocẽ, an ſint plãtę, aut alialia aut mi D
neralia aut oẽs hæ, aut duę earũ: vt ſi deficeret aliquid ex nobiliori earũ ad aggregationem diuitiarum, conſuleret ad augendum illam. Secunda eſt, vt ſciat cum hoc omnes exitus illius ciuitatis. Tertia autem eſt, ꝙ cognoſcat ſpecies hominum, qui ſunt illius ciuitatis. vt ſi ſit ex eis aliquis homo futilis: & eſt ille cui non ineſt virtus: aut ocioſus, cui non eſt ars, conſulat expellere illum ex ciuitate. & ſi eſſet ibi aliquis magnarum expenſarum vltra ſtatutum modeſti, aut vltra neceſſarium, cõſulat excerpere ab eo exceſſum illorum bonorum, quoniam non fiunt diuitiæ E
per ſolum augmentum bonorum, ſed etiam per imminutionem expẽſarum. propterea prouerbio dr imminutio expenſæ eſt fortuna ditãs. Ex neceſſariis aũt eſt quiditas iſtarũ rerum & menſura indigentiæ earũ conſtaret Oratori id quo indigeret, ꝙ conſuleret de ſingulis harum rerum, & non indigeret traditione cõſilij ad augendum plantas, ꝙ ſit agricola, neq; animalia ꝙ eſſet armentarius, ſed ſufficeret ei eius notitia ſm F
menſuram indigẽtiæ earum ſed indigeret & ipſe eum hoc, ꝙ cognoſcat conſuetudinem præcedentẽ de his rebus, & quid ſit de eis apud homines. Conſulens vero ad bellum De bello & pace,
aut ad pacem, indiget ꝙ ſciat vim eius qui propugnat, & vim eius quẽ propugnaret, & mẽſurã rei puenientis per bellũ, ſit ne parua vel magna. & quæ ſit diſpoſitio ciuitatis, ſit ne aperta aut accinta fortibus mœniis. & plebs inhabitãs eam, ſit ne debilis aut robuſta, pauca vel multa: hocẽ, an menſura illorum ſit, qua poſſet eos debellare, aut ſua menſura non

Conſultatio de aggregatio ne diuitiarum.

ſit

G fit talis menſura. Et an ſit ſecundum deſcriptionem, qua bellum ſit poſſibile eis nec ne. Et quòd ſciat cũ hoc parum bellorum præcedentiũ, vt deſcribat illis qualiter pugnarent ſi eis conſuleret bellum, & paruifaceret in eorum conſpectu diſpoſitionem bellorum. aut notificaret eis quid perditionis & mortis ſit in bello, ſi conſuleret eis omittere bellum. Indigeret etiam, vt cognoſceret nõ ſolum diſpoſitionem hominum ſuæ ciuitatis, ſed etiam diſpoſitionem ſuarum circunſtantiarum ſuorum mercatorum & ne-
H gociatorum: hoc eſt, qualis ſit ſua diſpoſitio de his rebus. & ſua diſpoſitio cum ſuis inimicis ex victoria & depreſſione ab eis: quia hinc acciperet præmiſſas expedientes ad traditionem conſilii de illis ad bellũ vel pacem. Indigeret etiam cum hoc ꝙ cognoſceret bella notãda ex exactis bellis, & ꝙ ſciat diſpoſitionem copiarum, ſint ne ſimiles robore, & fortitudine, & opinione, & bono decreto, ſingulis earum ſpecierum, ex cõſtantia ſingularum partium belli, hoc eſt, quòd ſint cõſimiles ad hoc.
I quia aliquando eſſent multi & excedentes, ſed non eſſet in eis idoneus ad bellum aut ad partem belli, qua poſitum eſt ꝙ conflet. Et cum hoc viſi ſunt ſibi ꝙ non ſpeculetur id ad quod conduxerit ſi um bellum, ſed etiam in quod conduxerint bella reliquorum hominum præcedentiũ, qui fuerunt eis conſimiles. quia ex ſimili accipitur iudicium de conſimili: hoc eſt, quia ſi bella conſimilia ſuo bello conduxiſſent ad perditionem & mortem, conſulat pacem. ſi vero conduxiſſent ad victoriam, cõſulat bellum. Ad cuſtodiam ve-

De ciuitatum cuſtodia.

ro ciuitatum indigeret conſulẽs de K
cuſtodia, ꝙ ſciat qualis ſit cuſtodia ciuitatum, & quæ ſit menſura cautelæ neceſſariæ ad cautelam ſingulorum eorum, quæ nouiter fierent: & quot ſint ſpecies cuſtodiæ. Et cum hoc cognoſcat loca quorum cuſtodia ſit potentum, qui vocantur ipſi ſeniores. & ſi cuſtodia illorum locorum fuerit pauca, adderet ei, & ſi eẽt in ciuitatibus aliquis qui indignus eſſet ad cuſtodiam, qua non intenderet intentionem cuſtodiæ ciuitatis, ſed intentionem propriæ perſonæ, expellat illum. Et expedit ei, ꝙ valde cuſtodiat loca latentia, hoc eſt L
in quorum cuſtodia eſt magna vtilitas. Et ſi nouerit hæc, poſſibile eſt ei ꝙ conſulat cuſtodiam, modo peritus ſit in ciuitatibus quarum cuſtodiam conſuleret. Ad traditionem vero conſilii de alimentis domus, & reliquarum rerum neceſſariarum, quibus indiget ciuitas. Conſulens itaq; indigeret ſcire ſuam mẽſuram, & ex quot illarum aleretur ciuitas, & quot earum ſint quæ reperiuntur in ciuitate tempore præſenti, & an introiuerit ciuitatem quod M
ſufficiat ei, & ſeruatum ſit, aut non introiuerit eam. Et quæ ſint res, de quibus conſuleret ꝙ extrahantur à ciuitate, & eſt id quod ſuperaret hominibus ciuitatis: & ꝙ ſint res quas expedit ingredi eam, & ſunt quę defecerint à neceſſariis, vt eis conſiliũ quo vteretur, eſſet tale. quoniam iã indigeret qui cuſtoditet ſuos concitesduabus rebus: quarum vna eſt locus ſtudioſorum: & ſecũda eſt locus diuitum, qui ſunt ꝓpter ſtudioſos. Et vniuerſaliter cuſtos ciuitatũ indigeret, ꝙ cognoſcat omnes has quinque ſpecies ad ſuã illarũ cuſtodiam.

De alimentis.

A diam. Speculatio vero de impoſi
e impoſi tione legum, & traditio conſilii de
ſcle legú· eis, non eſt parua ad rem ciuitatum:
quoniam ciuitates legibus permanent pacificæ, & ordinantur in ſuo eſ. Et ideo expedit agricolæ, vt ſciat, quot ſint ſpecies regiminum ſeu politiarum, & quæ lex expediat ad ſingulas politias, & quæ lex ſit inutilis, & quibus hominibus deceant ſingulæ leges, & ſingulæ politiæ, & quib⁹ hominibus non deceant. Et ꝙ ſciat res quibus eſt timendum, ne proueniat corruptio ciuitatis. & hoc, aut
B ex contrariis ab extra, aut ex hominibus ciuitatis: quoniam reliquæ ciuitates vltra ciuitates laudandas, timent leges ſibi impoſitas. & hoc, qñ lex eſſet exceſſiuæ debilitatis & imbecillitatis, aut exceſſiuæ vehementiæ ſiue fuerit per opinionem, aut p vſum aut per actionem. & hoc, quia de politię diſpoſitione, quæ libertas ſeu nobilitas dicitur, manifeſtū eſt, ꝙ propter hanc diſpoſitionem multos trāsferat ad primatum viciorū, hoc eſt, primatum voluptatum, aut primatum diuitiarum. Id autē qd dixerunt, manifeſtum eſt apud nos ex diſpoſitione politiarum: quarum
C hiſtoriæ peruenerunt ad nos. Non peruenirent autem diſpoſitio huius politiæ, hoc eſt politiæ nobilitatis ad politiam vilium propter imbecillitatem legum & earum debilitatem ſolum, & ſi hæc ſit maior pars: ſed ꝓpter exceſſum. quia plures res quando excederent, deſtrueretur ſuum eſſe: ſicut deſtrueretur ſuum eſſe per debilitatem & imminutionem. exempli gratia: quia ſimitas quando excederet & profundaretur prope eſſe, ꝙ putaretur, ꝙ non eſſet ibi naris: quando autem non eēt exceſſiua, propinqua eſſet æqualitati. D
Et indigeret cum hoc, ꝙ ſciret leges quas impoſuiſſent plures homines: & profecerint eis in ſingulis politiis famoſis, & ſingulis nationibus, vt vteretur ea, quæ ex illis proprie expediret, & nationi cui propria eſſet. Et ideo notum eſt, quòd notitia legumlatoris de complexionibus hominum, & eorum moribus & conſuetudinib⁹ ſit ex his, quæ expediūt ad regimen legum. quia hinc poſſile eſſet, ꝙ imponat leges vtiles ſingulis nationibus diuerſarum naturarum. Corruptio vero, quę extrinſecus aggreditur ciuitates, hoc eſt ex E
inimicis, eſt res per ſe manifeſta. Iā autem plures homines ſcripſerunt modos, quibus ſignificatur victoria inimicorum: & modos, quibus caueamus eos. & ex his rebus aſſumerentur præmiſſæ, quibus conſuleret hominibus ſuæ ciuitatis de cuſtodia ab inimicis. Illud autem, quod diximus de legum impoſitione, & quibus earum lator indigeat, eſt ſcientiæ Moralis, non ſcientiæ Rhetoricæ. hic autem memiuimus de eis, quantum ſufficit huic arti. Hæ itaq; ſunt maximæ res, de quibus conſu-
F les conſulere ſolent hominibus ciuitatum: & ex eis eſt ſignificatio rerū, de quibus conſulerent ſingulis hominibus. Nos autem loquamur modo de rebus, ex quibus fit perſua ſio & diſſuaſio ſingulis hominibus. & primo incipiamus de enunciatione rerum, propter quas conſules cōſulerent & eis perſuaderent, aut eorum contrariis diſſuaderent. Et putatur ꝙ ſingulis hominibus ſit quidam affectus & deſyderium naturaliter ad bonum, quo omnes ꝓpter ſe ipſum appetunt, & de eo conſu-

De quib⁹ rebus perſuaſio fit ac & diſſuaſio.

lunt

G lunt alios, abſq; q vllus eorum ſcias quid ſit hoc bonum: & prædigũt ipſum, & cupiunt ipſum præ aliis. qñ autem aliquis homo ſterrogaretur de illo, reſponderet reſponſio extollente eius naturam: ſed apud ſingulos eorum eſt ſuum eſſe ſolum. Qñ autem ſinguli eorum interrogaren tur, quid ſignificat ſuum nomen? reſponderet alio reſponſo ab eo, quo reſponderet alius. omnes autem eli gunt ipſum occaſione huius affectus, ei naturaliter ineziſtẽtis apud omnes. Hoc bonum vniuerſaliter
H eſt ipſa bonitas diſpoſitionis, & partes bonitatis diſpoſitionis. Et ideo cõuenit, quòd primo diſtinguam' quid ſit bonitas diſpoſitiõis vniuerſali oratione: deinde diſtinguamus ſuas partes, & numeremus ſua contraria, & res, de quibus ſit perſuaſio & diſſuaſio: & ſunt res vtiles bonitati diſpoſitionis aut vtiliores, & noxiæ ſeu magis noxię. His enim perficitur nobis ſermo de rebus, ex quibus componuntur orationes delibe ratiuę, quæ fiunt cum omnibus hominibus. Qui autem loquuti ſunt de hac arte, non fuerunt loquuti de
I his rebus, niſi de his, quę currunt ad modum rerum vniuerſalium: ſicut eſt quod ipſi dixerunt quòd expediat Oratori quòd magnificet rem paruam, quando vellet extollere illam: & paruifacere rem magnam, quando vellet vilipendere eam, & quòd non expediat ei, quòd perſuadeat de rebus quæ corrumperẽt bonitatẽ diſpoſitionis, & de rebus quæ impedirent bonitatem diſpoſitionis, aut transferrent bonitatem diſpoſitionis ad ſuum contrarium, & non dicunt quę ſint res, quæ inferrent corruptionem bonitatis diſpoſitionis, aut ipſam impedirent, aut K eam transferrent in ſuum contrarium. Bonitas vero diſpoſitionis eſt conueniẽtia actionis cum dignitate & longeua ętate, & vita decora & delectabili, cum ſanitate, & amplitudine diuitiarum, & decore diſpoſitionis apud homines cum adeptione rerum tuentium has res, & efficientium eas. Teſtatur autem quòd hęc ſit deſcriptio bonitatis diſpoſitionis, id, quod famoſum eſt: quia omnes homines ſibi videntur quòd bonitas diſpoſitionis ſit huiuſmodi aut aliqua res quæ ſit quaſi hoc. I Quando autem bonitas diſpoſitionis hæc fuerit, partes eius ſunt gloria genologiæ ſeu proſapiæ, & multitudo fratrum & filiorum, & diuitiarum, & decus actionum & honorum, & decens ſenectus. Dignitas autem corporis in diuitiis eſt, quòd ſit eius negociatio circa bona venditione & emptione. Decus vero diuitiarum eſt earum vſus, qua delectaretur eo. Appoſui autem diuitiis hanc clauſulam: quoniam magis expedit homini vſus diuitiarum quã eius acquiſitio: quoniam acquiſitio
M eſt efficiens diuitias, vſus vero eſt ipſarum met diuitiarum in ſe. Decus vero actionis ſecundum decentem opinionem, eſt id, quod omnes putant laudabile: & eſt illa, qua acquiritur res: quam apperunt plures indubitanter: aut meliores homines, & diſputatiui, & diſpoſitiui. Honor vero in hac noſtra ætate eſt prouidẽtis decus actionis. Hominum autẽ, quibus eſt bona prudentia, ille eſt ipſorum præmiũ recte & vere: ex quo non eſt aurum præmium talium actionum, nec præcioſa eſſet loco earum, nec honorantur ſolum illi, qui-

bus

A but eſt bona prouidentia de hominibus. Sed quando poſſunt vt ſit eis illa bona prouidentia: hoc eſt illi, q̃ bus eſt potentia ad hoc, licet non operetur tempore honoris. Prouidẽtia autem de hominibus, quæ inferret honorem, eſt illorum prouidentia ad ereptionem eorũ ab illis malis, ex quibus ereptio non eſt facilis: aut adipiſci eis illa bona quorũ adeptio non eſt facilis. Hæ autem pulchræ actiones, ſunt illæ quæ fiunt ex diuitiis, aut imperio, aut his ſimilibus ex his, quibus homo valet ad tales actiones. Præterea honorantur
B plures homines propter multa bona: ſed ipſa ſunt bona in reſpectu huius temporis, & huius horæ. Fit autẽ honor propter res paucas per accidens, hoc eſt, qua accidit illis rebus, φ ſint plures in reſpectu illius horę, vel illius temporis. Rerũ vero, quibus fit honor, quædam ſunt cõmunes omnibus nationibus, & quædã ſunt propriæ. Propriæ autem ſunt, ſicut ſacrificia & oblationes, quibus moris Græcorũ fuit honorare ſuos defunctos. Communes autem ſunt gradus præſidentiæ & obtemperan-
C tiæ verbis alicuius hominis & ceſſio litis cum eo, & dona quę inferunt amicitiam & conformitatem: quoniam donũ amplectitur ambas res, diſtributionem diuitiarum & honorem. & ideo placet cunctis hominibus & omnis homo reperit eo qd̃ appetit. & hoc quia tres ſunt ſpecies hominum, aut ſpecies amans honorem vel ſpecies amans diuitias, ſeu ſpecies amplectens ambas res ſimul. Donum autem amplectitur optatũ iſtarum trium ſpecierum. Virtus vero corporis eſt ipſa ſanitas: & hoc φ homines ſint ſimpliciter exẽplamor
bis, & componant ſua corpora. quia D
eius qui non componeret eius ſanitatem, ſua anima non gauderet ſanitate: hoc eſt φ ipſe nõ ſit decoræ diſpoſitionis ſecundum eam, quod eſt remotum ab omnibus humanis actionibus, aut ex pluribus earum. Pulchritudo vero & decus variantur ſecundum hominum varietatẽ. Decus enim puerorum & ſua pulchritudo, qua pueri ſunt, eſt φ ſua corpora & formationes eorum ſint diſpoſitione, qua difficile ſit eos reci
pere anguſtiam & paſſionem: hoc
eſt, φ nõ ferant damnum, & φ ſint E
iucundi aſpectus in curſu & victoria. & propterea eſt, φ appareant hominibus pueri, qui prompti ſunt ad quinq; exercitia, & ludos valde decoros. Intendo autem per exercitia & ludos res, quibus Græci exercere faciebant ſuos adoleſcentes, qui ſunt curſus, æquitatio, & luctæ, & ſaltus, & choreæ. Viſi autem ſunt ſibi homines, φ ille qui promptus fuerit his actionibus, φ ſit pulcher: quia
eis promptus propter agilitatem &
victoriam. Qñ autem tales adoleſcẽ
tuli redderentur iuuenes, eſſet iocũ F
di aſpectus in opere belli: & hoc ſm diſpoſitionem, qua prompti fuerſſt ad bellum. Senum vero pulchritudo eſt fruitio ſuarum actionũ operibus, quę ſunt ipſa beatitudo: & ille ſunt propter quas adoleſcentuli exercentur his ludis, quæ ſunt ipſa bella. & φ cum hoc ſint ſani nõ mœſti neq; triſtes. & hoc quia męſtitia & triſtitia qñ vñr in ſene, putatur φ inſint ei pp aliquid nouiter ei aduẽniens, qd̃ noceat ſuæ ſenectuti: ſicut egeſtas, & vilipenſio, & cætera talia. Solertia vero eſt vis, qua homo moueret aliũ qualitercunq; ei libuerit.

Quia

G Quia ille eſt ſolers, quando attraxerit alium, aut propelleret ipſum, aut ipſum eleuauerit, vel expelleret eũ, aut premeret illum, & fieret ab eo hæc actio in omnes, qui ei obtemperarent aut pluribus eorum. Roboris autem virtus eſt ꝙ excedat plures homines, & ſuperet eos longitudine & latitudine, & profunditate, & cum eius groſſitie eius motus nõ ſint defatigãtes occaſione bonitatis huius virtutis: groſſities autem eius non ſit pinguedo neque res acquiſita. Diſpoſitio vero, quæ vocatur fortitudo, eſt compoſita ex groſſitie, & H robore, & agilitate. & hoc, ꝙ quãdo agilitas connecteretur viribus, poſſibile eſſet ꝙ cito perueniret ad rem diſtantem. quia ſi eſſet agilis ſine robore, non perueniret cito ad rem diſtantem. & hoc, quia qui amplectit groſſitiem & robur fit luctator. ille autem, qui amplecteretur groſſitiẽ, & robur, & agilitatẽ, eſt fortis. Qui vero amplexus fuerit luctam & agilitatem ſimul, nuncupatur apud eos nomine deriuato à peritia vſus roboris & agilitatis: qui autem amplexu: fuerit omnes hos mores, eſt qui vocatur apud eos dominus quinq; I ludorum. Laudanda vero ſenectus eſt perſeuerantia magnitudinis cũ puritate ex triſtitia. quia ſi propinarent homini labores ante eius aduẽtum ad vltimum ſenectutis, non haberet ſenectutem laudandam. Si autem rediret, vt ſit mundus à triſtitia & ſi non acquieuerit vſq; ad vltimũ ſenectutis, & fuiſſet in triſtitia & anguſtia, fieres habens decentẽ ſeu modeſtam ſenectutem. fieret autem exẽptus ex anguſtiis, quando haberet bonam portionem beatitudinis & virtutum corporis, hoc eſt, ꝙ eſſet ſanus, & non occuparent ipſum im- K pedimenta turbantia ſuam ſenectutem. & hoc, quia quando ipſe eſſet morboſus, aut eius fortuna eſſet aduerſa, quia iam ipſum occupaſſent impedimenta, non eſſet decentis ſenectutis: & ſi eſſet longeuus & morboſus ſimiliter. Iam autem dubitet quo modo eſſet longitudo vitæ cũ morbis: ſed putatur ꝙ vis longitudinis vitę non ſit vis ſanitatis: quoniã nos aſpicimus plures homines, quorum vita prolõgatur, cum ſint morboſi. Huius autẽ verificatio eſt ſcientiæ Naturalis: noſtræ autem verificationis huic ſcientiæ non eſſet vtili L tas. Rhetor autem perſuadet per eã rem huius, quæ manifeſta eſt. Copia vero amicitiæ & certitudo motus hominis ad fratres non lateret, quando definiretur quid ſit amicus & ſocius: quorum vterq; eſt qui ageret bonum, quod putaret ꝙ iuuaret alterutrum non bonum, ex quo ipſemet ſolum adipiſceretur iuuamen. Qñ autẽ amicitia & ſocietas ſunt hæc, manifeſtum eſt ꝙ homo habeat aptitudinem diſpoſitionis p multos fratres. Aptitudo vero fortunæ beatitudinis eſt, ꝙ caſus hominis ſit cauſa eſſendi ei ipſum bonum: & M hoc aut ex bonis, quæ ſunt ei per ſe, aut ex bonis quæ ſunt ei extrinſec⁹. Cauſa vero caſus eſſet ipſa ars, aut eſſet ipſa natura, quę ẽ vt plurimum. Exemplum autem eius quod fit ex caſu naturali, eſt ꝙ oriat̃ homo habens vires & diſpoſitionem: qua difficilis ei eſſet ſuſceptio rerum ſuenientium ei extrinſecus. Veruntamen ꝙ homo ſit ſanus, cauſa eſt ipſe caſus naturalis: ſicut ꝙ oriatur ſanus. Fit autem caſus artificialis: ſicut ſi hauſiſſet venenum, & curaret eũ ab ali-

quo

A quo morbo, qui eum oppreſſerat. Cauſa vero pulchritudinis & groſſitiei, eſt caſus artificialis & naturalis. Et ſumma rei eſt: ꝙ bona, quorum cauſa eſt bona fortuna: quæ eſt ipſa bonitas caſus, ſunt illa bona, quibus homo gauderet poſſidens ea. Præterea, bonitas fortunæ ſit cauſa bonorum, quæ non ſunt vere bona, ſed apparent bona in habitudine & comparatione ad alium: ſicut turpitudo alicuius hominis eſſet quoddam bonum, quando aſpiceretur alius turpior eo. Et ſicut ſi duo homines exiſterent in vno loco belli, quorũ vni
B illorum duorum offenderet ſagitta & non offenderet alteri, quia appareret, ꝙ maximum bonum proueniſſet ei, cui non offendit illa ſagitta in habitudine ad alterũ: & præcipue ſi mortis illius, cui non offendit ſagitta, fuiſſet ꝙ in pluribus bellis militatus eſſet: alter autem non militatus eſſet penitus, niſi in illo bello ſolũ. Sicq; etiam, quando vnus reperiret prædam quam quæſiuerat, appareret ꝙ eſſet quoddam bonum in habitudine ad illum, qui eam non inueniſſet, licet fuiſſet parua præda.
C Hæc itaq; & conſimilia ſunt, ex quibus conſuleret Orator proſperitatẽ bonæ fortunæ. Notificatio vero virtutis magis expedit, ꝙ habebat ſermo de ea circa ſermonem de rebus, ex quibus fit laus: quoniam virtus propria eſt laudantis. & ideo oportet ꝙ qui laudaret diſtincte, ſciat virtutes. & licet earum quędam ſint futuræ, & quędam preſentes, laudans conſuleret de eis qua eſſent preſentes, deliberatiuus autem, qua eſſet futuræ, hoc eſt iuuantes. Hi itaq; ſunt fines, quibus conſuleret deliberatiuus. Ex his autem manifeſta ſunt ſua contraria, quibus deliberatiuus, D diſſuaderet, & ſunt illi, ex quibus fiunt orationes diſſuaſionis, cum numerus illorum ſit ille idem numerus, & ſitus illorum ad orationes deliberatiuas eſt ille idem ſitus. Quoniam autem prima intentio cogitationis conſulentis eſt, ꝙ conſulat de re iuuante, ex qua ſequerentur ſinguli fines iſtorum. & hoc, quia hi fines ſunt initium cogitationis, & vltimum operis. res autem iuuãtes ſunt vltimum cogitationis, & initium operis. Intẽdo autem per initium cogitationis concluſionem: & per vltimum cogitationis ipſas præmiſſas. E

De locis inferentibus Iuuantia, & Noxia Cap. 9.

OPortet itaq; ꝙ Rhetor habeat baſes & regulas quibus cognoſcat ipſas res iuuantes per fines: quæ ſunt accidentia temporanea, ex quo ipſa ſunt initium operis. Ea autem quæ iuuant, & ſi non fuerint bonũ ſimpliciter, ſunt bonum, quia ſunt via ad bonum ſimpliciter. Bonum autem ſimpliciter eſt illud, quod eſt eligibile propter ſeipſum, & alia eli- F guntur propter ipſum, quod omnes appetunt. Intendo autem hic ꝙ omnes homines, qui habent prudẽtiam decoram & claritudinem. & hoc, quia bonum aut eſſet vere bonum, aut eſſet bonum extimatione. & hoc ſecundum verificationẽ iſtiꝰ boni apud ſingulos homines. quando ergo rei, quam homo crederet, inueniretur hæc fides, iam ſufficeret & completum eſſet eius quæſitum, & non relinqueretur ei deſyderiũ alicuius rei penitus. Res autẽ iuuantes ſm hoc bonum vſtus, ſunt quatuor generum, res efficientes, & res

G conſeruantes,& connexæ efficientibus.& connexæ conſeruantibus. Et hoc quia connexum rei numeratur cũ ipſa re: ſicq; ẽt connexum corrũpenti rei numeraretur cum ipſo corrumpente:& connexum cõtrarii efficientis cum cõtrario efficientis in reprehẽſis,ex quibus diſſuaderetur. Connexio autem finis ad efficiens aliqñ ſit ſimplex,ſicut connectitur laus acquiſitioni rerum laudabiliũ: & aliquando ſit poſterius, ſicut eſt ſcientia,quę vltimo ſequitur doctrinam. Res autem efficientes ſunt triũ ſpecierum,per ſe,aut per accidens,quæ H autem ſunt per ſe,ſunt duæ, aut proxima,ſicut alimentum eſt efficiens ſanitatem,aut remota, ſicut eſt ipſe medicus:ea autem, quæ eſt per accidens,eſt ſicut actio exercitii defatigationis ad ſanitatem.quando autẽ oportet q̃ ſpecies efficientiũ ipſum bonum,ſint hæ tres ſpecies. Neceſſatio itaq; res iuuantes ad bonũ, quædam ſunt bonæ per ſe, ſicut eſt collatio alimenti ad ſanitatem:& quædã malæ per ſe,& bonum quoddã, quia iuuatur ad bonum, ſicut eſt potus veneni ad ſanitatem. Mala autẽ,quę I ferunt ad bonum, ſunt duobus modis:quorum vnus eſt,q̃ ex eis acquiratur maius bonum quã ſit malum proueniens ex eorum opere: ſicut ẽ acquiſitio ſanitatis ex potu veneni: & ſicut eſt pauca anguſtia ad acquiſitionem multarum diuitiarum. & quædam eorum ſunt ex quibus proueniat tutela à maiori malo quàm ſit illud,quod ex eis prouenirẽt: ſicut eſt tuitio quæ aduenit nauigantibus quando proiiciunt ſuas merces:quã proiectio mercium eſt mala: ſed ex ea acquiritur tuitio à maiore malo, quæ eſt ſubmerſio in mari. Illa autẽ bona quæ acquiruntur ex bonis,vo K cat Ariſto. vtilitates ſimpliciter: illas vero vocat bona tranſumptiue. & intendit per hoc tranſumptionẽ à malo in minus malum, aut tranſumptionem à malo ad bonum. Virtutes ãt, licet ſint fines,ſunt etiã bonæ per ſe,& iuuant propter bonũ quia earum poſſeſſores ſunt decorum diſpoſitionum: & cum hoc ipſe efficiunt bonum,& vtuntur eo. Conuenit itaq; q̃ narremus de ſingulis harum, quo modo ſint, quid bonum per ſe,& quomodo ſint efficientes ipſum bonum, & diſtinguemus ipſam rem per hoc. Voluptates L autem ſunt bonæ per ſe :quoniã omnia animantia expetunt eas. Res autem iocundæ ſunt quid bonum, quando ille qui delectatur eis, fuerit decoræ diſpoſitionis. Inductione autem declararetur,q̃ ipſe ſint quid bonum, & q̃ iam expediant etiam ad ipſum bonum. Partes autem vniuerſalius aptitudinis diſpoſitionis, quædam ſunt,qui ſunt fines ſolum: & quædam ſunt,qui numerantur fines,ſed etiam expediunt ad ipſos fines. & hoc,quia quibuſdam eſt or- M do ad aliquas earum:hoc eſt, q̃ quædam earum ſint cauſa entitatis aliquarum earum,& precedentes illas. exempli gratia:quia fortitudo,& ſapientia,& temperantia, & magnanimitas,& liberalitas,& cõſimiles virtutes animæ eligũtur per earũ vniuerſitatem plures res partium aptitudinis diſpõnis. Sicq; per vniuerſitatem ſanitatis & pulchritudinis ex virtutibus corporis eliguntur plures res,quæ ſunt aptitudinis diſpoſitionis:illæ aũt efficiunt illas. Sicque ẽt eliguntur efficientes alias res ex aptitudine diſpõnis: ſicut ſunt efficiẽ-

tes

A tes voluptatem, & efficientes decorum regimen. Hinc eſt, quod putatur de diuitiis, ꝙ ſint bonæ, quia ſũt cauſa harum ambarum rerum nobilium, quarum vna eſt voluptas, & altera decus regiminis. Et aptitudo diſpõnis per fratrum multitudinẽ reperitur efficiens plures res bonas. & hoc, qñ amicitia inter eos eſſet, ꝓpter ipſam amicitiam in ſe, non ꝙ ſit amicitia inter eos propter aliam rem, qñ fratres, qui ſunt talis deſcriptionis, faciunt vtile & honorem, & gloriam, & alia præter hæc, quæ eodem bonorum curſu curſitãt. Hoc B autem fit in effectu & oratioue, qa orationes & actiones quæ fiunt ad honorem & gloriam & alia præter hæc, quæ curſu harum curſitant, ſũt bona & vtilia. Vtiles autem per ſe ſunt habitus naturales, quibus homo fit aptus ad res decoras: ſicut eſt claritudo, & memoria, & diſciplina, & agilitas motus: ſicq; etiam ſunt p fectiones ſcientiæ & artes. Sicque & laudabiles conſuetudines, quæ omnes cum ſint iuuantes ad alia ab eis, ipſæ ſunt in ſe bonæ per ſe eligibiles. Et ipſa ſanitas etiam eſt quid bo num vtile. Hæc itaq; ſunt bona quę C omnes concedunt, & conueniunt in eis, ꝙ ſint bona & vtilia. & quando declaratur de aliqua illarum rerum ꝙ ſit bona, illa declaratio nõ eſt mo do falſigrapho, & ſophiſtico, quæ fit in hac arte. qñ vero declararetur de aliqua re contrariorum iſtarum ꝙ illa ſit bona, & de his ꝙ ſint quid malum, hoc fit in hac arte ſophiſtice, hoc eſt per declarationem fallentem. & hoc, quia malum iuuat per accidens, ſicut declararet vir orator ciuibus alicuius ciuitatis: ꝙ puſillanimitas ſit eis bona. quia ſi efficeren tur fortes, exirent ab ipſa ciuitate, & D adhæreret eis inimicus: ſed puſillanimitas non eſt bona ſimpliciter, ſed eſſet bona hominibus ciuitatis, quibus hoc acciderit. vtile vero, & vt plurimum, & per ſe eſt ipſum bonũ ſicut ipſum malum contrarium illi bono eſt vtile inimicis. & hoc, quia ipſa puſillanimitas eſt vtilis inimicis. qua eſt mala per accidens hominibus ciuitatis. Sed iam contingeret ꝙ aliquid quod eſſet quoddam malum alicui homini, ꝙ noceret ſuo inimico. & id, quod ei eſſet quoddã bonum, iuuaret ſuum inimicum: ſi E cut eſt puſillanimitas hominum ciuitatis, qñ exeunt à ciuitate, non habent vires, vt reſiſtant ſuis inimicis. decet autem oratori, vt ſæpe apprime conſyderet vtilem harum rerũ. hęc autem enunciatio non eſt vniuerſalis: hoc eſt, quæ aſſerit ꝙ omne nocens inimico & dolere faciens eum, id ſit vtile: & ꝙ omne iuuans inimicum & lætificans ipſum, ſit noxium: quia multotiens fit ꝙ vna res noceat alicui homini & ſuo inimico, & iuuet aliquem hoſtem & ſuum inimicum. Exemplum aũt illi⁹ qđ F iuuaret ambos, & vterque gauderet eo, eſt receſſus inimicorum à ſe inuicem, qñ fuerit inter eos magna clades & iam ſatur ſit vterq; eorum ꝓditiõe & morte ſuorũ, abſq; ꝙ vter eorum pręualuerit alterutri. quia qñ illico poſt hãc rem geſtam receſſerint à ſe inuicem, vterq; eorũ gauderet illo receſſu. & iõ illud vtile eſt etiam vtile ipſis inimicis. Noxium vero ambobus eſt id, quod multotiens cogit ad amicitiam inimici. & hoc, quando coæquarentur ad peruentionem mali incidentis in ipſos abſque exceſſu alterutrius eorũ: &

G tollerantia plurium nationum diuerſarum fit hac de cauſa. & ideo dicitur ꝙ malum aggregat homines. Et hoc etiam eſt vnum horum, quo malum fit vtile: hoc eſt, ꝙ noxium cadens in aliquem hominem cadat in eius inimicū. hoc enim cogeret amicitiam inimici: & tunc ille inimicus, qui extrinſecus deſcenderet, appeteret contrarium eius, quod appeteret vterq; duorum inimicorū, in quos deſcenderet exterior inimicus. & hoc, quia vterq; duorum inimicorum appeteret amicitiam alterius occaſione auxiliandi ſe contra
H inimicum deſcendentem in eos extrinſecus. Illæ autem inimicus, qui deſcenderet, appetit reditum ſuę inimicitiæ ad ſuum robur, aut illā augeri. Ariſt. autem dicit ꝙ ideo fit vt plurimum eius qđ faciunt exceſſiua diſpendia, & operantur vehemẽtes actiones ad tale bonum, quo repelleretur vehemens malum. Bonificatur autem anima diſpendiis ad tales res, pp manifeſtationem illius,
I qui connexus eſt ex finibus illius quæſiti, & eius propinquitatis: adeo ꝙ quando reperiretur hæc res, reperiretur & ille finis, ac etiam exceſſiuum malum cadens in inimicum eſſet cauſa admiſſionis pauci boni, quod illi prius prouenirent. & niſi eſſet illud, non admitteretur. quia ſicut refert Ariſt. vt illud idem ſcribit ipſe poeta Homerus: accidit cuidā regi, qui inimicus erat Græcorum, qui hora conflictus captus fuit: quē poſuerunt anguſtis carceribus mācipatum per plures annos. in quib⁹ carceribus interfecerunt eius filium & ille petiit ab eis, vt darent ei eius cadauer, vt conquereretur, & deploraret ipſum, vt ſui moris eſt in ſuos mortuos. & fecerunt vt petierat, tri- K
buerunt; ipſum illi: qui gratulat⁹ eſt eis pp hanc paruam rem, quam ei conceſſerunt. Vtile autem bonū & opus, quod magnificaret eius modum apud illos, ad quos talia fiūt & eius agenti prouenire maximum bonum ab illis, ad quos illud fieret, eſt ꝙ homo eligeret aliquem hominem excelſi modi cuiuſdam generis hominum: cui etiam eſſet inimicus excelſi modi alterius generis hominum, & ageret malum in inimicos illius hominis, & bonum amicis ſuis. Sicut accidit Homero cū Græcis & ſuis inimicis. ipſe enim inten- L
dens de quodam magnate antiquæ proſapiæ Græcorum, prærogatiua laudis determinauit illum, & Græcos eius amicos. quēdam autem extremum eius inimicum determinauit vituperatione, & ſuos etiam, qui erant inimici Græcorum in quibuſdam bellis, quæ intenſa fuerunt inter eos. Fuit autem ille magni decoris & excellentiſſimus apud Græcos, & magnificauit illum omni magnificentia: adeo ꝙ putauerunt de eo ꝙ ipſe eſſet vir diuinus: & primus doctorum conductorum Græcorum. Et vniuerſaliter inimicis malefacere M
& amicis benefacere eſt ex rebus expedientioribus. conditionis autem huius operis, qua laudetur ſuus caſus, eſt ꝙ fiat ex eo id quo appareat, ꝙ vires ſui agentis non ſint vigoratæ ab alio ab eo: neq; alius adaptauit eum ad illud, ſiue agens fuerit magnum in ſe, aut paruum: & ꝙ putetur ꝙ eius operario non ſit occaſione timoris, neq; rei quam ſperaret, ſed ſecundum ꝙ eius appetitus & deſiderium ferret ipſum ad hoc. quoniam per hoc actus perſeueraret

ab

A ab agente,& eſſent ei faciles noſtræ operationes,quę fiunt propter rimorem,& per aliquod paucum temporis non moleſtarent ipſum quando autem prolongaretur eis tempus, redderentur moleſtæ, & pauſarent. quando autem ceſſarent ex hoc, fieret odium agenti ab eis in quę actæ fuiſſent.& ideo annexum eſt actui, ꝙ ſit facilis agenti. Hæc itaque ſunt conditiones principii actionis bonorum,quorum caſus eſt laudabilis,& vtilitas eſt inuenta. Præmium vero cuius caſus non eſt laudabilis,eſt il-
B lud præmium,quod fit ſm id quod cupiet naturaliter ille, de quo meretur ab omnibus hominibus: qđ eſt ꝙ careat beneficentia, quæ peruenerit ei aut quantitatę, aut vtilitate:aut quia id quod eſt ipſum præmium eſſet ſuperfluum menti. & non indigeret eo. Illud autem præmium eſt,quo ſophiſtice fallitur. Ille autem,de quo naturaliter meret, eſt ille,qui expetit ꝙ eius præmium ſit ſm reliquam harum trium intentionum:quoniam ille, de quo meretur eſt,ac ſi eſſet auarus ad largiendum.illæ autem cuperet, aut ꝙ non contingeret inde ei defectus boni,
C quod peruenerat ei, aut ꝙ defectus ſit paucior quã bonum quod ei peruenerit. Quando autem ipſum præmium fuerit talis deſcriptionis: immo conueniret beneficentię, aut genere ſicut de aureis per drachmas, aut virtute, ſicut fit prędium diuitiarum per honorem, quo acquirerent aliquid rale,quales ſunt illę diuitiæ,idq; eſt iuſtum præmium,immo eſt æqualiter conuertibile. Quãdo autem ipſum prędium non fuerit conuertibile æqualiter, neq; fieret eo fraus,ſed putaretur de illo de quo meretur, quòd omnino ſit eius D
arbitrii præmium deficiens, neque excedens eius arbitrium ad id quod eſſet maius,ſiue eius prędium ceciderit ad id quod eſſet minus, aut ad æquale,aut ipſum ſimile. Illud itaq; eſſet præmium decens: quoniam eius præmium per minus non fuit tale ex arbitrio,ſed quia non fuit ei aptum aliud vltra hoc.quando autem contigerit cum hoc, quòd ille actus ſit ex his,quibus gaudent amici,hoc eſt amici illius, de quo bene meretur per illum actum,& male fit ſuis
inimicis,& cum hoc eſſet res excel- E
lens apud plebem:& hoc in habitudine eius ex quo prouenit, & maxime quando beneficentia fuerit ex his quæ decet appetitus eius, ad quę fieret ſicut mereretur: aut amator honoris beneficaret honore, & amator diuitiarum diuitiis,& amator victoriæ victoria. Hæc itaque beneficentia non ſolum eſt iocunda recipienti beneficentiam ſeu ſuſcipienti præmium,ſed etiam ſibi eſt valde laudabilis: & ſic eſt diſpoſitio reliquarum ſpecierum bonorũ. Actiones vero beneficentiarum, & præ- F
miorum incipienti, & ei de quo bene meretur,ſunt faciles,& deceret ꝙ perſeueraret agens in ipſis, quando eſſet ſecundum ſuam naturalem diſpoſitionem aptus ad illas actiones, & iam peruenerit ei habitus,quo ꝓ ueniant ex eis illæ operationes. De numero autem bonorum aptorum quæ non putatur quòd imminuant benefactorem penitus,ſunt directio ad viam vitæ, & increpationes morales. Ex his itaq; modis orator ſuſcipere præmiſſas, ex quibus traderet perſuationem, quòd res ſit vtilis vel inutilis.

G *De locis inferentibus magis Ianuarium, uel magis Naxium.* Cap. 10.

QVoniam autem aliquando orator significat ꝙ ipsa res sit vtilis, sed argumentaretur, ꝙ hæc sit aliqua res, quæ sit magis vtilis, ideo oportet ꝙ sint ei loca, quibus valeat declarare, ꝙ res sit magis vtilis, & magis laudabilis. Quorum quidam est ꝙ id quod omnibus rebus fuerit vtile, sit magis vtile quã id quod est vtile quibusdam rebus. Et quòd id cuius vsus est durabilior, sit vtilius eo cuius vtilitas est breuior. Et
H maius est vtilius minori: & qđ plus est vtilius pauco, & quod amplectitur plures descriptiones ipsius boni, aut quod ambiret cunctas illas, id est vtilius. Descriptio autem perfecti boni est, ꝙ res sint eligibiles propter se non propter aliud, & quòd ab omnibus expectatur, & studiosi animo sapientes eligant illam. Id autem, quod amplecteret omnia hæc attributa, aut plura eorum est summe bonum & vtile, quod est finis aliarum rerum, quæ bonæ denominantur. Res autem denominatæ bonæ dependentes ex hoc bono, quod
I amplectitur hæc attributa, dicitur de eis ꝙ sint vtiles, quando vni illarum reciperetur vnum horum attributorum aut plura vno attributo: & quælibet harum rerum, cui insunt plura attributorum ipsius boni, illa est vtilior, ex quo vnum attributum non est vtilius duobus attributis. Ac etiam quando nobilissimum vnius gñis est præstantius nobilissimo alterius gñis, genus cui⁹ est illud nobilius, est præstantius altero genere. Illius autem generis quod ē præstantius altero, nobilissimum ꝑ stantioris generis est præstantius no K bilissimo alterius generis. id autem est conuersum primi. exempli gratia: quia si mares sunt præstantiores fœminis, vir præstantior est muliere: & si vir est præstantior mulere, mares præstantiores sunt fœminis. Hoc autem ita fuit: quia proportio nobilissimi ad suum genus, est sicut proportio alterius nobilissimi ad suum genus: & sit proportio generis ad genus eadem proportione nobilissimi ad nobilissimum. Prꝛterea quãdo res infert aliquam rem quę non infert eam, illa ex qua infertur
L res, est eligibilior, quàm illa ex qua non infertur illa res. exempli gratia, principatus & diuitiæ. quoniam diuitiæ annectuntur principatui: principatus autem non annectitur diuitiis: ideo principatus est eligibilior diuitiis. Sicq; etiam est dispositio noxiorum: quia egestati annectitur auaritia: ideo egestas deterior est quàm auaritia. Inferens autem triuio partitur: aut ꝙ simul sint prꝛcedens & annexum: sicut est esse albi & albedinis simul, & sicut est nexus hominis & animalis: aut quòd reperiatur ipsum annexum postremo succedens: sicut est nexus sapien
M tiæ ipsi disciplinæ, aut suus nexus sit in potentia, hoc est, ꝙ alterum eorũ operetur actione alterius, sed non conuertatur, hoc est, quòd illud alterum non operetur actione primi. exempli gratia, de egestate & auaritia: quia egestati annectitur quòd homo operetur actione auaritiæ, sed non annectitur auaritiæ actio egestatis: quoniam egestas impedit maiores res quàm sit priuatio vsus diuitiarum, quæ est auaritia. Rursus id, quod agit vtilius bonũ,

est

A eſt vtilius: gratia exempli, ſolertia & pulchritudo, ambæ ſunt vtiles, & bonæ, ſed ſecundum ſolertiam maius bonum fit quàm fiat pulchritudine: illa itaque eſt vtilior. Sicque etiam ſanitas eſt maioris vtilitatis quàm voluptas: quoniam plura bona fiunt ſanitate quam fiant voluptatibus. Ad hæc quod eſt eligibile, ipſum ſimplex maioris extimationis vtilitatis eſt quam id quod non eſt eligibile, niſi appoſitum cum altero: ideo quia pulchritudo non eſt eligibilis, niſi compoſita cum ſani-
B tate: ſanitas autem eſt eligibilis ſine pulchritudine: iccirco ſanitas ē maioris extimationis vtilitatis quàm pulchritudo. Ac ēt qñ fuerint duæ res, quarū vna ē ipſa pfectio, & altera via ad pfectionē: illa quæ eſt ipſa perfectio, eſt præſtantior, ſicut ſunt ſanitas & voluptas: quia ſanitas eſt perfectio, & voluptas eſt eius generatio. ipſa autem generatio eſt via ad perfectionem. Præterea quando fuerint duæ res, quarum vna eſt eligibilis propter ſe ipſam, & altera eſt eligibilis propter aliam, illa, quæ eſt eligibilis propter ſe, eſt præſtantior
C eligibili propter aliam. exempli gratia, ſicut ſunt ſciētia & diuitiæ: quia ſcientia eſt eligibilis propter ſe, diuitiæ autem ſunt eligibiles propter aliud. Adhuc illa res, quæ conſtituit eius poſſeſſorem minus indigentiæ amicis, aut vllo viro, eſt præſtantior quàm illa quæ ipſum conſtitueret indigentiorem. quia qui ſufficientior ſibi eſt, & non indigens hominibus, eſt ille qui indigeret pauciori bus rebus numero, & inuentu facilioribus. Præterea quando fuerint duæ res, quarum vna ad eius acquiſitionem indiget ſecunda, ſecunda autem nō indiget prima ad eius ac- D
quiſitionem, illa quæ non indiget altera ad eius acquiſitionem eſt eligibilior. Cuius exemplum eſt de diuitiis & filiis. quia filii indigent acq ſitione diuitiarum: diuitiæ autem non indigent acquiſitione filiorū: ſicq; diuitiæ ſunt præſtantioris vtilitatis. Poſtea autem declarabitur ꝙ res quæ eſt principium, non oportet ꝙ ſit maior re, cuius illa fuerit principium. & hoc quia volūtas eſt ipſius boni principium: boni autem opus maius eſt quā boni voluntas: ſicq; etiam eſt de diſciplina & ſcientia. Quando autem fuerint duę res E
duo principia duarum rerum, quorum principiorum vnum eſt vehementius ſecundo, illa cuius fuerit vehementius principium, eſt vehemē tior. At conuerſa huius ēt, quia qñ duæ res fuerīt principia duarū rerū, quarum vtraq; eſſet efficiēs, vna autem illarum vehementior fuerit ſecunda: illa quæ fuerit principiū vehementioris eſt vehemētior. Sicq; ēt qñ eſſent principia, quæ eſſent fines. Qñ autem compararetur principium efficiens ad finem, poſſe ēt, ꝙ putaretur ꝙ efficiens eſſet vehementius fine. & hoc, quia efficiēs eſt F
quod efficit finē: & niſi eſſet ipſum, non reperiretur finis. Poſſe autem eſſet etiam, ꝙ putaretur ꝙ finis eſſet vehementior quā ipſum principiū. & hoc, quia niſi eſſet finis efficiens, eſſet ſuperfluum. Exēplū itaq; eius quo cōſtituitur finis vehemētior efficiente, eſt ſermo eius, qui narraret turpitudinem alicuius, & diceret, ꝙ expediat, ꝙ referatur ad iniquitatē, quando magis hoc effecerit quā aliquis alius, qui conſulerat ei hoc. qa niſi veniſſet ad illū, nō pueniret ab

G eo illud opus, ex quo nisi ipse non effeciſſet illud opus, non acciderſſet illud damnum. Exemplum autem illius, quo agens conſtituitur vehementior fine, eſt ſermo dicentis, ꝙ quidã ſit magis laudabilis hoc opere quã aliquis alius. quia ille talis conſuluiſſet ei illud opus: & niſi conſuluiſſet ei illud: non egiſſet illud opus laudabile. vtrobiq; autem vtimur eo qđ eſt ante finem occaſione finis. Rurſus cuius eſſe eſt rarius eſt excellentius. ſicut ē de auro & ferro. niſi qa ſi aurum eſſet rarioris eſſe, non eſſet
H vtilius. Amplius etiam eſt oppoſitũ huius quod eſt, ꝙ cuius ſæpius eſt ſuum eſſe, eſt excellentius eo, cuius eſſe eſt rarius propter multitudinẽ ſuarum vtilitatum. & hinc dicitur ꝙ aqua ſit bona propter frequentiã ſui eſſe, & communitatem ſuæ vtilitatis. Ac etiam id quod eſt difficilius inuentu, eſt excellentius. quia id cuius difficile eſt eſſe, imminuitur inuentio: id aũt quod eſt difficile inuentu, eſt extraneum, & homines gloriantur eo. Oppoſitum autẽ huI ius eſt, ꝙ id cuius eẽ eſt facile, ſit excellẽtius, quia illud repetiretur quotiens expeteremus ipſum. Item res, cuius contrarium eſt vehementius, ipſa eſt excellentior. Ac etiam cuius contrarium eſt fortioris damni, illa eſt vtilior. Non conuenit autem ꝙ per vehementius & rarius hic intelligatur vehementia comparationis ſm bonum ſolum, ſed etiam ſm malum, & ſm id quod non eſt bonum neq; malum. Sicq; etiam eſt de finibus & rebus, propter quas fiunt hæc opera, qñ quidam fines fuerint intẽſioris boni q̃ aliqui alii intenſioris mali quã aliqui alii, res præcedentes hos potiores fines ſunt potiores. Prę terea illi habitus, & virtutes, & vuK uerſalius res efficiẽtes, quæ vehemẽtiores ſunt, operã prouenientia ex eis ſunt vehementiora. qñ proportio operum ad principia eſt eadem proportioni principiorũ inter ſe quia ſi viſus eſſet eligibilior olfactu, aſpicere eſt eligibilius quam olfacere. Sicq; eſt diſpoſitio omnium operationum ad ſuas cauſas efficientes nõ eſſentialium ſolũ, ſed etiam earum quæ caſu accidunt ex re: quia excellentis rei caſus, quo accidit, eſt excellens. Et accidentium etiam, quæ inL exiſtunt rei, hoc eſt ꝙ rei excellẽtioris accidens ei inexiſtens ſit excellentius. Ac etiam qñ amatur homo diues, excellentius eſt q̃ ꝙ amentur diuitiæ: quia amicitia hois excellẽtior eſt q̃ amicitia diuitiarũ. Præterea ipſæ virtutes excellentiores ſunt q̃ habentes virtutes. Et res, quarum appetitus eſt ſtudioſus, ꝓſtantiores ſũt q̃ illæ quarum appetitus non eſt ſtudioſus, exempli gratia, quia appetitus ſcientiarum eſt ſtudioſus, appetitus autem cibi & potus non eſt ſtudioſus, quia ſcientiæ ſunt præſtãtiores cibo & potu. Sicq; & econuerſo, videlicet ꝙ præſtantioris appetitus M eſt magis ſtudioſus. ſicut quia ſcientia eſt præſtantior coitu, ideo eius appetitus eſt magis ſtudioſus q̃ appetitus coit⁹. Rurſus ſcientiarum q̃ ſunt magis decoræ, & ſtudioſæ, operationes ſunt meliores & magis ſtudioſæ. exempli gratia, quia ex quo ſcientię ſpeculatiuæ ſunt magis ſtudioſæ quam practicæ, earum operatio quæ eſt ipſa veritas, eſt magis ſtudioſa reliquis, quarum operatio eſt ipſa praxis. Et econuerſo illæ ſcientię, quarum operatio eſt prę-
ſtantior, ſunt prę ſtantiores. & hoc

quia

A quia ex quo conſtituere ſecſidū veritatem eſt præſtātius q̄ ipſa praxis, ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt præſtantiores practicis. Hęc autem duo loca ſunt corneta, quia proportio artis ad artem eſt proportio operationis ad operationem. Et id quod iudicāt omnes vulgares, aut plures, aut prudentiores, & meliores iuſtæ mentis ꝙ ſit bonum & præſtantius, eſt præſtantius ſimpliciter & per ſe quando illorum iudicium fuerit ſm ſuā naturam, & qua prudentes ſunt, non ſm ꝙ extrinſecus illud acquiſiuerit ex opinionibus. qm̄ homines pru-
B dentes ſm ſuam naturam dicunt virtutes, & bona quę ſint, & quot ſint, & circa quam rē ſint: licet id quod cōſtituerint ſm ſuam naturā, ſit aliud ab eo, quod conſtitueretur ſm. ſcientiam. Id autem quod dictum eſt in definitione ipſius boni, ꝙ ſit quod omnes expetunt, intendimus illud bonum, quod omnes expetunt ſecūdum ſuam naturalem creationem, hoc eſt prudentem. quia quod expetit creatio prudēs, qua eſt creatio pru
C dens, eſt bonum ſimpliciter, aut præſtantius bonum: ſicut notitia eius ꝙ ſorte tudo, & modeſtia, & ſolertia ſint bona, & eorum appetitus illarū. Id autem, quod eſt bonum in habitudine alicuius hominis, eſt, ſicut quod apparet hominibus ſtudioſis, ꝙ ferre iniuriam ſit præſtantius q̄ iniuriam inferre. nam hoc bonum non comprehendunt homines ſecūdum ſuam naturam. ſed hæc opinio apparet illi homini, qui fuerit in vltimo iuſtitiæ & ſtudioſitatis. Et rurſus bonum, cui cōnectitur voluptas, eligibilius eſt, q̄ illud, cum quo non eſt voluptas. Et id bonum quod eſt maioris voluptatis, eſt eligibilius. hoc autem ita fuit, quia communitas vulgi propinatur ad voluptatē, & quærunt eam: & illorum inquiſitio voluptatis eſt propter ipſammet voluptatem. non propter aliam rem ab ea. Id autem quod fuerit talis deſcriptionis, hoc eſt omnibus extimatu, dicitur ꝙ ſit ipſum bonum & finis: igitur voluptas eſt bona. ea aūt, quæ ſunt intēſioris voluptatis, ſunt delectabilia, quę magis depurata fuerint á damno & mœſtitia, & magis perſeuerantis permanentiæ. Voluptas etiam pulchri iocundior eſt voluptate turpis: qm̄ ipſum pulchrum eſt per ſe eligibile, & ſi non eſſet io- E
cundum. Et illa eſt ex rebus quas expetit homo, ꝙ eſſet cauſa ſui eſſe, aut ſibi, aut ſuis amicis. & vniuerſalius quælibet res delectabilis, quæ eſt præſtantior, eſt magis iocūda q̄ vilior. Et illa quæ durabilioris tēporis fuerit, eſt magis iocūda q̄ illæ, quæ fuerint breuioris temporis. & illud bonum, quod firmius fuerit nobis eſt iocundius, q̄ quod infirmius fuerit. & hoc, qa ex quo ſanitas eſt firmior nobis pulchritudine, eſſe ſanitatis ē iocūdius nobis q̄ eſſe pulchritudinis. res aūt nobis iocundæ aut iocūdio- F
res, ſunt illæ, quarū cauſa eſſendi nobis talis diſpoſitionis eſt altera duarum rerum, aut prolixitas vſus rei: adeo ꝙ delectemur ea propter vsū, ſicut eſt diſpoſitio voluptatis prouenientis ex ſcientia: aut quia illæ ſūt nobis iocundæ, & expetimus eas naturaliter. Sicq; ergo res ſunt maioris voluptatis, aut longitudine temporis, aut appetitu & naturali conueniētia. omnes aūt res, quæ facile expediunt maiori conueniētia, conferunt nobis ſua ſtabilitate & firmitate. Sumuntur quoq; præmiſſe expe-
D
dientiores

G dientiores & magis ſtudioſi ex locis ſimilium & coniugatorum. & hoc, quia ſi fortitudo eſt eligibilior quã temperãtia: uir fortis eſt eligibilior viro temperato: id etiã quod eligũt omnes eſt eligibilius eo, quod nõ eligunt omnes vulgares. Ac etiam id quod eligunt plures hoſes, eſt eligibilius q̃ id quod eligunt pauciores: quia bonum, vt dictum eſt, illud qđ omnes expetunt. Atq; etiam illud quod elegerunt primi iudices, hoc ẽ illi, qui nõ aſſumpſerũt iura ab aliis, qui ſunt legumlatores, præſtantius eſt eo, quod illi non elegerunt. Illud H etiam, quod eligerent illi, qui ordirẽtur iura ex horum verbis, præſtantius eſt, q̃ id quod illi nõ eligerẽt. Illi autem qui ordiuntur iura ex verbis primorum iudicum, ex quibus ſumuntur baſes iurium, ſunt duarũ ſpecierum. aut ſolum audientes eloquentes ad alios: aut audientes ſciẽtes, hoc eſt valentes acquirere ex illis baſibus quædam iura, quæ nõ ex poſuiſſent primi iudices. hi autem sũt etiam duarum ſpecierum, aut commiſſi primorum iudicum, aut nõ cõmiſſi qui ſunt legales. hæ aũt sũt res omnium ſpecierum ordinantiũ di- I cta primorum iudicum, quibus eloquantur quod audiuerint, aut oculatim viderint à primo iudice. Quę dam vero ſunt, quæ peculiariter attribuuntur ſapiẽtibus eorum: & eſt oratio rerum quæ argumentatur ex primis iuribus, quę elegerat primus iudex: & audientes non haberent ſapiẽtiam, qua poſſent loqui de his rebus. Ea vero, quæ peculiaria ſunt primis iudicibus, vt de illis loquantur, ſunt baſes, quę graduanť gradu principiorum. Reliqua autem, quæ iudicarent audientes habentes ſapientiã, hoc eſt commiſſi & legales, quæ Ari K ſto. vocat res excellentes. Iudicium autem excellentiũ horum puræ mẽtis, quorum mortis eſt, q̃ ſumant omnes, aut plures, eſt præſtantius: quia priuatio aſſumptionis putaretur vituperium: & defectus hoīs ſtudioſi nobilis, & pauca acceptatio ſuæ orationis. Aliquando autẽ putatur res econuerſo huius. & hoc, quia aliquãdo hi, qui ſunt puræ mentis, ſtudioſi ſunt acceptæ orõnis: & ſi nemo plebis aſſumeret aliquid ex eis, aut aſſũpſiſſet parum ex eis. & hoc, quia horum orationes putatur q̃ aliter ſint acceptę: quoniam quod placet plebi L eſt, quod per ſe non eſt acceptũ. pauci aũt ex plebe ſunt differentes. Ac etiã ſtudioſi, qui celauerint ſuas virtutes à plebe ſunt magis laudabiles, licet ſint rari ſm eſſe. magis aũt oſtẽditur, quoniã illi celauerant ſuas virtutes à plebe: ex quo timuerũt, ne ab illis aduenirent eis ignauia. Principale autem quod perficeret hoſem, qñ ei aduenirẽt, eſt, q̃ eſſet cauſa eſſendi has res aduenientes ſuis virtutib⁹, quæ intenduntur ab illis ad virtutes. Hinc itaq; ſunt huius ſpeciei orationes acceptæ: ſicut fuerunt acceptę orationes primæ ſpeciei huic contra M riæ, quæ acceptæ ſunt. illæ autem sũt illæ, ex quibus acceperat plebs. Oratio autẽ ſpeciei valde acceptæ ab hominibus eſt illorum, quorũ honor eſt maior, quoniã ex quo honor eſt præmiũ virtutis, putatur q̃ quanto honorabilior fuerit homo, tanto eſſet maioris virtutis. hoīs autem illi⁹ ſpeciei, quos offendiſſet maximum damnum & plurima pœna virtutũ occaſione, illi ſunt præſtantiores & maiores. hiq; ſunt homines, qui qñ elegerint aliquam rem, alij autẽ elegerint

A geriot aliam rem præter illam, illa quam hi eligerent, eſſet præſtantior & eligibilior. Diuiſio autem rei in ſuas partes conduceret putare de re ꝙ ſit magna & præſtans. & ideo Homerus, quando voluit magnificare malum quod contigit cuidam ciuitati, loco eius aſſumpſit ſuas partes, & meminit de interfectu infantium, & vlulatu propter eos, & combuſtione ciuitatis, & alijs ſpeciebus malorum, quæ cõtigerant illi. Sicq; etiam compoſitio conducit ad putãdum de re ꝙ ſit præſtantior, & eſt econtrario huius: hoc eſt, ꝙ acciperetur loco particulariũ ipſum vniuerſale, quod contineret illa. Cauſa au-
B tem prouentionis ipſius perſuaſionis in his duabus ſpeciebus eſt tranſmutatio & commutatio. Ex quo autem res difficilioris eſſe ſecundum ſe & rarioris eſſe, putatur ꝙ ſint præſtantiores, res quæ ſunt frequentioris eſſe ſecundum ſe, & facilioris eſſe videntur excellentes, quando reperiũtur in locis, quibus ſuum eſſe eſt raro, aut tẽporibus quibus raro ſit, & ætatibus hominum etiam, quibus raro reperiuntur. ſicut eſſe hominẽ oratorem ætate puæritiæ, aut ea, quo
C tum moris non eſt ꝙ reperiantur in eo in ſucceſſu ſui temporis: ſicut eſt ille, qui ageret bœui id, quod ei⁹ cõditionis eſt ꝙ agat longiori tempore. aut illæ res prouenirent ex potentiis, ex quibus raro prouenium. ſicut ſi imbecillis ageret opus fortis: & æger opus ſani. Omnia autem hæc, & eis ſimilia ſunt ex his, quæ conſtituunt excellentem & admirandum hominem, qui non eſt excellens. Ac etiam pars excellens vnius rei eſt ex excellentioribus rebus, ſicut eſt cor animalium aut cerebrum, aut ver ex anno, & iuuenis ex ciuitate. Præ- D terea id quod expedit præſtantiori, eſt maioris vtilitatis q̃ id quod magis noceret imbecilliori, ſicut eſt ſanitas in ſenectute & morbus in ea: quia ſanitas in ea eſt eligibilior q̃ in puero: ægritudo vero eſt nocibilior in ea. Iterum id quod fit in vltimo vitæ, eſt præſtantius: quia res quæ ſolent fieri horibus in vltimo ſuę vitæ ſunt præſtantiores: ſicut eſt ſcia, & ſapientia, & cæteræ virtutes, q̃ perficiũtur longitudine vitæ. Item res, q̃ qñ fiunt aut accipiuntur, earum actio eſſet ſua veritas, ſunt excellentiores E q̃ illæ q̃ qñ fierent, nõ eſſet ſua actio veritas ſuæ perfectionis. Ariſt. autẽ vocat illas, quę qñ fiunt, earũ actio fuerit ſua veritas, eas de quibus intẽditur veritas: alias vero vocat illas, de quibus intẽditur laudabilitas, hoc eſt, quarum actio non eſt ſua veritas. Et definiuit res, de quibus intenditur laudabilitas, ꝙ ſint illæ, quę qñ ignoranter, aut errore fierent, non laudarentur omnino. Illæ autem, de quibus intenditur veritas, ſunt res, quæ qualitercunq; fierent attigiſſẽt perfectionem. & ideo bonitas receptionis decentis eſt præſtãtior actio F ne rei decentis. quia qñ fieret errore aut ignoranter actio decens, non acceptaret neq; laudaretur eius agẽs. ex bonitate vero paſſionis & receptionis ipſius qualitercunq; contingeret, eius recipiens iam acquiſiuiſſet inde ipſum bonum. Ac etiam id, cuius actio eſt eligibilis propter ſe, & ſi nemo cognoſceret illud, eſt eligibilius eo, quod non eſt eligibile: niſi qua cognoſceretur, ſicut eſt diſpoſitio ſanitatis & pulchritudinis, quoniam ſanitas eſt eligibilis propter ſe, pulchritudo aũt eſt eligibilis pro-

pter

G pter aliud. Ac etiam quæ expediunt pluribus rebus ſunt præſtantiores: ſi cut q̄ expediunt longitudini vitæ & & decori victus, hoc eſt victui delectabili, & voluptatibus horum & largitionibus bonorum. Et hinc eſt quod putatur de ſanitate & diuitijs, q̄ ipſæ ſint excellentes, quia amplectuntur dimiſſionē miſeriæ, & actionē iocūdā: hoc eſt quia ſanitas eſt eā actionis iocūdæ, diuitiæ vero ſunt cauſa omiſſionis miſeriæ. vtraq; autē iſtarum per ſe eſt præſtans, & p ſe eligibilis: hoc eſt demiſſio miſeriæ & a-
H ctiones iocūdæ. qñ aūt coniūguntᵉ in hoſe, conſtituūt ipſum magnū & præſtantiſſimum quorūcunq;, ſiue nouerit hoc quicunq; nouerit illud, ſiue ignorauerit illud. qñ hæc ſunt bona, quæ vere acquiruntᵉ nō ex his bonis, de quibus intenditᵉ laus. Exiſtentibus aūt ipſis diuitijs cā ceſſatio nis miſeriæ putant quidā viri, q̄ ipſæ ſint ipſa felicitas. Alijs aūt appareᵗ, q̄ felicitas ſit, cū illis connectiᵗ alia res, quod eſt neceſſariū. quia cōueniētius eſt, q̄ beatitudo ſit cōſtas & tuta, q̄ q̄ periclitetᵉ. quia damnū
I aduenies illi, qui hēt duos oculos, & defecerit vnus eorᵘᵐ, nō eſt ſicut illiᵘˢ, qui hēret vnū oculū, & deficeret ei. quia ab ipſo monoculo auferetᵉ magis amanda res q̄ auferretᵉ ab illo q̄ hēret duos oculos. Et ſic ſi felicitas eſſet diuitiis & alia re, damnum aduenies ex ablatione diuitiarum non eſſet ſicut ex ipſarum ablatione, ſi ipſæ ſolæ eſſent ipſa felicitas. Sermo aūt de omnibus his rebus hic nō eſt ſm modum verificationis, ſed locutio de eis eſt ſm modum, quo indiget eis orator. Expedit aūt ſemp oratori, quando intulerit concluſiones ex talibus præmiſſis q̄ eas cōfirmet exemplis ſumptis ex viris, qui operati fuerint illas operationes, & adinterint eis vtilitas, aut damnum. Hic K
eſt q̄ expedit oratori, q̄ obſeruet narrationes & hiſtorias. Hæ itaq; ſunt res, quibus conſtituitur q̄ res ſit vtilior, aut magis noxia.

De rebus quibus, ſit bona perſuaſio, aut diſſuaſio ſtatutorum. Cap. 11.

L

DE rebus vero, quibus fit perſuaſio & diſſuaſio, iam prius dictum eſt ſufficienter. Præſtantior vero & excellentior earū eſt ſermo de rebus, quibus valemus ad bonitatem ſuaſionis ſtatutorum, & largitionis conſilij de ipſis ſtatutis, quibus non eſt quid præſtantius. ideo expedit q̄ perficiamus hic ſermonem de eis. Et dicimus q̄ largitio conſilij ſtatutorum iuuātium, & perfecta ſuaſio de eis contingit per notitiā ſpecierū politiarum & morū & ſtatutorum, quæ peculiaria ſunt ſingulis politiis. & hoc, quia in vnaquaq; politia ſūt M
ſtatuta iuuantia ipſam, quæ ſunt ſtatuta, quibus fit euaſio illius ciuitatis & eius ſtabilitas. Nobilia aūt ſtatuta iuuantia ſunt ipſa iuſta, hoc eſt, quæ iuſte ſunt impoſita: quæ deſcripſerit primus princeps ciuitatis, aut commiſſus ſup eā a prīo principe. Differūt illa ſtatuta nobilia, hoc eſt iuſta ſtatuta politiarum ſm varietatē ſui finis, & numerabimus ea numero politiarum. Exempli gratia, quia in politia victoriæ iuſtituæ eſt, q̄ nō ſit extimādum, quando imperator verberaſſet illum, qui eſſet ſub imperatore. In politia autem nobilitatis iuſtitia eſt, q̄ ille, qui eſt ſub imperatore, verberet imperatorem: ſicut ſunt uerbera, quibus verberauerit ipſum

maxil-

A maxillam. Politiæ autem vniuerſa-
rarũ qua- lius ſunt quatuor: videlicet politia popularis, & politia tirãnidis, & politia regia, & politia vnitatis, quæ eſt ipſę honor. In ſingulis autem hiſpolitiis intentum ſtatutorum impoſitorum in eis eſt ipſa ciuitas, & commune, non priuatum. Ciuitas itaq; popularis eſt, cuius prĩcipatus eſt caſu & fortuna non conuenienti decreto: ex quo in hac ciuitate nõ eſt prælatura vnius ad alterum. Tyrannidis vero principatus eſt, in quo proponuntur magiſtatus ſuper politicos ad omiſſionem ociorum & occaſio-
B num, non modo quo expenſa ſit ad cautelam & fortificationem, neq; ad componendum theſaurum ad ciuitatem, ſicut res ſe habet in aliis politiis: ſed modo, quo collectio diuitiarum perueniat primo principi: & ſi gratis diſtribueret illis portionẽ aliquam ex collectione illarum diuitiarum principatus eſſet collectio diuitiarum. Si autem non gratificaretur illis aliqua portione illius collectionis diuitiarum eſſet principatus victoriæ, ideſt potẽtum, & eſſet in gradu ſerui ad primum principem: &
C eius cautela ab eis eſſet ſecũdum gradu cautelæ hominis à ſuo ſeruo. Bonum autem regium eſt dominium, quod ſit modo morigerationis & educationis ad id, quod expedit ſm legem. qm̃ qui conſulunt quod præcipit lex, dominantur bono regio. hoc autem eſt imperium, quo peruenit directio diſpoſitionis holum ciuitatis & humana felicitas. & ideo hi ſunt ſtudioſi, & valentes ad opera, quæ largirentur felicitatem ciuitati, & facit ſolertes & cautos ab his, quorum conditionis eſſet corrumpere ciuitatem interius vel exterius. & ideo vocatur hæc politia hoc no- D
mine. Hoc aũt imperium, de quo meminimus eſt duarum ſpecierũ: videlicet principatus regius: & eſt illa politia cuius opiniones & actiones ſunt ſicut inferrent ſcientę ſpeculatiuæ. Secundus autem eſt principatus optimatum, cuius actiones ſunt ſtudioſæ tantũ. hoc autem vocatur ſacerdotium. & fertur ꝙ inuẽtum fuerit ĩ primis à Perſicis, vt narrat Abumazar. Vnitatis autem eſt principatus, quo amat res, ꝙ peculiariter diſcernatur honore principali, & non deficiat ei aliqua res, quæ communicatur alteri hæc autem eſt contra- E
ria politiæ optimatum. Statuta autẽ harum ciuitatum aliquãdo ſunt impoſita determinata eis impermutabiliꝫ perpetuo vna: ſicut eſt diſpoſitio legum nautarum. & aliquando non ſunt ſtatuta determinata, ſed dimittitur res imperatorib⁹ earũ, ſm quod magis expedierit pro ſingulis tẽporibus: ſicut hodierni tẽporibus eſt diſpõ plurium legũ romanorũ. Non conuenit aũt, ꝙ lateat nos ex his quibus deſcripſimus has politias, finis ſingularum earum. qm̃ qñ nos nouerimus finem, cognoſceremus F
res, quæ eliguntur propter finem. Finis autem politiæ popularis eſt libertas. finis vero tyrannidis eſt collectio diuitiarum. finis autem boni imperij eſt virtus & corroboratio legis. finis autem vnitatis eſt honor. Finis autem imponentis politias, in quibus non inſtituuntur leges impermutabiles, eſt cautela & tuitio ab errore occurrente legibus mutatione temporum, & locorum. Conuenit autem ꝙ ſcias, ꝙ hæ politiæ, de quibus meminit Ariſtot. non reperiuntur ſimplices, ſed vt plurimum

inue-

G inueniant cõplexæ: ſicut eſt dipoſitio politiæ, quę nunc reperitur, quia qñ perſpiceremus eã, inueniremus ipſam amplectentẽ virtutem & honorem, libertatẽ & victoriã. Quãdo aũt ſunt notæ nobis ſpẽs politiarum, manifeſtum eſt ꝙ nos poſſumus cognoſcere mores & leges, ſ̃ conducũt ad finẽ vniuſcuiuſq; harũ politiarũ, hoc eſt qui expediret eis. & intendamus habitum illorum morũ noſtræ animę, & poſſeſſionem ſpeciei illarum legum, quibus intendimus ſuaſionem. qñ orationes, quibus diſ ſuademus, ſm̃ leges ſuadẽt, qñ hi qui H conſulunt tuti iſti & decori operis: adeo ꝙ hæ res hic prædictæ ſint nobis notæ, & exiſtant in nobis, ꝙ qñ nobis non exiſtat mos, quem ſuademus, noſtra oratio de illa ſuaſione eſt vehementioris ſuaſionis. Et ideo expedit, ꝙ nõ cõſulamus, niſi de his quæ reperiuntur in nobis, & percipere mus, ꝙ nobis inexiſterent. Notũ autem eſt ꝙ conſtantia legum iuuãtium ſinẽ acquiritur modo reſolutionis & ſpeculationis ad finẽ. Iam itaq; expoſitum eſt ex hoc ſermone vnde ſumantur ea, quæ ſuaſionem vtilis largiuntur ex ipſis legibus ſin I gularũ politiarum, & quot ſint modi politiarum, & legum, verſus quas verſantur: hoc autem fit, ſm̃ quod ſatis eſt huic arti. Sermo vero de his rebus ſm̃ verificationem habetur in libris Po'iticorum.

Sermo de laude & vituperatione.
Cap. 12.

POſt hæc vero loquamur de virtute & vitio, honeſto & turpi. quia hæc ſunt, quibus aliqua res laudatur & vituperatur. & contingit ex noſtra notificatione harum rerum, ꝙ notificemus res, quibus homo eõ K ſtitueret præſtantiã ſui ipſius: ex quo hic eſt ſecundus trium modorum, quibus occurrit ſuaſio, ſicut ex noſtro ſermone præmiſſum eſt. & hoc, quia eſt ſpeciei laudis. hoc eſt, ꝙ rebus quibus poſſumus laudare alios valeamus laudare nos ipſos: licet nõ cõueniat omnibus rebus, quibus laudaretur alius. Sed hoc ſolum fit ſm̃ virtutes, quę ſunt res, quę vertuntur ad arbitrium. Quoniã autem ſæpe accidit, ꝙ hoꝛes & ſpiritales laudent virtutibꝰ & rebꝰ aliis vltra virtutes, & nõ ſolum laudibus horũ hoc accidit, ſed ẽt laudibus rerum animatarũ, & inanimatarũ, hoc eſt, ꝙ ipſi laudent alias res, exceptis virtutibus. Conuenit itaq;, ꝙ loquamur hic de rebus, ex quibus ſumerentur præmiſſæ ad laudandum per virtutes, & per alias res à virtutibus, vt ſermo de his ſit vniuerſalis. L

Dicimus autem quòd honeſtum Honeſtũ
ſit, quod eſt eligibile propter ſe, qđ eſt laudabile, & bonum, & iocundum, qua eſt bonum. quando autem ipſum honeſtum hoc fuerit, manifeſtum eſt, quòd virtus ſine dubio ſit honeſta, quia eſt bona & laudabilis. Virtus autem eſt habitus, qui Virtus. M metitur omnem actionem, quæ bona eſt ratione illius menſuræ aut putatur ꝙ ſit bona, hoc eſt conſeruans hanc menſuram, & efficiens ipſam. & ideo eſt qui facit eſſe omnem actionem, qua intenditur verſus aliquem finem nobilis menſuræ excellentis modi ad prouentionem finis ab illa. Partes vero virtutis ſunt iuſti Virtutis
tia, hoc eſt vniuerſalis æquitas, & for partes.
titudo, & magnificentia, & temperãtia ẽt, magnanimitas, & humanitas, & liberalitas, & prudentia, & ſcientia.

A tia. Quædam autem harum virtutū ſunt, quæ ſunt virtutes ſolum in eſſentia ſtudioſi: & quædam eaꝝ ſunt, q̄ ſunt virtutes, quibus agūt in alios homines. Hæ aūt, quæ agunt in alios, homines, p̄ſtātiores ſunt apud quoſdam hoſtes q̄ apud alios, & aliquo tēpore magis q̄ alio tempore. Exempli gratia, quia virtus fortitudinis ē eligibilior tempore belli q̄ tempore pacis: ſed virtus iuſtitiæ eſt eligibilis in pace & bello ſimul. virtus autem liberalitatis & magnificentiæ eſt eligibilior indigentibus q̄ non indigētibus. Differt aūt virtus magnificen

B tię à liberalitate ſm magis & minus: quia vtriuſque actio eſt diuitiis: ſed magnificētia eſt maior actio q̄ op⁹ liberalitatis. Iuſtitia vero eſt virtus æqualis, qua ſtudioſus largitur ſingulis hominibus portionem illis expedientem: & hoc ſm menſurā, quā p̄cipit lex. Iniquitas aūt eſt mos, qua homo accipit aliena, quæ lege non eſſent ſumenda. Fortitudo vera eſt virtus, qua homo agit operationes dicentes expedientes ad ſolertiā, vt p̄cipit lex: adeo ꝙ hac ei⁹ actione dirigat ad legē. Puſillanimitas vero eſt contrarium huius. Temperā-

C tia vero eſt virtus, qua homo operatur circa voluptates corporis ſm mē ſuram, quam p̄cipit lex. Intemperantia aūt eſt contrariū huius. Liberalitas vero eſt virtus agens honeſtū circa diuitias, quod famoſum fuerit. Auaritia autem eſt huius contrarium. Magnanimitas vero eſt virtus, qua fit decus excellentium actionum. Puſillanimitas autem & inſenſibilitas eſt eius contrarium. Prudentia vero eſt virtus intellect⁹, qua fit decus animaduertentiæ, & conſilii, cum eſſe virtutum moralium illi, quæ ſunt ex rectitudine diſpoſitionis. Hic itaq; eſt ſermo de virtute & ſuis partibus, quatenus in digem⁹ eo in hac arte. Cōſtituet ve ro reliquas res vltra virtutes quibus homo laudatur non eſt difficile. & hoc, quia notum eſt, quòd agentia virtutum ſicut ſunt intelligentia. & vſus rerum, quibus attinguntur virtutes, ſunt res decoræ & laudabiles: res vero, quæ inſunt ipſimet virtutibus, hoc eſt accidentia quæ inſunt eis: & res, quæ connexæ ſunt virtutibus, ſunt illæ, de quibus nunc loquemur, quæ ſunt ſigna virtutum, & accidentia connexa virtutibus. Laudatur aūt hō ſuis actiD E bus, quando fuerint decori & laudabiles: quia plures actiones virtutum ſunt res, quibus nō laudat. Sīr etiā ſunt plura accidentiū. Exēplū actionum & accidentium, quæ ſunt laudabiles, ſunt actiones fortitudinis in bello, aut illius qui actionem virtutis egerit in bello. & ſi non fuerit ex illis, quibus eſt habitus fortitudinis. Sicque etiam ſunt accidentia, quæ adueniunt fortitudini, quibus laudatur aliquis. Exemplum vero actionum, quibus aliquando non laudatur, eſt ſicut diſtributio diui- F tiarum: quia eſt de numero actionum liberalitatis. ſed hic eſt actus modi prodigalitatis. Exemplum autem accidentiū, quibus non laudatur homo, eſt paſſio hominis ab æquitate, & ei⁹ receptio & hoc, quia actus æquitatis eſt laudabilis: paſſio vero ab ea non eſt laudabilis: quoniam putatur de ea quòd ſit depreſſio & dedecus. Et vniuerſalius actiones virtutum ſunt laudabiles, quando iuſte metiuntur: operationes autem magnæ difficiles fa-

ctu,

G Actu, quibus homo laudatur, quarū præmium eſt honor, ſunt laudabiliores q̄ operationes, quarum præmium ſunt diuitiæ. Ideo quando eſſet hic actio amplectens ambas res ſimul, & ſuus agens qui operatur eſſet tantum propter honorem, laudaretur ex illa. Et quanto homo nō operaret virtutes propter ſe, magis laudaretur. & ſi actus eſſet rerum, q̄ ſūt bonæ ſimpliciter, ſimiliter laudaretur ſuus agens. Ac etiam laudatur ipſis rebus, quæ ſua natura ſunt bonæ, & ſi ſint noxiæ agenti: ſicut eſt de actione iuſtitiæ: qm̄ ſæpe iuſtus agit
H ſibi noxium. Operationes autē quæ propriæ ſunt rebus defunctorū, ſūt laudabiles: q̄m̄ ex actionibus, quæ ſunt viuentium, homo ſæpe intendit vtilitatem ſuiipſius. & vniuerſalius quilibet actus, quo intenditur alienū, & nō recipit eo vtile ſuus agens, aut inde aduenirет ei damnum illo, ipſe laudaretur. Et actus etiam ipſe eſt laudabilis benefacientibus hominibus, quia ipſe ē iuſtitia, ex quo ſuꝰ agens non recipit ex eo vtilitatem. & ex his quæ ſignificant holem ſtudioſum, eſt, quia ipſe nō operaretur
I actiones, quas tribuerent ei viri intemperati: immo increparet eos ſermone & opere. Sicq; etiam cautio ſtudioſorum, & eorum commendatio ex his, quibus laudaretur aliquis hō, & pudere ex commemoratione turpitudinum eſt ex his, quæ ſignificant virtutem: quia putatur de illo viro, q̄ verecundia prohiberet ei cō ducere illud vitium. Ac etiam inuerecundia ad commemorationē turpitudinum eſt ſignū, quo homo laudetur, & hoc, quia putatur q̄ pudore comprehendatur hō, qñ commemorantur turpitudines quas egerit, aut ei peruenifſet valere ad illas, aut K
eas percuperet. Sicut retulit Ariſt. q̄ accidiſſet cuidā mulieri notæ ſapientiæ apud eos, cui quidē certus hō obloquutus fuerat turpia: qñ dixit ei vellē tibi dicere orationē, quā ferre impedit pudor. Illa aūt trāſiuit, nec dedit rñſum illi turpi orationi, neq; adepta fuit in de triſtitiam, neq; paſſionē aliquam. Nam ipſa ſibi uiſa fuit: q̄ occaſione ſuarum virtutum nemo obloqueretur ei, neq; nutu, neque cōi ſermone, q̄ ſunt duę ſpēs locutionis: Imo tunc illa cōſtituit narrare virtutes, & laudare eas hñtes cō L
triſtata eis exclamans ad illas. Nec viri ēt, qui ſecū erant, irati ſunt verbis illius viri, nec ſuo obloquio: cū noſceret q̄ talis matrona nō ſuſpicaret tale. Et ideo exclamatio ad res, quæ adipiſci facerent laudē, & inflāmet ad illas, conſtitueret exclamantem ad illas, & eis inflāmatū inter viros hñtes virtutes, quæ non peruenium hoibus, niſi vehementi inclinatione naturæ, ſicut eſt tēperantia, & fortitudo, & cæterę. & hoc qñ illi eſſet habitus ad reductionē ſuę operationis, & exclamare ad illas & excalefcere eis: ſicut acciderat huic mulieri, de cuius mentionem fecimus cum M
illo viro. & hoc, quia talibus operationibus redditur vir de numero virorum habentium virtutes, quæ nō peruenirēt homini niſi maxima aduertentia. decus aūt boni, qñ ipſe decorus non acquireret ex eo aliquam rem, eſt ex his quibus laudare tur. & ideo laudatur hō æquitate & iuſtitia, qua ſunt vtiles ſicut laudaret eis, qua ſunt honeſtæ. Vendicari ēt hominē ex inimicis & non parcere eis, eſt res, qua meretur laudem. quia vendicari ex eis eſt meritum: meritum

A tum aũt eſt iuſtitia honeſta. Amor etiam victoriæ ac amor honoris eſt ex his, quibus laudat homo: quia ambo ſunt ſigna, quæ ſignificãt electionem virtutum, nõ occaſione acquiſitionis diuitiarum per eas. Amor aũt victoriæ ſignificat electionẽ fortitudinis. Amor vero honoris ſignificat electionem cunctarum virtutum. Et ideo optatæ electæ virtutes ſunt illæ, quibus acquirens eas nõ intẽderet acquiſitionem diuitiarum. hoc.n. ſignificat excellentiam virtutis. Illis autem actionibus laudatur homo, quarum moris eſt, ꝙ perma
B neat ſua memoria perpetuo obſeruata hominib⁹. Res aũt, quibus laudaret hõ, ſunt laudabiles diſpoſitiones apud hoīes, quas cõſtituerent ſignũ excellentium ſicut hoīem eſſe decoꝝ verſibus, poematibus, & hymnis apud Græcos. hoc.n. ſignificat nobilitatem & excellentiã: ex quo non cuique hoīum facile eſt decus verſuum & poematum. Nã decori poetæ non facerent opus illius, qui non fuerit poeta decorus, neq; acciperet pro ſua arte, quamcunq; artem quæ
C contingeret. Nobilitatis aũt conditionis eſt, ꝙ homo nõ indigeat alijs, ſed ſibiipſi ſufficiat. Expedit autem ꝙ accipiamus in laude, & vituperationes proximas vitijs & virtutibus. Illa autem ſunt vitia, ex quibus reperiuntur opera virtutis, aut virtutes, ex quibus inueniuntur opera vitiorum. Laudatur autem homo vitijs, ex quibus inueniuntur opera virtutis, quando putatur ꝙ illę ſint virtutes, quia illa opera ſunt opera virtutum: & ſic putaretur ꝙ virtutes ſint vitia, quia accidit ꝙ ex eis inueniant opera vitioꝝ. Exemplũ quidẽ vitioꝝ. ex quibus inueniuntur opera virtutum, & putatur ꝙ ſint virtu- D
tes, eſt vt defatigatus, à quo fiũt opera patienter tolerantis, & putatur ꝙ ſit tolerans. Et torpens, ex quo reperiuntur opera circumſpecti: & propterea putatur ꝙ ſit circumſpectus. Et ſimiliter inſenſatus, qui putatur ꝙ ſit temperatus: cũ ſit ab eo opus tẽperanti per accidẽs. & ſic præceps audax putatur ꝙ ſit fortis: & corrupt⁹ mentis, ꝙ ſit venerandus, Exemplũ autem huius quod putatur ꝙ ſit vitium & non eſt vitium, eſt, ꝙ accidit magnanimo, ꝙ timeat res paruas: & putatur ꝙ ſit errans, & ſubdolus.
E Magnanimus autem faceret hoc in rebus, ex quibus nõ aduenireteima gnus timor: neq; vehemẽs damnũ: & hoc etiam vbi decet ei ꝙ negligat illas. Ac etiam putatur hic locus ecõuerſo huius, ꝙ dicatur de timido ꝙ ſit magnanimus. Et ex eo, quod laudamus hoīem diſtribuentẽ ſua amicis & aliis q̃ amicis cognitis, & incognitis. nam putat ꝙ excellentia virtutis liberalitatis ſit diſtributio diuitiarum omnibus. Expedit aũt, ꝙ la⁹ ſit corã amicis illius, qui laudatur: ſi
F cut dixit Socrates, ꝙ facile ſit laudare athenienſes athenis: & expediat laudare ſingulos homines, qua ſunt laudabiles ſuæ nationi: & virisei cõciuibus, ex quo hoc eſt varium. Ex laudibus aũt rerum quæ ſunt extra, eſt laus patrũ & commemoratio geſtoꝝ Antiquorum. Et hominis laudis eſt, qua ſua cogitatio aſcẽdit virtutibus: & non ſatisfit his, qui ei prouenerint. Vir autem magnanimus, qui non ſatisfit ſuo animo his gradibus dignitatum, quæ ei peruenerãt, laudat ambabus his rebus extrinſecis: hoc eſt, virtutibus ſuoꝝ maiorũ, & quibus ipſe acquiſiuerit conuer-

G tendo ſe ad illas. ſicut diceretur de quodam excellenti opere, quod incœpiſſet ex parte ſuorum maiorũ, & ad quod opus finiendũ ex parte ſui animi. Ille vero, qui non animaduerteret ad adipiſcendũ maiorem gradum dignitatis q̃ peruenifſet ei, laudaretur tantum modo ex rebus, quæ ſunt exterius ex parte ſuorum maiorum. ac ſi putaretur hic ꝙ non cõueniat, ꝙ ſatis ſit homini, ꝙ laus glorię maiorũ ſuorũ abſq; eo ꝙ cũ hac laudetur propria virtute. ſicut veteri prouerbio dicitur; non eſt noſtra
H in proſapijs ſuſtentari: & ſi nobiles extiterit noſtri primi maiores equites. ſatis vero nobis eſt laus propriæ virtutis abſq; mentione maiorum. Vera autem laus fit operib⁹, quæ ſũt ex voluntate & arbitrio. qm̃ actus qui volũtate & arbitrio fit, eſt actus ſtudioſus: laus aũt per res: quæ fortuna & caſu fiunt, eſt, quia qñ illæ annectuntur virtutibus, effert eis decus & gloria: ſicut eſt dignitas generis, qñ connectitur virtuti: & eu fortunium quod connexum eſt actib⁹ virtuti. m. Tunc aũt actus qui fiunt fortuna, & accidentia quæ per acci-
I dens, coniunguntur actibus qui voluntate fiunt, ingrediuntur laudem, qñ pluries ſm vnam deſcriptionem redierint: adeo ꝙ putetur ꝙ ſint per ſe. & hoc, quia qñ eis acciderit hoc, putatur ꝙ ſint ſignum virtutis, ſicut multotiens puderet hoſem caſus in locis, quibus laudatur pudor. Ingrediuntur aũt hæ res laudem, quia la⁹ eſt oratio deſcribens magnificentiã virtutis. hæ aũt res ſunt, quibus magnificaretur virtus. Quando autem vtimur his rebus ad laudem, expedit ꝙ vtamur eis, qua factæ ſunt ex animaduertentia. Quædam aũt ſunt rerũ quę caſu fiunt, quarũ homo non K
eſt cã neq; per ſe neq; per accidens: ſicut prõſapia, & educatio ſtudioſa. Et quædam earũ ſunt res, quæ accidũt ex operibus, quę contingũt ex animaduertentia. bona autem caſu facta, quæ accidunt ex actionibus, ſumũtur vt ſignum virtutum. Ea aũt, quæ caſu fiunt, quæ hominem præcedunt, ſumuntur ad conſiſtentiam & firmitatem virtutis. ſicut ꝙ dicat in laude, ꝙ ex bonis creantur boni: & in vituperio ꝙ ipſũ turpe: gignat turpe: & vniuerſalius ipſæ operationes ſunt, quibus laudatur agens. Electiones vero actionũ ſunt ſigna act⁹. L
homo aũt eis laudatur, qñ ex illis cõſtituerimus actũ. Bona aũt fortuna, quam diximus in præmiſſis, ꝙ ſit ipſa beatitudo, vt ſibi vł vulgus, & reli quæ res caſuales, quibus laudat homo, ſunt vna fm gen⁹: ſed ipſa & virtutes non ſunt vna fm genus, ſed ſicut directio diſpoſitionis eſt ſuperior, hoc eſt continens eam: ſicut illud, quod fit caſu, eſt quoddam genus cõtinens beatitudinẽ. Et Vtraq; hæc genera, hoc eſt ipſæ virtutes, & id quod fit caſu ſimul, ingrediuntur capitulum laudis, & capitulũ conſi- M
lij: ſed duobus varijs modis. Res aũt ita ſunt: quia qñ nos ſciuerimus res, quæ expedit fieri, iã ſciuerimus res, quibus homo laudabitur, qñ factæ fuerint. Et ideo, qñ de his rebus fuerit facta mentio ſimpliciter, poſſibile eſt ꝙ ingrediantur conſiliũ & laudem. & hoc cũ additione modi quo ingrediuntur conſilium, aut modi quo ingrediuntur laudem. Et hoc, ſicut quiſpiam diceret ꝙ non expediat ꝙ debeantur magnificentia & extollentia rebus, quæ fiunt homini per accidens, ſed rebus, quæ fiunt

ex

A ex ſua animaduertentia & arbitrio. quod qñ ſuperadditur, non conuenit, ꝙ laudentur eo illi, quorum beatitudo eſt à fortuna: ſed expedit ꝙ laudentur illi, qnorſi beatitudo eſt ex animaduertentia & arbitrio, ſicut quidam qui ingrediebatur capitulum laudis. Quando autem huic addidiſſet dicens, ideo non expedit ꝙ expetantur res quæ caſu fiũt: ſed illæ res, quæ fiunt ex animaduertentia ingreſſę fuerunt conſiliũ: rebus autem caſualibus poſſibile eſt ꝙ vtatur quis aliqñ ad laudem, & nonnũq̃ ad vituperium. Nam opiniones

B bonum variantur. quidam.n. homines ſibi vñr, ꝙ bonis, quæ caſu fiũt, non expedit ꝙ ipſis homo laudetur: ex quo ſunt res, non obiecta, neq; ſimiter acquiſita ipſi homini. Alij autem aiunt, ꝙ expediat, ꝙ eis homo laudetur, & ꝙ ipſe ſignificant diuinã prouidentiam ad illum, cui accidũt. Ille autem, qui laudatur rebus, quæ arbitrio fiunt, ſemper eis laudatur, & qui illis vituperatur, ſemper eis vi-

exemplu- tuperatur. Conuenit etiam, ꝙ vtaf ad laudem illis rebus, quibus res magnificatur, & exollitur, quod eſt ꝙ

C conducat ad putandum de ipſa re, ꝙ poteſtate ſit plures res. & hoc, quando diceref ꝙ ille fuiſſet primus, qui hoc egiſſet: ſicut fert de hiſtoria Habel & Cain: aut ꝙ pauſillo temporis feciſſet id, cuius conditionis eſt fieri magno temporis ſpacio, & ꝙ mirabilia fecerit. nam omnia hæc conſtituunt excellentiam agentis. Et ſic ſimiliter, qñ diceretur ꝙ ageret tempore, quo ſua actio eſſet difficilis. & hoc, quando fuerit, ſicut expediret ſingulis hominibus. Præterea, ſi agẽs eſſet illorum, ex quibus actiones & orationes ſæpius ſuccederent, eius actio eſſet excellẽs: & operationes, D quas homo ex eis contraheret, non eſſent actiones, quæ fierent caſu, ſed illæ operationes, quæ volũtate & animaduertentia fierent. Has autem res poſſibile eſt ingredi conſilium: hoc eſt res, quæ magnificarent illãrem: ſicut conſuleremus homini, ꝙ conformef primo laudabili illius generis: aut ſimilis ei fiat ſecundum illam laudem, aut ei conſuleremus ꝙ eſſet vniuerſitatis laudabilium, in quorum laudem nemo contendit: ſicut ſunt homines, qui foro & publice laudantur, aut illis fiat ſimilis. Et ex eis, quibus magnificantur lau- E dabiles, eſt ipſorum comparatio ad illos qui faciunt contraria ſuorum operum: & hoc mentionem faciendo ſuorum laudabilium operum. Expedit autem quòd his aſſimilentur illi, quorum conditionis eſt, ꝙ ſimiles fiant maximę laudabilibus, & continuo ſe comparent illis, & ſuis conſuetudinibus vtantur ad laudem: & ſi non peruenerint ad eorum gradum dignitatis. nam illorum virtutes ſunt in continuo augmento. Comparatio autem ipſiuſmet hominis cum alio non conue-

F nit, niſi fiat ex ſtudioſo viro occaſione affectus proprij amoris hominis ad ſe. Nam ille videret ſua vitia eſſe pauciora vitijs alienis, & ſi eſſent maiora. ſuas autem virtutes faceret maiores, & ſi ſint minores. iccirco non cuiuſcunque eſt vis comparationis. Valerent autem ad illam ſtudioſi homines, vt Ariſtotę. refert de Socrate, quòd ipſe comparaſſet inter ſemetipſum, & inter alios ab eo: & ſerebat iudicium de propriis moribus circa diſpoſitionem, quam animaduertebat inter

G ſe & inter alios. & ſi eam inueniſſet virtutem, commendabat ſe de ea: ſi autem eam reperiſſet vitium, punie bat ſe pro eo. Comparatio aũt expedit illi, qui vellet adoleſcere virtu tibus, conuenit ꝙ fiat ad valde lauda biles. Significat aũt ꝙ tales fiat laudabiles, hoc eſt illi, quorum virtutes ſunt in continuo augmento, qñ coegerint ſuos animos, vt attingant ad ꝓpoſitum ſtudioſoꝝ. Si aũt defatigarent ex hoc, eſſet laudabile apud plebem. Manifeſtum aũt eſt ꝙ magnificatio rei ingrediatur laudem. quia H magnificatio rei eſt eius excellentia, excellentia aũt eſt ex rebus, quibus aliqua res laudatur, Expedit aũt, qñ velles magnificare per ſimilitudinem, ꝙ conformares pluribus laudabilibus. nam hic actus eſt excellentiæ laudabilis, & oſtenſio ſuæ virtutis ad plebem. Et vſus ſua oratio eſt ſpecierum communium tribus generibus orationum. quia etſi magnificatio ſit communis tribus generibus rhetoricarũ orationũ, propior tamen eſt laudi & vituperio. Nam homo laudat aut vituperatur rebus exiſtentibus: quarũ eſſe omnes con I fitentur. magnificatio aũt rei propior eſt enti, q̃ ſit ei quod eſt priuatũ. & ideo expedit ei, qui laudat aliquid ꝙ deſcribat nobilitatem rei, & eius honorem & gloriam. Vſus aũt ſignoꝝ & exemploꝝ proprior eſt conſilio. qm̃ qñ ex rebus adeptis, q̃ iam exactæ ſunt, fit opinio de his, q̃ futuræ ſunt, quę largiatur cauſam & occaſionem rerum, quæ prædicatæ fuerunt, nos aptiores ſumus ad accꝛptandum & magnificandum ſuam enunciationem & iudicium. Notitia vero iuſtitiæ, & iniquitatis propria eſt iudicialibus. & vniuerſalius omnis laus & vituperium ſit comparatione laudabilium & vituperabilium, qui præceſſerunt. Expedit & K ei, q̃ laudaret & vituperaret, ꝙ ſciat coram quibus fiat ipſa laus aut vituperium hoc eſt, ꝙ laudet coram amicis, & vituperet coram inimicis: ſicut ei conuenit, ꝙ ſciat loca, vnde ſumat laudem & vituperium: de quibus in præmiſſis iam facta eſt mentio, quæ ſunt virtutes & earum agentes, & ſigna, & ſua accidentia. Manifeſtum aũt eſt ex his, de quibus meminimus. ꝙ ex harum rerum diffinitionibus ſciantur definitiones ſuorum contrariorum: ex quo contra- L rium ſcitur per ſuum contrarium. Quando aũt hæc à nobis cognoſcũtur ex ſuis contrariis, & vituperium eſt contrarium illis, manifeſtũ itaq; eſt, ꝙ ex hoc ſermone nos non ſolũ cognoſcimus res, quibus fit laus, ſed etiam res, quibus fit vituperium.

Sermo de Accuſatione & Defenſione. Cap. 13.

POſtquam autem loquuti ſumꝰ de rebus deliberatiuis, & laude & vituperio, iam expedit ꝙ loquamur de tertio genere ſubiectorũ huius artis, quæ eſt accuſatio & defenſio. hoc autem fieret, qñ narraremꝰ ex quot ſpeciebus præmiſſarum connectuntur ſyllogiſmi, qui fiunt ſm modum accuſationis, & ſm viam defenſionis, & notificaremus ſingulas illas ſpecies. Species autem præmiſſarum, ex quibus fiunt orationes accuſationis, vniuerſaliusſunt tres ſpecies. Quarum vna eſt præmiſſarum ſumptarũ ex efficiente, hoc eſt iniuriante. Secunda autem ſpecies eſt præmiſſarum ſumptarũ ex patiente,

A te, hoc eſt ex illo, in quem infertur iniuria. Tertia autem eſt præmiſſarum ſumptarum ex ipſomet actu. Acceptarum autem ex efficiente notitia fit, quando numerãtur res, quæ quando fuerint alicui homini, putatur ꝙ iam feciſſet iniuriam, & ꝙ in medium ſeramus, quæ ſint illæ res. Sumptarum autem ex patiente, eſt quando numerantur reſ, quæ quando fuetint alicui homini, erit ipſe aptus, vt recipiat iniuriam. Sumptarum vero ex actibus eſt, quãdo narraremus quibus actibus fit iniquitas, & in qua diſpoſitione actuum in
B telligat iniquitas, & quo pacto hoc eis contingat. Expedit autem ante hoc ꝙ narremus quid ſit iniquitas: deinde procedam ad ſermonem de ſingulis his tribus rebus. Dicimus autem ꝙ iniquitas ſit voluntarium nocumentum propter peccatum in ſtatuti legem. Statuti autẽ ſunt duæ ſpecies, quia quoddam eſt propriũ, & quoddam eſt commune. propria aũt ſtatuta ſunt ſtatuta ſcripta, quorum timemus ne obliuiſcatur, niſi ſcriberentur, quæ propria ſunt ſingulis populis, & ſingulis nationibus.
C Communia vero ſtatuta ſunt ſtatuta non ſcripta, quę omnes concedũt, ſicut eſt honor parentum, & beneficorum gratulatio. Actus autem voluntarie fit quando efficiens ageret ipſum eius cognitione nõ coactus ſimplici vi, aut ſecundum aliquem aliũ modorum, de quibus infra fiet mentio: & cum hoc ille actus eſſet ex illis, quos ille cuperet & optaret. Quidam autem actus voluntari eſt, qui fit animaduertentia & arbitrio præcedenti: quidam vero eſt, qui fit ex animaduertentia præcedenti, ſed ex imbecillitate animaduertentiæ occaſione malorũ morum, aut abuſus. D
Manifeſtũ aũt eſt ꝙ qui ex animaduertentia faceret aliquam rem ꝙ ipſe cognitione eam faceret. Quando aũt res ita fuerit, manifeſtũ eſt ꝙ q illam facerent ex animaduertentia, aut imbecillitate opinionis noxiis actibus aut latentibus, hoc eſt mixtis ex damno & profectu, illi ſint iniqui: & ꝙ hoc fit aut eorum malitia aut imbecillitate opinionis. Et ꝙ ille, cui fuerit vna rerum, quæ ſunt cã imbecillitatis opinionis, & ille fuerit cauſa eſſendi illam rem, ꝙ ille tulerit malũ, & eſſet iniquus, ſicut eſt iniquitas diuitiarũ: cuius cã eſt illarũ ap E
petitus & iniquitas voluptatũ: cuius cã eſt vehementia ſubmerſionis in venerem & ingluuiem, & ociũ: qđ eſt cauſa iniquitatis circa plures res. Sicq; & puſillanimitas. & ideo timidus & puſillanimis recepit ab eius ſociis, & deficit eis propter puſillũ pœnæ, quod ei inferret. Sicq; & philotim, qñ recedit á ſuis ſociis propter honoris amorem: & ſic amatores victoriæ recederent á ſuis ſocijs propter victoriæ amorẽ: & vir præceps ira furibũdus & iracũdus nocet ſuis amicis occaſione cuiuſdam iniuriæ, quam apprehenderet. Stultus vero F
amens operat iniquitatem quia cõplicat in eo iuſtitia & iniquitas. Præceps vero eſt iniquus propter paucitatem eius appetitus laudis. & ſic ſũt illæ, quæ his ſimiles ſunt rerũ, q ſũt cã iniquitatis non ex animaduertẽtia. Res vero, quæ notificantur propter ea quæ præmiſſa ſunt ex commemoratione virtutum, & ex commemoratione affectuũ, quæ poſtea ſcriberur, & ꝙ vniuerſalius ſunt aut ex malo more, aut malo affectu. Mali aũt mores notificantur ex his,

iquitas id.

G quæ præmiſſa ſunt, hoc eſt ex notitia ſuorũ contrariorũ, quæ ſunt virtutes & affectus, qui notificabuntur in ſecundo libro. Poſtquam aũt hoc conſtiterit, iam peruenit nobis ſermo, ꝙ narremus pp quid inferãt iniuriã iniqui, & quo pacto ſit iniquo rũ ꝙ inferant iniuriã: & quib⁹ reb⁹ inferant iniuriã, vltra ꝙ neceſſariũ ſit: ꝙ incipiamus & exponamus, quę ſiut illæ res, quibus iniqui inferunt iniuriam, hoc eſt res, quas qñ cupierint, inferrent iniuriã, & qñ eaſdem adiſſent, intuliſſent eam iniuriam.

H Manifeſtũ aũt eſt ꝙ tractatus accuſationis expedit, ꝙ præcedat tractatũ defenſionis. qñ qñ aliquis vult accuſare quenquã, oportet ꝙ ei notæ ſint res, de quibus accuſet, & quot ſint, & quæ ſint. Loca vero defenſionis non ſunt determinata, ſicut ſunt loca accuſationis: ſed determinantur loca defenſionis ſm loca accuſationis. Accuſatio aũt eſt quædã vehemens res ad politiam humanam: ideo nos aſpicimus plures, qui quando nõ accuſant, nocẽt ſuis affinibus & conſanguineis. Omnis aũt qui efficit aliquã rem iniqne, aut illam agit ex ſe ſuo voto, & eius arbitrio ſolũ,

Quę ſint cauſæ aliquos iniquos faciẽtes.

I aut non ageret illam ex ſe & ſuo arbitrio. & hoc, aut ageret ipſum contingenter, qui vocat caſus: aut illud efficeret neceſſario. Is aũt qui ageret neceſſario, quidam eſt qui ageret illud per eius naturam, ſicut ſi eſſet malorum morum naturaliter: & quidam eſt qui ageret ipſum aliquo exteriori cogente hoc eſt, ꝙ non ſit voluntas principiũ illius operis, qd ageret, ſed aliqd exterius latibulum, aut inimicitia & conſimilia. Id aũt, quod ex ſe agit, eſt illa res, q ipſamet ſola eſt cã ſuæ generationis, non alia res ſecũ extrinſecus cõnexa. Ille aũt, K qui agit, quidã eſt qui agit propter abuſum, aut malos mores. Et aliquis eſt qui eſt ſm appetitum & deſyderiũ. Ille aũt qui deſyderio eſt, quidã eſt deſyderio præmeditato rationali, & aliquis eſt deſyderio phantaſtico. Ille aũt, qui deſyderio phantaſtico eſt, quidã eſt qui eſt iracundo deſyderio, & aliquis eſt ratione appetitus. Qñ aũt hoc fuerit, iniqui ſine dubio inferũt iniuriã ratione ſeptẽ cauſarũ: quarũ vna eſt occaſione caſus: ſecunda occaſione naturæ: tertia vi: quarta abuſu & malis moribus: quinta ratiocinatione: ſexta ex ira: L ſeptima autẽ ratione appetitus. oẽs aũt exceptã illa, quæ fit ratiocinatione, ſunt partes imbecillitatis opinionis, de qua facta eſt mentio in præmiſſis. Diuiſio aũt iniquarum operationum ex parte ætatum & imaginationum, & eorũ, q nouiter fiunt, nõ eſt diuiſio eſſentialis, quia etſi iniquitas puerorũ ſit maior, hoc nõ eſt primo & per ſe, qua ſunt pueri, ſed qua pueri ſũt iracũdi aut voluptuoſi. Similiter aũt accidit pauperibus, ꝙ aueant pluſquã diuites pp eorum indigentiam. ſicut accidit diuitibus, ꝙ appetant diuitias occaſione oblectamentorũ non neceſſariorũ, pluſquam pauperes. qñ aũt referrent diuites aut pauperes ad iniquitatẽ alicuius generis cauſa propinquitatis non eſſent diuitiæ & paupertas, ſed appetit⁹ & mali mores, quos anima ex pauptate & diuitiis acquirit. Sicq; ẽt eſt res imaginationum, hoc eſt ꝙ ſi referrentur aliquæ res earum ad iniquitatem, hoc nõ eſſet per ſe primo, ſed qua imaginationes ſunt cauſa vnius aut plurium illarũ ſeptẽ cauſarum, quæ ſunt primo & per ſe cauſa

Septem cauſæ quę inducũt.

M

A ſa iniquitatis. Et ideo abſtinentes, & intemperati, & reliqui, de quibus dicitur ꝙ agant ſm ſuas imaginationes, operantur per vnam illarū ſeptē cauſarū præmilarū, aut per plures q̄ per vnam, aut ex ſuis contrariis. Illi aūt ſunt habentes imaginationes pulchras, hoc eſt intemperati operātur illis cauſis, abſtinētes aūt ex ſuis contrariis. exempli gratia, quia temperato annectuntur voluptates iucundæ laudabiles: intemperato aūt conſequūtur malę voluptates. Ideo expedit ꝙ hic omittamus hunc diuiſionis modum. vltimo aūt ſeremꝰ

B ſermonē de his rebus, qua ſunt cauſę hatum ſeptem cauſarū: non qua ipſę eſſent primę cauſę operationis iniquitatis. Mentio vero cauſarū, quæ ſunt per accidens, expedit ꝙ auferat hinc omnino: ſicut ꝙ homo ſit niger āt albus, pinguis aut macer: qm̄ per accidens aduenit et his varietas morū & voluptatum. Sed conuenit, ꝙ faciamus hic mentionem de cauſis, quas numeraui musante acciden tia, quæ variāt, mores per ſe, ſiue fuerint animantiū, ſiue corporeæ, aut extrinſecus: ſicut ſunt ſenect⁹ & pue ritia, paupertas & opulentia. qm̄ qn̄

C aliquis homo ſit pauper, putat diminutā metam ſui animi, & pudet eū quæcunq; res quam faceret. qn̄ autē ditatur, æſtimat magnitudinem metæ ſui animi, nec vlla res pudet eum. Sed de his nos loquemur poſtea. hic uero redeamus ad illud iter, in quo fueramus. Et dicamus ꝙ iam expoſitę ſunt cauſæ effectiuæ iniquitatis, & iam declaratæ ſunt ſingularū cau

Quæ caſu ant. ſæ finales. Illis vero qui caſu agunt, non eſt aliquis determinatus finis: ideo illorum iniquitas non eſt permanens neq; vt plurimum, neq; ſit habitu & meditatione ſtabili. hoc au D tem notū eſt per naturam eius qđ fit caſu. & hoc, quia caſus eſt cauſa terum vt in pauciorib⁹, ſicut dictū eſt in libro Poſteriorum. Iniquitas Q vero, quæ ſit ex natura ipſius iniqui & ſuis elemētis, fit ex diſpōne ſtabili firma: & operationes, quæ ab illa natura proueniunt, ſemper ſunt vnius deſcriptionis. & hoc, aut ſemper, aut vt plurimum. Suus autem finis eſt finis malorum affectuū, de quibus poſtea loquemur. ea vero, quæ ab illo fiunt ex diſpoſitione præter naturam, ſicut eſt dementia, & reliqua of

E ſendentia, quæ non currunt proceſſu naturæ, putatur ꝙ referantur ad caſum, & non attribuant alicui rei p ſe. Operationū uero, quæ vi fiunt, Quæ vi. hoc eſt, quæ arbitrio ſunt, ſed ſuum initiū eſt vis illata, finis eſt finis iniquarum operationum, quę arbitrio fiunt. ex quo vis accidit cunctis operationibus, quæ arbitrio fiūt. Finis Quæ ſine ditatione. vero iniquitatis, q̄ fit animaduertētia & prēmeditatione, eſt aut illæ res q̄ putantur ꝙ ſint vtiles, quæ ſunt illę res, de quibus mentionem fecimꝰ in capitulo largitionis cōſilij, ſeu de liberationis. hæc aūt eſt res, de qua

F putatur, ꝙ ſit aliquid bonū, qua putatur de ea, ꝙ illa ſit finis proficiens, immo ꝙ ſit maxime vtile. aut ſunt res iucundæ. & ideo ipſi intemperati ſæpe agūt iniqua ratione voluptatis. Finis vero iniquitatis, quæ ira fit, Quæ ira. eſt expetitio vlciſcendi ſanguinem ſanguis autem vindictę expetitio, eſt aliqua res vltra pœnā. Nam pœna recipitur pro cōdemnato. & hoc, aut conuenientiori ei, aut expedientiori ipſi ciuitati, aut occaſione delectationis ob eſſentiā dationis ſuæ pœnæ. hæc autē eſt hypocritica, ſeu

H lud damnum acquirit ſummũ honorem . Et ſummæ iniurię eſt,ꝙ illius iniuriæ ſpecies ſit noua, quam non fecerit alius præter ipſum , nec ante,neq; poſt illum. Et ex his quę magnificant iniuriam,eſt,ꝙ ille ſit primus eorum,qui fecerint illam,& omnes ſucceſſores qui illud opus egerint, imitati eſſent illum: ſicut de Abel & Cain. Et maximę iniurię eſt conducere vltimam perditionẽ illorum,quorum intentum eſt con
I ducere bona ipſis hominibus: ſicut eſt iniuria, quę cadit in legumlatorem. Et ſummę iniurię eſt mulctandi exceſſiuis pœnis ſecundum leges ſcriptas,ſicut apud quaſdam nationes eſt tradi feris. Et maximè iniurię eſt illa iniuria , quę infertur ab aliquo homine in ſuum affinem , eiuſq; ſocium . nam hæc fit propter ſuum odium & cordis huorem. dãnum autem affinium,ſuumq; odiũ infert eis exceſſum malitię.Et maximę iniurię eſt dolo vti in confidentes.Et periurium,& fœderis violatio & conſimilia his ex rebus,quę narrantur ſcriptis hiſtorijs . & ideo horum pœna non eſt ſicut pœna reliquorum iniuriorum :immo expedit vilipendere illos in capitibus tribunalium.vna cum ipſa pœna,ſicut eſt pœna falſorum teſtium.nam nõ eſt ſatis habendum per ſuam pœnã niſi fiãt erubeſcere in tribunalibus iudicum,&vilipendantur,& induãt vituperij indumentum. Et tuprior eſſet dolus,& iniuria, quãdo fierent illi a quo præceſſerit beneficentia illi,qui dolum commiſerit & iniuriã fuerit. & quando appareret benefacendum,& eius intentionis eſſet ipſum malum,illud eſt huiuſmodi.
Et iniuria in leges non ſcriptas,hoc eſt illarum tranſgreſſus eſt vehemẽtior q̃ iniuria I leges ſcriptas.& hoc L
quia ſtatuta non ſcripta ſunt ac ſi eſſet quędam res, ad quam homo cogeretur,ex quo ſunt ſicut res naturalis illa, ſicut eſt honor parẽtum & gratificare benefico. Statuta vero ſcripta nõ ſunt homini neceſſario. & ſi tranſgrederetur ſtatutum ſcriptum, iniuria eſſet abominabilis iniuria,& illa eſt,ſicut interfectio iſantium & mulierum. Et illos mulctari de rebus,quibus non eſt pœna I ſtatuto ſcripto,eſt maximę iniurię . & ideo eſt potiſſima cauſa corruptionis principatus. Iam itaq, ex hoc declaratum eſt ipſa iniuria ſumma & M
parua,ex quo patuit eſt contrariũ maximi:res autem cognoſcitur per ſuum contrarium. Modo autem expedit,ꝙ loquamur de conſtitutionibus,quę vocantur inartificiales,hoc eſt.quę nõ fiunt penitus ex ſyllogiſmo rhetorico.nam conuenientiſſimus locorum,de quibus faciẽda eſt mẽtio,eſt hic locus:ex quo illę ſunt magis propriæ iudicialibus, q̃ ſint duobus reliquis generibus rerũ rhetoricarum,hoc eſt, deliberatiuis, &

de-

demonſtratiuis. Hæ autem inartificiales conſtitutiones ſunt quinq; numero. quarum vna eſt ipſa ſtatuta, & ſecunda teſtes, & tertia conſtitutiones, & quarta tormẽta, & quinta ipſa iuramenta. Sermo autem de illis hic eſt, quomodo vnaquæque earum fiat in accuſatione, & excuſatione.

De *Statutis*. Cap. 17.

PRimo itaq; loquemur de ſtatutis. & dicamus ꝙ ex quo quædã ſtatuta ſunt communia, & quędam ſcripta, expediat itaq; ꝙ ſi ſtatutum ſcriptum eſſet contrarium rei, quã intẽderet declarare accuſans vel excuſans, ꝙ ratiocinandum ſit per ſtatutum commune ſecum conueniẽs hoc eſt contrarium ſtatuto ſcripto ipſumq; confirmet: & tunc inhabilitaretur ſtatutum ſcriptum. Vnus autem locorum, quibus meminit ꝙ inhabilitandum ſit ſtatutum ſcriptum, eſt ꝙ dicatur, ꝙ expediens ſit aſſumptio ſtatutorum non ſcriptorum. Nam quando homini ſatis eſſet quod affirmat ſtatutum ſcriptũ, non eſſet benefaciens, neq; tolerãs, neq; indulgens: ex quo homo denominatur his rebus, quãdo imitatus fuerit ſtatutum commune, ſicut declaratum eſt. & vſius laus & honor dirigitur per ſtatuta non ſcripta. nã qui facit debitum non laudatur. & ideo qui largitur menſuram opum debitam ſecundum ſtatutum ſcriptum, non vocatur liberalis. Secũdus autem locus eſt, ꝙ dicatur ꝙ ſtatuta ſcripta ſufficiunt multitudini hominum, apud quos nõ eſt animaduertentia. & hoc, quia illæ ſunt res perfectæ apud illos. Imitatio vero ſtatutorum non ſcriptorum, illorumq; coniectura, eſt animaduertentibus & egregiorum hominum. Tertius autem locus eſt, quia ſtatuta ſcripta contriſtant, ex quo cogunt hominẽ ad determinatas res: ſtatuta autem communia conueniunt naturis hominum: & hoc eſt præſtanti⁹. Quartus autem locus eſt, quia multo excellentius, & vtilius, & præſtantioris boni eſt relinquere ſtatuta ſcripta: ex quo res determinata non conuenit cuiq; homini, neq; omni tempore. ſtatuta vero non ſcripta coniectã tur modo conuenienti cuiq; hominum, omniq; tempore. Quintus autem locus eſt, quia ſtatutum nõ ſcriptum eſt perpetuum Iuariabile: nã eſt ſecundum naturam hominum. ſtatutum autem ſcriptum eſt ꝓmutabile & variabile. Et fertur de quadam muliere nota apud illos, quæ excuſata eſt de quodam viro, qui ſepultus fuerat præter ſtatutum ſcriptum, dicens non ſepeli illum ſecũdum ſtatutum hodiernum, quod erit cras, ſed ſecundum ſtatutũ, qđ nunquam perditur. Sextus loc⁹ eſt quia ſtatutum ſcriptum acquiritur meditatione: ex quo fuit receptũ auditu ab alio. ſtatutum autẽ non ſcriptum non eſt receptum ab alio, ſed eſt naturaſt notum. Et oratio expediens ad hoc eſſet, ꝙ diceretur, ꝙ ſtatutum commune eſt, quo iudex agit operationes diuerſas ſecundum expediens ſingulis viris & temporibus. & illẽ iudex eſt ad modum depurantis argentum a ſcoria. Et ideo oportet excellentem iudicem, ꝙ nõ ſatis ei ſit ſolum ſtatutum ſcriptum ſed vtatur ambobus ſtatutis ſimul: adeo ꝙ ſic ei declaretur veritas, & metietur apud illum oratio propria decreto quo iudicaret. & ideo, quãdo iudicaret de aliqua re, & ſtatutum ſcri-

G ſcriptum eſſet contrarium non ſcripto, vel eſſent duo ſtatuta contraria expediret ipſi iudici, ꝙ faciat ſtatutum perpetuum tempore, hoc eſt, non ſcriptum quodam loco, & renuat ipſum alio loco. & ſic eſt diſpoſitio ſtatuti ſcripti. hac enim diſpoſitione auferet ipſa contradictio, quę eſt illis iuxta literam, & verificaret aggregatum. Hoc autem quod dicitur, manifeſtum eſt in actu legiſtarum. & hoc eſt apud nos de ſtatutis ſcriptis contrarijs. Quando autem ei dubius eſſet aggregationis modꝰ expediret illum liſtere pedem, & nō

H tranſgredi alterum duorum ſtatutorum: ſed moram contrahet in iudicio, donec ei declaretur locus dubij & ambiguitatis inter duo ſtatuta, & tranſeat cum communi vtili, & cū ſcripto debito. Hęc itaq; eſt ſumma eorum, quæ dicta ſunt ad redarguționem ſtatutorum ſcriptorum, qñ eſſent contraria alicui rei, cuius conſtitutio intenditꝰ. Quando vero ſtatutum ſcriptum conueniret rei, cuius ſtabilitas intenditur, commune autem contrariatur, vnus itaque illorum quibus inhabilitatur ſtatutum non ſcriptum contrarium, eſt

I quòd dicatur, ꝙ ſtatutum cōmune ſit ſermo ſubiecti & ſermo temporum, & vniuerſaliter ipſum eſt indeterminatum, ſed indiget limitatiōe & terminatione: ſcriptum vero eſt completum. Et quando ſtatutū cōtrarium nō ſcriptum eſſet dubium & ignotum, tunc etiam nobis conueniret ſtatutum ſcriptum notum, tam expediret credere, ꝙ non debeatur ꝙ iudicium tranſgrediatur ipm ſtatutum ſcriptum. Alius autem locus, quo inhabilitatur ſtatutum nō ſcriptum, eſt, ꝙ ſtatutum non ſcriptum decernat vniuerſali ſententia K ſicut benefacere tuo benefico: ſcriptum autem decerneret terminato iudicio, quæ eſt menſura illius beneficii, ſuumq; tempus. Vſi autem cōmuni nullus vtitur, ſed bene vtūtur particulari. illud ergo, quo vtēdum eſt, expedit cōſtituere. Alius autem locus roborat ſtatutum ſcriptū. nſi conſtitutio ſtatuti ſcripti debeaꝯ ſuus itaque vſus debetur. & niſi ſic eſſet, quid conferret vtilitatis rei cōſtitutio, ſi nō vteremur illa. Et alius locus eſt fortis ad ſtatuti cōſtitutionem, qui eſt, quia illa conſtituentis proportio ſecundum ſui prioritatē L congruæ mentis ad vulgus eſt proportio medici ad illos, quibus medetur, & vſus habitudo artificum ad illum, qui non eſſet illius artis. & ſicut non expedit homini, ꝙ negligat medicum, aut tergiuerſetur in recipiendo ſuum dictum ſeu ſuam opinionem, ſic res ſe habet in receptione dicti conſtituentis ſtatutum ſcriptum. immo damnum oppugnatoris ſtatutorum imponentis eſt vehementius damno oppugnationis medici. Et hoc, quia ex oppugnatione medici conſequitur damnum vniꝰ hominis: ex oppugnatione autem M ſtatutorum imponētis prouenit deperditio ciuium omnino. Et aliꝰ locus eſt, quia ſtabiliuntur ciuitatum iudices illi, qui noſcunt ſtatuta ſcripta, non ſtatuta non ſcripta. nam in illorum comprehenſione tota multitudo eſt ęqualis. Quando aūt hoc ita fuerit, expedit itaq; ꝙ conſtituā tur ſtatuta ſcripta: & niſi ſic eēt, fuiſſet iudicum conſtitutio vana & incaſſum. Hæc itaq; eſt ſumma eorū quæ dicimus de ſtatutis.

De

A De Teſtibus. Cap. 17.

TEſtes vero quidã ſunt viri prio res tpe, & quidam ſunt noui & præſentes. Et ex nouis quidam ſunt qui communicant illis in eo bono, quod ſperant aut in malo, quod timetur. Intẽdo autem per teſtes prio res pręcedentes tempore notos acceptos apud multitudinem hominũ, quorum dignitas eſt famoſa. nam teſtimonium horum reciperetur de rebus præteritis, ſiue retulerint, ꝙ ipſi vidiſſent illas, ſiue non retuliſſent hoc. quia iam ſuſciperetur ſua intẽtio vſ̃ iter de eo, quod narrauerũt de

B illis ſm̃ verificationem. Teſtimonia ſunt rerum præteritarum: & ſunt illa, quæ non comprehendũtur eo tẽpore a maiori parte entium, vel teſtimonia de re præſenti, aut de reb⁹ futuris. Teſtes vero de reb⁹ pteritis ſine dubio ſunt tpe priores. Rerum vero pręſentium nro tpe teſtes ſunt ex illis, qui præſentes ſunt noſtro tpe. De reb⁹ vero futuris quidam teſtes ſunt viri præcedentes, & quidã ſunt viri noſtro tpe præſentes. Teſtes autem rerum futurarum ſunt duarũ ſpecierum, habentes experientiam, ſiue ſua experientia fuerit per artẽ,

C ſiue ſine arte. Et homines vtentes ſolitis exemplis, quæ prohibent vſ̃ permittunt illud opus: ſicut quod dicit honora parentes. nam iam dixit legislator, ꝙ parentum honor addit vitam, & conſimilia. Accepti vero, & quorum teſtimonio vtimur, pręſentes teſtes ſunt illi, quos⁹ experti ſunt viri ſibi affines, hoc eſt, ſui vicini, vſ̃ ſui conſanguinei, aut ſui conſcij: & eos repetierunt conſtantes ſuper rebus, de quibus recipitur ſuũ teſtimoniũ, ſuariabiles ī illis. Pręteritorum vero teſtium diſpõem perſcrutandam habemus apud acceptationẽ: D & iõ non indigent experientia. Per acceptationem autem intendo aut teſtimonium quod teſtati fuerit de reb⁹ pteritis: aut veritatẽ inexiſtẽtię habituum illis, de quibus referũtur teſtes futurę, ſi ſua teſtimonia fuerint de rebus futuris. Conditio vero, quæ debet eſſe ad acceptionem teſtimonij nouorum teſtium, eſt, ꝙ non cõmuniceat illis, ad quos teſtati fuerit in bono quod ſperaret, neque ī malo cuius caſum timerẽt: ſicut patres illorum, pro quibus teſtantur aut filij, vel affines. & hoc, quia ſi illi rebellent de eis, ꝙ mentiantur nonnũ E quam, vt Ariſt. ait mentirentur. De tempore vero prioribus nõ eſt imaginandum hoc, ex quo iam priuati ſunt. Nouorum vero teſtium teſtimonium acciperetur, quando teſtati fuerint, ꝙ res ita fuerit, aut nõ fuerit. non acceptatur autem ſuum teſtimonium, ꝙ res fuerit iniqua, vel æqua. Priori vero tempore teſtimonium iam accipitur de hoc: cum ipſi non ſint ſuſpecti, quia non communicant cum illis, pro quib⁹ teſtãtur: tum quia ſu⁹ ſermo ferret, ꝙ iudicium ita fuiſſet antiquo tempore. Verificationes autem iãm accidunt F pp teſtimonia: & aliquando accidũt propter ipſas res comprobantes res dubias, & ſtabiliuntur loco teſtimoniorum. Iudicium autem rerũ comprobantium res dubias eſt operatio num iudicum habentium prudentiam & peritiam. Et ideo expedit iudici, ne erret in rebus dubijs falſigraphis: ſicut non decipitur cambiator de argento ſophiſtico. Quando autem hæ res conſtituunt iudicem ſuper rẽ ipſam verã, aut ſi eſſet falſum teſtimoniũ eis cõtrariũ, digniores

ſunt

G ſunt conſtituere ſuper ipſam, quando non eſſet ibi teſtimoniũ, aut quãdo teſtimonium ſecum conueniret. Et ideo apud iudices hæ res exiſtunt loco teſtium. nam nihil refert, ſiue iudicent per teſtes, aut iudicent per has res dubias, quas loquentes comprobarent. Hæ autem res ſunt aliq̃ a ſignis, & ideo numeratæ ſunt cum teſtimonijs. Quoddam autem teſtimonium fit de re, circa quam eſt lis & quoddam eſt de ipſis teſtibus, & quoddam eſt de duobus contendentibus. Teſtimonium autem de ipſis teſtibus, quoddam eſt ad eos corro-
H borandum, & quoddam eſt ad eos falſificandum. Teſtimonium vero de duobus contendentibus eſt iuſtificando vnum, & culpãdo alterum. Teſtimonium autem de teſtibus erit, aut q̃ ſit ille amicus vel inimic⁹: aut mediocris inter actorem & reũ, qui non eſt amicus neq; inimic⁹ alterius illorum. Hic autem ſunt aliæ differentiæ teſtium præter has dſias: & rurſus infra dicetur de illis, quando loquemur de locis vſibus, ex quibus
I fiunt enthymemata. & hoc in ſecundo libro hui⁹ libri. Hæc itaq; ẽ ſumma eorũ, q̃ dicta ſunt de teſtimõijs.

De *Conſtitutionibus*. Cap. 18.

COnſtituriones autem ſunt conditiones, in quibus conueniunt quidam homines. Conditiones autem, in quibus conueniunt, ſunt vtiles duabus rebus, quarũ vna eſt pariſicando ſe operans, quando illas cognouerit, & ipſius vituperũ, quãdo non ſtabiliret illas: & eius laus, quando vere proferret de illis. Secũda autem vtilitas eſt in verificatiõe actoris & falſificatione rei, quando illam propoſitam actionem negaret. Et in hoc loco non eſt dſia inter eos & inter teſtes. Et quando condi- K
tiones fuerint ſcriptæ, aut atteſtati eſſent eis teſtes, ipſæ habentur loco teſtium in diſpoſitiõe rei de qua eſt lis, & in declaratione diſpoſitionis litigantium: hoc eſt, quo modo ſint ſuæ diſpoſitiones per virtutem & vitium. & hoc, quia conditionis nexus ſignificat virtutem, & illius omiſſio ſignificat vitium. Quando autẽ contendens concederet ipſam cõditionem, & allegaret q̃ ille non connecteretur illi, indigeret itaq; loquens tradere perſuaſionẽ neceſſitatis nexus ipſius conditionis, q̃n diceret q̃ conditio ſit proprium & particulare L
ſtatutum: & expediret illius ſtabilitas, ſicut expedit ſtabilitas ſtatutorum. Quando autem ſtatutum fuerit differens a conditione, diãt itaque q̃ ſtatutum non iudicet ipſam conditionem, neq; ei prædominet. nam ſtatutum decernit vſum cõſtitutionem. Conditio autem eſt particularis conſtitutio: particulare autẽ iudicat ipſum vſe. ſic igitur cõditio eſt caput ſtatuti, & ſtatutum nõ eſt caput conditionis. Si autem non differret ipſa conditio, diceretur q̃ ipſa conditio ſit ex ſtatutõ, ſi ſtatutum M
apud ipſos eſſet impoſitum per conſtitutiones: aut q̃ ipſum ſtatutũ conducat ſtabilitati conditionem, ſi ſtatutum eſſet apud illos per Dei prophetiam. Alter autem locus eſt, q̃ dicatur, q̃ conditiones ſint, quæ decernunt conſtitutiones proprias ſingulis viris & tpibus cõueniẽtes: & ſi cõdõnis ſtabilitas nõ eẽt, deſtruerent cõſtitutiões: & q̃ cõdõ ſit, cui hõ vult per ſuam electionem & aſſaduetentiam. Id autem, quod eſt talis diſpoſitionis, non habet excuſationẽ, niſi ipſum conſtituat. Et præter hũc

ſunt

ſunt loca ei ſimilia, in quorum rela
tione protraheretur longus ſermo:
ſi intenderemus illorum perſcrutati-
onem in hoc loco. Hoc itaque eſt,
quod dixerunt de rebus, quibus con
ſtituuntur ipſæ conditiones. Res ve-
ro, quibus falſificantur conditiones,
qñ oratori videretur, ꝙ decentiſſimũ
& conuenientiſſimum ſit, ꝙ condi-
tio falſificetur, ſunt ipſa ſtatuta ſcri
pta, & ſtatuta communia: ſicut dici-
tur ꝙ ipſa ſtatuta ſcripta ſint fortio
ris aſſimilationis & habitudinis ad
ipſas conſtitutiones. nam ſtatutum
ſcriptum eſt commune: ipſum autẽ
B commune eſt vltor conſtitutio q̃ ip
ſum proprium, quę eſt ipſa cõditio.
communis autem conſtitutio plu-
ris facienda eſt q̃ conſtitutio ꝓpria.
Alius autem locus eſt, ꝙ dicatur, ꝙ
iudex ſit equitatem perſcrutãs & ip-
ſam patefaciens: hoc eſt ipſam ęqui
tatem, quæ eſt ſecundum ipſam ci-
uitatẽ. Et ideo ei expedit, ꝙ perſcru-
tentur ęquitatem, quam ſuis animis
C conditionauerunt conſtitutionum
inſtitutores. & ſi in ciuitate æquitas
eſſet, permitteretur conditio: ſi autẽ
non eſſet æquitas, deſtrueretur ipſa
conditio. Ac etiam ſtatuta non im-
ponuntur vi neq; ex errore. in con-
ditionibus autem hoc eſſet poſſibi-
le. & vſus expedit, ꝙ contraria con-
ditionum ſequantur ipſa ſtatuta: &
ſi non inueniremus illam in ſtatu-
to antiquitus ſcripto, inueniremus
illam in ipſo ſtatuto vſi: & per hoc
falſificaremus ipſam. Si autem illã
inueniremus in ſcripto, indigerem⁹
deſtructione illius: ſiue illud ſtatu-
tum fuerit ſtatutum illius ciuitatis,
aut ſtatutum ciuitatis, quæ eſſet me
tropolis ad illam ciuitatẽ. Et ex his,
quæ ipſas conſtitutiones deſtruunt,
eſt ꝙ ſint ibi contrariç conſtitutio- D
nes, vel illis priores aut eis poſterio-
res. Et vt plurimum poſteriores iudi
cant priores, & nonnunquam prio-
res iudicant ipſas poſteriores, quan
do priores fuerint veræ, & poſterio-
res deceptoriæ & ſubdolæ. Siſt étiã
expedit illi, qui falſificaret ipſam cõ
ditionem, ꝙ conſyderet ſuas dictio-
nes. & ſi eis inſit aliquid, quod poſ-
ſet diuertere, illud diuertat & edu-
cat ab intellectu, quod decerneret
enunciationis dictio. Hoc autẽ poſ-
ſet facere, qui haberet euidentiam
æquiuocarum dictionum, & ſimilĩ E
rerum. Hoc itaque eſt vltimum,
quod Philoſophus dixit de conſti-
tutionibus.

De *Torturis*. Cap. 19.

COnfeſſio vero per torturas eſt
dicti illius, qui torquetur teſti
monium quoddam, quo ſit ei credu
litas quædam. nam homo timeret,
ne ſi negaret, rediret ipſum pœna.
Et quatenus etiam putaret ille, ꝙ ꝓ-
fationis veritatis eſſet euaſio ab illo
malo, quod inde accideret, niſi quia
eſt quædam veritas quæ illi remitti
tur. & ideo difficile eſt comprehen-
dere res, quibus poſſet ſtabiliri cõfeſ F
ſio, quæ fieret ſub tortura, quando il
la eſſet conueniens præponenti eã,
& ꝙ falſificetur, quando cõueni-
ret aduerſario: non ꝙ eius falſifica-
tio & aſtutia ſit ipſamet veritas. nã
non eſſet confeſſio falſi per torturas
loco contriſtationis paucior quàm
confeſſio veritatis. ſed illi confiten-
tur quicquid ipſi interrogantur lo-
co euaſionis a torturis, & ſi eſſet fal-
ſum. Ac etiam, quando illi tulerint
torturam, & non dicerent verum, ꝓ
pinant ad falſum: vt de illo putetur,
ꝙ ſit ipſum verum, & per hoc citò

quie-

G quieſcere illos faciant ab ipſis tortu
ris. Et ideo iudicibus expedit, ne vti
tur hac ſpecie ſumptionis ſignifi--
cationis: ſed vtantur & faciant alias
ſignificationes. Nam plures homi-
nes propter ſuorum corporum ro-
bur, & ſuorum animorum experiẽ-
tiam vehementi tolerantia, ferrent
pœnam, & non confiterentur verita
tem. Puſillanimes vero, & imbecil-
les homines confitentur de ſe ipſis
falſum, antequam videant tormen
ta: ideo non eſt ipſarum torturarum aliqua res, in qua expediat con
fidere.

H De *Iuramentis*. Cap. 20.

IVramenta vero ſunt propter lo-
cũ quatuor rerum. & hoc, quia
qui iurat, aut iurat dare aliquam rẽ
& aſſumere aliquam rem, ſicut fit I
emptione & venditione: aut non ſu
mere aliquam rem neque dare rem
aliquam: aut ſumere & non dare:
aut dare & nõ ſumere. Si autem ho-
minis iuramẽtum fuerit dare, ſit de
alijs rebus ei nocentibus, hoc eſt, ſi
eas renuerit, & non tradiderit. Iura-
mentum autem fit ab actore, aut a
reo in quem agitur. Nulla res autẽ I
verificationis eſt iuramento, quãdo
ſcitur ꝙ iurans ſit vir tranſgreſſor.
Quãdo autem iudex præciperet iu-
ramẽtum alteri litigantium: ille au
tem ipſum renueret, iam de illo con
firmaretur actionis argumentatio.
nam per iuramentum expetere de-
terminat veritatem. Quando autẽ
renueret iurare, confirmatur de eo
actionis argumentatio. Ex quo au-
tem per iuramentum expetitio ver-
titur inter duas neceſſitates res, qua
rum vna eſt id, quod prouenit, ꝓpter
iuramentum, quando periurus cẽt,
quæ eſt Dei vilipenſio, ſuiq; hono-
ris paruifactio. Secunda autem eſt K
coactio, quę ad eum peruenit ſumẽ
dum aut dandum. nam homo ſem
per agit minus noxium duorum ei
neceſſariorum. Et ideo quidam ho
mines quando iurant, verum profe
runt: & quidam falſum pronunci-
ant. Et hoc eſt vnum eorum, quæ ſi
gnificant, ꝙ fallatur communitas
per iuramenta: ſed ſtudioſus vir ve-
rum profert, & videtur quòd verum
ipſe proferat, ꝙ ſi non iuret: ſed illi?
veritatis aſſertio non eſt, quia non
iuret, ſed propter eius dignitatem. &
quia ille non eſt talis, ꝙ ſit trãſgreſ-
ſor, & nõ inueniretur in eius ore mẽ L
dacĩũ ſine iuramento: & tanto for
tius cum iuramento. Fuga vero ſu-
ſtentandi quęſitum per iuramentũ
eſt neceſſaria, illa quidem quæ fit a
viro tranſgreſſore, eſt ad vincẽdum
ipſos fide tutos. Nam eductio confi
dentiæ a iuramento, eſt ex his, quæ
inducunt verificationem dictis tran
ſgreſſoris. Et hoc eſt ſicut, ꝙ audax
vinceret timidum, aut fit ei obuiam
vt illum vincat, & diuerteret ab eo:
quia ipſe timid⁹ fugeret ipſum: ſed
ſi res ita fuerit apud fide tutum, non
fieret quòd ſumat ſine iuramento, M
quando aduerſarius non videret ip-
ſum tutum: immo non ſumeret ni
ſi iuraret. Quando autem vehe-
mens fieret iuramenti inductio in
fide tutum, in quem eſſet actio, ſi
ille vellet attribuere Deo gloriam,
& non ferre eius nomẽ in vanum,
oporteret ipſum nõ negare falſam
actionem, quando daret quod pe-
teretur. nam ſi negaret & daret, fer-
ret ad putandum, quòd actor protu
liſſet veritatem, & ꝙ ipſe dediſſet oc
caſionem iuramenti in vanũ, quod
ei opportunum eſſet. Et ideo non

expe-

A expedit, ꝙ ſe inducat ad hoc, ꝙ ab eo petatur iuramentū. quia qñ ſcit retur iuramentū, & non iuraret, putaretur de eo ꝙ ſit mendax. Notū autem eſt in proprio & cōmuni iudicio, quo pacto hō excuſetur, quādo ſuum iuramentū permutatum fuerit: & qualis ſit increpatio rebellis iuramenti ſuaq; caſtigatio. nam rebus, quibus cōmutat iuramentū, ſunt illæ quatuor res, quibus iurare tur: & illæ ſunt, quas ſinguli hoſes cupiunt. & hoc ꝙ ſumat & tradat, aut non ſumat, & nō tradat, aut ſumat & non tradat, aut det & nō ſu-
B mat. Qñ autem hō iurauerit ꝓ aliqua harum quatuor rerū, non euadit itaq; quin ſermo, quem fert ad illius rei conſtitutionē, ſit cōformis illi, de quo iurauerit, aut ſit difformis. & hoc, qñ iuramento negaret. Si autem eſſet difformis, vnum eorū, quibus aſſereretur mentitū fuiſſe iuramento, difforme eſt, ꝙ dicat, ꝙ iuramentum ſit quędam lex, qñ aūt ſponte hō ipſum permutaret, & ro mentitus eſſet, iā feciſſet iniquitatē. nā iniquitas eſt permutatio legis ſpōte. Ille vero, qui excuſatur ex
C iuramenti difformitate, ipſe excuſaretur ꝙ eius iuramētū fuiſſet vi, aut dolo, aut latenter ſeu ignorātia. qa qñ ille iurauerat, nō cogitabat eam rē, de qua iurauerat: ſed ſua cogitatio ipſum deuiauerat in aliud. Aut ꝙ illud, qđ illum ſubduxerat ad ipſum iuramentū, ſit debellatio, & oppugnatio, liuor, & impatientia, & nimia paruipenſio, & ira contra aduerſarium: & vltius vſus, qui ei eſt ad iuramentū, & peruenire in ipſum ſubito: & prompta velocitas in ipſum, & ad abnegationem & mēdacium. Ex his aūt, quæ fiunt ad conſtitutionē ſtatutorū, & iuramento- D
rū, & corroborationem illorū eſt, ꝙ dicatur ꝙ iam expediat vobis virorum vniuerſitas, ꝙ ſtabilitas veſtra iuramenta, & non varietis ipſa. nā iuramentum & legale ius, quod hō aſſent ex ſe ſponte, & cognitione, expedit ergo ei ne ipſum variet. Illi vero, qui dolo aut ignorātia, vel prouentu ad abnegationē, & veloci promptitudine ad iuramentum iurant, non ſtabiliūt ſua iuramenta, & aliæ res prēter has his conſimiles ſunt huius tractatus, quibus magnificaretur & exaltaretur. Hic itaque
E eſt ſermo de verificatiōibus ſeu approbationibus, quę fiunt ſine ratiocinatione: & modis illarum vſus in hac arte. Hic itaque completæ ſunt res, quas continet hic liber, q eſt primus. Laus ſit ſoli Deo, cuius nomen exaltetur, & eius commemorationi benedicatur. Amen.

AVERROIS
PARAPHRASES
IN II. LIBRVM
Rhetoricorum.

F

De neceſſarijs generi Iudiciali.
Cap. 1.

EX quibus vero orationum ſpecieb' fiat perſuaſio, & diſſuaſio, & laus & vituperatio, & accuſatio & excuſatio ſeu defenſio: & ex quibus præmiſſis, & enunciationibus ſumantur harum orationum partes, quæ faciunt fidem, ſeu quæ veritatem inferunt in hac arte, iā dictū eſt

G est in primo libro. q̃ orationes de rebus particularibus fiãt propter has sex mentiones, quas diximus, & syllogismis & præmissis, quas numeravimus in prehabitis. Ex quo autem impossibile est in oratione sine iudice, q̃ determinet alteram duarum orationum Rhetorum: ex quo orationes, quę in illa fiunt, non sunt verę. & nõ indigenta iudicum in concionantibus, seu deliberativis est maior, ex quo sunt de rebus possibilibus: sicq; indigemus il is in iudiciali, & laude & vituperio. sicq; hic expedit q̃ speculemur non solum orationes con-
H stituentes & destruentes seu confutantes, sed etiam secundum orationes, quæ acquirere faciunt iudicib⁹ passiones, quę ipsos cogunt iudicia inclinare secundum varietatẽ fidei præstationis ipsius iudicis proponẽtis verbis. Proponentis autem fidei præstatio iudicis iudicio esset, quando proponens cognosceret quis vir sit ipse iudex secundum suam amicitiam aut inimicitiam erga ipsum & iudex cognosceret quis vir sit ipse proponẽs secundum eius virtutem suamq; sapientiam. Cognitio autẽ iudicis de proponente cõfert vt plu-
I rimum in rebus deliberativis. receptio autem utilitatis cognitionis proponentis de dispositione iudicis, vt plurimum est in litibus. nam nõ est unum iudicis iudicium de eo quem amat, & de eo quem odit, neque de his qui contra eum irati sunt, aut non irati, aut ipsum timẽtes vel nõ timẽtes ipsum: sed iudicium iudicia sunt diversa secũdum hoc dria magę mensuræ & proventus. Quando autem iudicium proferrẽt de eo quem amant, nisi illi minuant aliquam rem vel parum minuant ab eo. iudiciũ vero de eo quem odiunt K
est huius contrarium. Et sili est differentia q̃ iudex iudicet contra proponentem, qui esset nobilis meditationis, aut iudicet, quando ille esset pauci momenti, & tolerantię & cõtristans se de illo. Loquentes autem sunt suis orationibus veridici vt plurimum propter tres causas. nam aliquando homo sit veridicus his tribus absque oratione confirmante. Hę autem tres sunt, scientia, & dignitas, & sumptio cõsilij societatis: hoc est. ne se separet ab illo q ei consulit, aut occasione suę ignorantię illius, aut propter ipsum esse distinL ctũ ab illo genere, vel loco, aut idiomate. Consules autem sunt non veridici sed mentientes aut propter privationem, seu defectum harum trium rerum, vel defectu quarundam earum. nam aut ipsi non consulerẽt conuenienti opinione propter suã ignorantiam suumq; errorem: hoc est. quia ipsi consulerent id, de quo nõ recipitur aliqua utilitas propter suę mentis imbecillitatẽ: aut q̃ sint sapientes studiosi oportet dissormes esse illis, quibus consulunt. & hoc: quia quãdo ipsi fuerint huius dispoM sitionis, possibile esset eis, q̃ cognoscant rem magis studiosam & non consulant ipsam. Manifestum autẽ est, q̃ prętet hos tres habitus nõ est aliquis habitus, qui quando inest loquenti, posset eo esse veridicus apud audientes. Vnde vero sciatur, q̃ loquens sit talis dispositionis, aut confitmetur apud illum, qui non novit eum. q̃ sit talis dispositiõis, illud est ex rebus, de quibus facta est mẽtio in capitulo laudis, hoc est, quia ipse est habens sapientiam & virtutem. q̃ vero ille sit socialis creaturis

&

A & amicus, & ſermo de his eſt pars ſermonis de præmiſſis, & ex quibus conſtituuntur paſſiões, pp quas differunt iudicia iudicum: & illę ſunt quæ eis inferũt voluptatẽ aut dolorẽ: ſicut ſunt ira, & timor, & eius cõtrarium, & his ſimilia. Iam autẽ expedit ꝙ loquamur hic de illis. hoc autem fiet, qñ ſpeculabimur vnãquãq; harũ paſſionũ tribus rebus: hoc eſt, rebus agentibus illã paſſionẽ, & viris aptis ad illã paſſionẽ, & cui hęc paſſio ſit incidẽs prevalens.

Sermo de Ira. Cap. 2.

B HVius autem exemplũ de ſpeculatione iræ eſt, ꝙ dicat' qua diſpõne hõ ſit iracundus: & ꝙ ſint res agentes irã: & qui hoſtes ſunt, in quos eſt naturaliter ira. nã oĩno repentina ira, qñ congregãtur hæc tria, & qñ quędã eorũ inueniunt, & quędã nõ inueniunt, ſine dubio nec ira inuenitur. Et vſus nos faciemus in hoc genere, ſicut fecimus in precedentibus capitulis, hoc eſt in capitulo litigiorũ ſeu iudicialis, & in capitulo conſilij, ſeu deliberatiui, qñ de finiuimus res quarũ conſtitutio intenditur: & rurſus res, quibus ordinaretur ſuũ eẽ: hoc eſt vtile vel no-
C xium. æquitas vel iniuria. Duæ autem harũ triũ rerũ ſunt, ex quibus componuntur præmiſſæ, ꝙ qñ homo procederet in eis, conducerent ipſum ad illam paſſionem: hoc eſt, in illos, qui illam agerẽt, & in quos caderet illa paſſio. Reperiuntur vero ex diſpõnibus illorum, qui coacti ſunt ad illam paſſionem quędã, quibus illi apti ſunt aptici, & eis ꝓmoueri ad illam paſſionẽ, exempli gr̃a, quia ꝓmoueres hominem ad iram, qñ ei annunciares eſſe rerum cooperantiũ ad iram: & hominem in quem deberet iraſci. diſpõnibus D vero, quibus hõ aptus eſt iraſci, cõſtitueretur ꝙ ille iraſceretur. Sed harum diſpoſitionũ notitia expedit illi, qui vult iraſci. nã ille ſciret tẽpus, quo hõ ſit aptus ad receptionẽ oppositionis, quæ ipſum promoueret ad illã paſſionẽ. * Ira autem eſt diſpoſi- *Iræ definitio. tio, vel impreſſio animalis, ex qua ſit animæ appetitus pœnę, ꝙ videatur opportuna illi, in quem eſt ira pp eius vilipenſionẽ in virũ iraſcentẽ, aut in eũ qui ſit eius pediſſequa, & ei continuus. Vilipenſio autẽ eſt, quam Ariſt. vocat puſillanimitatẽ, nam anima recipit vilipenſionẽ: ac E ſi ipſa minueretur rebus paruis, quę in ea imaginantur. & qñ hęc fuerit iræ definitio: Ira itaq; fit ex aliquo hoſte demſo, aut aliquibus hominibus demonſtratis, in aliquẽ hominẽ demonſtratũ, vel aliquos hoſtes demonſtratos, nõ in ipſum hoſtem vſtem. & hoc pp aliquã rem, qua ira ſcens fuerit iratus, vel in aliquem illius pediſſequam. Omnẽ aũt iram ſemper ſequit' aliqua pauca res voluptatis, nã iraſcens ſperat vendicari ab illo, in quẽ fuerit iratus. quando autem ſperat, acquirit voluptatem. nã ſpes illa eſt quędã eius imaF ginatio, qñ futurus eſt vincere virum, in quẽ iraſcitur, qua illud eſt quaſi impoſe in aliſi. & illa eſt pœna, quã anima ſperat. & iõ iraſcens magnificatur in ſua alia, qua ipſe reputat in ea vigorẽ ad illam pœnã. & ideo hõ non iraſcit' in illũ, qui maiũ eſt ſupra ſuũ gradũ, neq; i hominẽ qui eſt infra ſe nimis. Et quã pulchrũ eſt, qđ dixit poeta de ira, ꝙ id, qđ inde anima mouet' & tremit, ſit res dulcior melle: & ꝙ ille qui tegit mentẽ eius, eſt ſimilis fornacis

G fumo. Et ideo iracundi non intelligunt neq; animaduertunt: Dicitur autem de ea, ꝙ ſit dulcior melle, occaſione voluptatis, quæ in ea eſt ex imaginatione vindictę. nam imaginatio optatæ rei ipſamq; agitari in anima eſt quid iocundum, quando ibi non fuerit meditatio, quę ſecum intendat abhominabilem rem connexam optatæ rei: neq; res, quæ impediat aduentum ſuæ poſſibilitatis: ſicut eſt diſpoſitio phantaſmatum, quibus homines delectãtur in ſomnijs. Rei autem vilitas, & vilipenſio ſit propter res, ad quas non habet vi
H gorem, neq; conuenit ꝙ homo prouideat de eis: hoc eſt, ꝙ illas acquirat, ſi fuerit quid bonum, aut ad earum expulſionem ingenietur, ſi fuerint malum aliqđ. Et iõ putat de bonis & malis ſimul, ꝙ ipſa opportuna ſint ꝙ prouideatur de eis: & ſiſt res conſequentes bonum & malum, ſicut mali timor, & boni ſpes ſunt etiam laudabiles. Illi rei autem videt hoĩes, ꝙ non conueniat aliqua res, ꝙ uidentiæ: quia putatur ꝙ non inſit illi bonum, de quo ſit ſperandum: neq; malũ, cuius ſit timor: & ꝙ illa ſit obmiſſa & nimiũ parua. Vilipen
I ſionis autem ſpecies, quam Ariſto. puſillanimitatem vocat, ſunt tres, deluſio, & iocatio, & derſio. Deluſio autem eſt vituperiorũ memoratio. & hoc, quia vilis, in quem fiunt contraria operationum magnitudinis, eſt plebis vilipenſus. Deludit autem hõ illum, quem videt, ꝙ non ſit dignus vt ei loquatur: & ſic ille, quem hoĩes deridentꝫ eſt ét vilipenſus. Qñ aũt derſio fuerit rei, impedit ſuum appetitum, ſuamq; voluntatem. Deriſio aũt, ſ eſt talis, eſt qua eã agẽs non intẽdit aliquam rem, quam acquirat ꝓter damnũ illius, quem de- K
ridet. Et hoc, quia ex quo ille, quem deridet, eſt vilis, notũ eſt, ꝙ ipſe non timeat, ꝙ ab eo ſibi proueniat damnum. nam ſi hoc putaſſet, timeret, & non vilipenderet eum. Illi vero, ꝙ deludunt, vt illa deluſione eis proueniat aliquid vtilitatis, cõuenit ꝙ vocentur iocatores, & aſtuti: ſicut ſunt mimi, quos reges voluptatis cã ſumũt: & non introducũt illos ad hoc genus, ſed ingrediuntur genus aſtutorũ. Et ſiſt blaſphemia: hoc eſt defectuum commemoratio eſt ét blaſphemati vilipenſio. Blaſphemia autem, ſ eſt hmõi, eſt deceptio & verſutia, qua intenditur contriſtatio L
blaſphemati de re, quę qñ de eo declarata fuerit, puderet ide ipſum blaſphematũ. & nõ eſt blaſphemia defectuum commemorationis, ſ eſt hmõi: niſi qñ res, qua hõ blaſphemat, ineſſet blaſphemato in præterito non in futuro: & ꝙ blaſphemia ſit turpis, qua puderet blaſphematũ: & ꝙ non intendatur per illam aliquid vtilitatis ipſi blaſphemato. ſicut eſt blaſphemia, qua intenditꝫ ipſa correctio. nam hęc non eſt vilipẽſio, ſed eſt pœna. Blaſphemia aũt delectat, quia blaſphemantes putãt de ſe ꝙ ipſi ſint ſtudioſiores ipſis blaſphematis. Et iõ blaſphemantes & deturpantes ſunt ipſi diuites & nuenes. nam illi putant ſibi excellentiã vltra alios. Hoc autem manifeſtum eſt de cogitatione blaſphemantiũ: quia blaſphemia eſt vilipenſio. Vilipenditur autem ille, qui non eſt dignus alicuius rei: & eſt ille, cui non eſt aliqua res honoris: neq; ꝓp aliqđ bonũ, quod de eo ſperetur: neq; ꝓp aliquod malum, quod ab eo timeatur. Illi autem, de quibus putatur ꝙ M

eis

A eis inſit quædam condō opportuna vltra plures hoſes gñroſitate & vigore & virtute: & vſus omnibus his, q̄bus aliquis homo alium ſuperat, ſicut eſt exceſſus diuitis ad pauperem & trāquilli ad laborioſum, & architectonici ad principalitatis ſuſcepti uum, vel cuius anima videtur apta ad principalitatem, & ſi non ſit primus. hi omnes apti ſunt iraſci in homines ex pauca re, quam putarēt vilipenſionem eorum. Et ideo fertur ꝙ vehementia iracundiæ & furoris & iræ inſit regibus, & his qui regibus annectunt, qui ſolitiſunt ob-
B lectamentis, & non offenderunt penitus niſi ea, quibus gauderēt ex hominum honoribus, & decoris operibus. Et huic ſpeciei cum iracundiæ vehementia inſunt quædam res, q̄ conducerent iracundiæ ipſius vehementiam, ſicut eſt nimia vēdicatio: & ꝙ non ſint contenti in illos, puniē do parua re, ſed exceſſiua pœna. & hoc, quia incenditur ſua ira contra illos pp̄ ſuæ excellentiæ magnitudinem in ſe ipſis. Ex rebus autem, quæ q̄ñ ineſſent alicui homini, redditur illis aptus, vt in eum perueniat ira, ē, ꝙ ille homo vſus ſit, ꝙ ab ipſo bo-
C num ipſum proueniat, & non operaretur hoc in homine, ad quem vſus fuerat hoc agere, aut ad ei connexū aliquem. & hoc, quando ille homo ſciret, ꝙ hæc eius obmiſſio ſit ad ei⁹ voluptates: vel ſciat ꝙ ipſe cupiat tale, & ſi non obmitteret. nam iam numeraretur ſolitæ voluptatis obmiſſio in iracundis. Quādo autem hoc ita fuerit, iræ opus vlt̄ eſt ipſa vilipēſio, aut id quod putaretur eſſe vilipēſio. Viri autem apti ad iram, ſunt illi, quibus inſunt quædam diſpōnes faciētes illos putare de plurimo ei⁹, quod in ipſum deſcenderet, ꝙ ſit vi- D
lipenſio. Ea autem, quę apta ſunt vt eis iraſcatur, ſunt quibus alij putāt. ꝙ maior pars operum, quæ ex illis proueniunt, ſint vilipenſionis. Quā do autem vniuerſaliter declaratum eſt qua de re fiat ira, & qui ſint iracundi, & qui ſint in quos cadat ira: iam expedit itaq; ꝙ numerem⁹ hic has diſpoſitiones.

De rebus iram promouentibus.

Cap. 3.

SIcq; ex diſpoſitionibus, quibus homo fiat iracundus, eſt, ꝙ homo cupiat aliquam rem, & eius ap- E
petitus ſit cum triſtitia & anguſtia. nam in his feſtinatur ira, ſiue facta fuerit vlli eorum aliqua res, quę expediret ad iram, ſiue nō fuerit facta: q̄uia ille pp̄ eius paucam tolerā tiam putaret ꝙ hæc iam facta fuerit in eum. Et horum quidam ſunt, quibus ſunt aliquæ res, q̄ ipſos contriſtant, & cupiunt remotionē illius contriſtantis. nam hi iraſcuntur de omni re & ex omni re: ſicut ſunt quibus occurreret aliquis morbus vel paupertas. nam hi cupiūt ſanitatē, & res q̄ fiunt ad ſanitatem, & diuitiarū cōgregationem, & res aduenientes F
congregationi diuitiarū. Et iō non dī pp̄ id hui⁹ deſyderij, quod firmat in horū aīs, ꝙ ſit cā, ꝙ de eis dicatur ꝙ ipſi ſint concupiſcentes: immo hoc eſt cā, ꝙ de eis dicatur ꝙ ipſi abhorreant ſuā vitā. & plurimū ꝙ hi iraſcunt eſt, quo vilipēdunt rem eis occurrentē, ſicut ſunt vilipēdētes doloꝛē, qui occurrit patienti, q̄ñ ei occurrit. & ſic de his, qui vilipendunt indigentiam & egeſtatem, quæ occurrit alicui homini tēpore ſuæ paupertatis. & ſic de eo, qui vilipendit iniuriam occurrentē alicui homini.

G Et huius generis eſt qui vilipendit hominis amicũ. Et vīus quicunq; vilipẽdit id, quo hõ cõtriſtat' & dolet, aut quo delectat' & gaudet. Et I hominẽ, cui' ſpes fallit, feſtinat ira. nã ille cogitatus eſt cogitatione, & ceſſauit eius cogitatio. Iam aũt declaratũ eſt ex his rebus, qua diſpõne ex homines diſpõnibus, & quib' accidentibus ex ſuæ animæ accũtibus, & q̃bus annis, & ſpacio fiat vehementis aptitudinis ad iraſcendũ: & in quẽ homines iraſcũtur, & quẽ rideant, & quẽ vituperant, quando in aliqua re fuerit aliqua harũ H rerum diſpõnibus quidẽ, ſicut ẽ ira habentium principalitatẽ in quem non habet principalitatem: accũtibus vero, ſicut eſt ira dolentium in gaudentes: ſpacio vero, ſicut eſt ira potentum in puſillanimes: & annis, ſicut eſt ira ſenũ in iuuenes. Ira vero, & vilipenſio eſt, qñ res ſuorũ operũ, ſuorumq; ſermonũ & ſuarũ diſpõnũ eſt res illius, in cuius operũ & ſermonũ & diſpoſitionũ aliqua re nõ recipiatur vlla vilitas, vel putaretur hoc de eis. nam qñ experiremur res blaſphemę & vilipẽdis inueniretur q̃ nõ tranſgrederentur I hãc ſpẽm. & iõ putat' q̃ id vilipenſiõis & derliſiõis, qđ caderet i ſtudioſos & ſapientes, ſit res neceſſaria. nã vulgo vī, q̃ ipſũ ñ vilipendãt aliquã rem ſuarũ diſpoſitionum, & ſimiliter de reliquis virtutibus, quæ non ſunt viles: & præcipue qđ ex illis peruenit poſt maximum laborem, & poſt eius aduentum cõſeruaretur ẽt maximo labore. & hoc, quia vulgus, ex quo putãt de talibus, qđ nõ ſit eis aliqua vilitas de eo, quod ex hoc acquirũt, neq; res in qua ſit vis actiua, expediret q̃ putaretur q̃ nõ recipereмus ex illis vilitas de illis re K bus. nã ex quo non conferũt ſibi ipſis, dignius eſt q̃ non cõferant aliis. qñ autem vulgus putat de pluribus harũ rerum, q̃ in eis ſit vilitas, licet ipſas habentes non reciperẽt de eis vilitatem, aliqñ ipſos reducunt ad bonum, & redeunt ad miſerendum eorum, poſt vituperationem. & hoc qñ eis indigent, & eis excuſantur de eo qđ ꝓteritũ eſt. De hoc antẽ recipereмt vilitatẽ, qñ præcedens vituperatio non fuerit ceſſiua, neq; ꝓter conſuetudinẽ. nam qñ eſſet ceſſiua, putaretur de eis, q̃ ipſos deriderent tempore conuerſionis ad bo L num. Et qui beneficiunt, deĩde ceſſant ſuę beneficentię, & qui nõ gratificant homini de ſuo opere, his q̃ expediunt ad illud opus, aut agunt cum illo contrariũ eius operis: & quibus beneficii vident' vilis diſpõnis. & hoc, qñ recipiens beneficiũ putaret q̃ illud bñficiũ ſit vile, aut q̃ eius vigor eſſet ad maiora q̃ ad hoc, in illos caderet ira. Omnia aũt hæc opera ſunt prouocantia iram. nã de eis putatur q̃ ſint vilipẽſores. Sunt aũt hic quidã homines q̃ iraſcuntur ex vilipenſione cadente in eos ex vilibus reb': aut qã ipſi ſunt M inter viles viliſſimi: & ſunt illi, quos nemo reputat alicuius momẽti: neque eſt eis res, qua exaltentur penitus, & nemo expeteret eorũ magnificationẽ. Non conuenit aũt, q̃ res ita fiat hoc eſt, q̃ hõ iraſcatur i eũ, qui vilipenderet eius minimas res, ſed expediret q̃ caderet ira i illum, qui vilipenderet res alicuius hominis, quę ſunt alicuius momenti. Et in amicos cadit ira, quando non dicunt de ſuis amicis conuenientem ſermonẽ aduenientę eis aliqua vi:

vel

A vel triſtantur, quãdo recordatur eorum in malum: & amplius, quando non beneficiunt eis, cogente eos neceſſitate: neq; fallunt in eo ipſorum quod eis deſcendit. Et ideo dicit antiquum proverbium. Amicus te nutriret, aut tibi mutuabit, aut conteri ſtabitur tua angustia. Cadit autem in hos ira, quia priuatio cõtriſtationis de vi, quæ in eos cadit, ſignificat illorum vilipẽſionem. Et hoc, quia manifeſtum eſt ꝙ homo iraſcatur, quando nocetur illi, quem ipſe curat: & ſimiliter iraſcetur in amicũ qui malum ſuſpicaretur in ſuum amicum & malam cogitationem habet de illo: & in illum qui vilipendit id ſui ſermonis, qui ei peruenerit. nã his rebus illi ſimiles eſſent ſuis inimicis. Et hoc, quia inimici ſunt, qui non contriſtantur de vi, quę deſcendit in ſuos inimicos: neq; eis apparet malum illud malum, quod eis prouenit. Amici vero contriſtantur malo occurrente ſuis ſocijs, & contriſtantur ex hoc, & dolent. Et aliqñ cadit ira in illum, quem vilipendũt, ex rebus homini extrinſecis. Tales autem ſunt quinq; ſpecierum. Quarum vnius eſt ille, qui vilipendit te, C quando tu ipſum honorares. tu enĩ iraſceris in ipſum. Secundæ autem eſt, qui vilipendit illud, quod eſt apud te admirandum, ſed non eſſet admirandum apud ipſum. Tertiæ autem eſt, quando non admiraret illius, quod velles eſſe admirãdum apud homines, licet nõ ita ſit. Quartæ autem eſt, ꝙ vilipendat homines, de quibus admirarentur, ſimul qui admirarentur de te. Quintæ autem eſt, ꝙ ille homo non erubeſceret de rebus, quibus tu erubeſceres, & eas abhorreres. Et rebellio auget iram I vilipendentes his quinq; ſpeciebus. D nam illi viri putant de eis, ꝙ illi non auxiliarẽtur eis ad actionem honeſti, & non darent eis congruum donum, & iraſcerentur in eos. Hæc autem ira eſt ſicut ira patrum in filios: hoc eſt, quia illi iraſcuntur in eos, qui ipſi non auxiliantur eis ad honeſta. Fit autem ira I illos, de quibus putatur, ꝙ vilipendant vna harum quinq; ſpecierum: licet res nõ ita ſit. Hoc autem accidit multotiẽs viris primatib⁹ cum illis, quibus dominantur propter paucitatem ſuæ cognitionis. Et ex ira etiam agentibus eſt obliuio rerum, quarum ob E ſeruantia erat plurisfacienda apud illos. ſicut ſæpe accidit homini, ꝙ iraſcatur in illum, qui oblitus eſſet ſui nominis: & ſicut accidit ex obliuione rerum, quę ſunt facilis obſeruantiæ, quæ eſſent exmandæ. obliuio autem facit hominem iraſci. nã ipſe putat, ꝙ eius cauſa ſit vilipẽſio obliti. Et qui incipiunt beneficium, & non perficiũt ipſum, qua iraſcũtur etiam in illos, qui eis non gratulantur, ſecundum quod oporteret. nam defectus ab opportuno induceret vilipenſionem. Et in illos tu iraſceris, qui derident rem, qua tu veri F ficares opinionem. Et quando quidam homo, quẽ tu cognoſceres, beneficaret alijs & non beneficaret tibi, tu iraſcereris in eum. Iam itaque declaratum eſt ex hoc ſermone, qui ſint homines apti ad iram, vt in eos iraſcant, & non iraſcant, & q̃ ſint res agentes iram. Et illæ ſunt res, q̃ quãdo reperiunt homini, eis ſtabiliret ꝙ homo iratus ſit. Et ex his eiſdem trib⁹ reb⁹ ſumunt iram placãtes ſeu reconciliationem agentes. Nã quãdo ſtabiliunt alicui viro contraria

G rerum iram agentium, aut linitur eius ira, aut expedit ꝙ ei placetur: & similiter, quando alicui homini reperiuntur contraria dispositionum quibus sit aptus vt in eum cadat ira leuis esset linitio irę ab eo, aut ei in esset placatio. Et similiter, quãdo homini insunt contraria dispositionũ, quibus sit iracundus, facilis sit eius placationis receptio, aut eius irę lenitio. nam irę sunt duo contraria: quorum vnum est eius priuatio: & alterum est eius cõtrarium, quæ est ipsa placatio. Sed Arist. cum eius notificatione harum rerũ hic tulit res
H iram lenientes ſm vſus modum.

Sermo de iram lenientibus.

Cap. 4.

QVia ire cõtrarium est irę lenitioi, expedit itaqi, ꝙ speculemur intentionem irę lenitionis per cõtraria illarum trium rerum, quas prædiximus: hoc est, qua dispositione sint homines, quorum irę lenitio fiat facilis, & cuius dispo
I sitionis sint homines, in quos irę lenitio facilis fiat, & quæ sint res iram lenientes. Et lenitio seu reconciliatio est irę priuatio, aut ei⁹ obmissio. Quando autem irę causa sit vilipẽsio, quæ fit toto corde & libenti animo, manifestum est, ꝙ qui non vilipendunt, aut si vilipenderent, hoc agunt vi, aut inaduertenter, aut de quibus putatur, ꝙ sint talis dispositiõis, ꝙ in illos non cadat ira: & ex illis fieret irę lenitio facilis. & aliquãdo fit irę lenitio, quando in irascenti fiũt tormenta & martyria, quæ omittereum faciat vilipẽsionem factam in eum: quando suæ irę causa fuerit ex intentione & voluntate ad hoc. hoc autem facerent versũ habentes summas malitias. Et ex his, quæ iram leniunt, est ꝙ ille vir in seipso K
faciat eas res, quas putauerat irascẽs in eius vilipensionem. nam hoc ferret ad putandum de eo, ꝙ non putet de illis ꝙ sint vilipensio: ex quo nemo putat ꝙ ipse vilipendat se ipm. Et ex his, quæ reconciliationem agunt, est peccati confessio, aut ꝙ voto pollicetur, ꝙ non redeat in illd, quæ apud nos vocatur pœnitentia: & ꝙ conuertatur in vilipensiõ cõtrarium, quę est ipsa magnificatio. Confessio autem lenit iram: quia cõfirmat ipsam pœnam. Pœnæ autẽ confirmatio est ex his, quæ leniunt
dolorem eorum, quæ gesserat, & eo L
rum contristationem. Hoc autem manifestum est apud testimonium sensatarum muletarum, quoniam nos plures condemnamus seuere, & vehementius, sicut viros hæreticos, & in se arguentes. Ex illis vero, qui confitentur & cognoscunt pœnam eis illatam esse iure, deficit omnis ira: & vlterius quia causa negationis rei patentis est præsumptio & ostentatio. Præsumens autem est vilipensor deridens. Et rursus, quia cõfessio est humiliatio & defectus cognitio, & secundum hoc imponitur grad⁹ pœnę cadentis in illos. Illi vero, qui M
non confitentur, videtur non timẽtes, neq; se humiliãtes irato in eos. Hoc autem est ex his, quæ conducunt ad imaginandum vilipẽtionẽ in eos irascentis. Et aliquando significant, ꝙ ira lenietur & quiescet ab homine, qui se constitueret contritum & spiritu depressum, seu nimis humanum. Quod apparet ex canũ opere: quia ipsi non latrant in homines sedentes & tardos, ipsos autẽ præcipites mordent. Et aliquando sunt quidam loci, quorum negationes

A nes non putatur ꝙ ſint vilipenſio, ſed veritatis error. & hoc, quãdo peccatum non eſſet manifeſtum. Ex ſpeciebus autem illorum, in quos non iraſcitur, aut in quos iræ conditionis eſt, ꝙ quieſcat, eſt ſpecies hominum, qui ſunt boni animi, magnæ policiæ, nobilium morum tolerantes: quos Ariſto. illas vocat. Amplius in illos, qui ſunt ſpeciei indigẽtis, minuitur ira occaſione commſerationis illius: ex quo neceſſitas cadens in illum eſt in gradu mulctæ. leniturꝫ autem ira, quæ eſt in hominum ſpeciem, qui humiliantur ex
B cauſa aliqua, & non ſunt pertinaces in litigio occaſione humilitatis, & manſuetudinis, quæ eis inexiſtit. Et non cadit ira in illum, qui non blaſphemat alium cõmemorãdo ſuos defectus, neq; ipſum deridet, nec eũ odit, vel illum, qui hæc fecerit ĩ paucioribus. & ſi cecidiſſet ira, leniretur ex eis cito. Et vniuerſaliter ira leni entia vt plurimum ſumũtur ex ſuis contrarijs, quæ numerata ſunt in capitulo iræ. Et in admirandos, aut in illos, ex quibus homines erubeſcũt non cadit ira, quotiens perſeueraue
C rint in hac diſpoſitione. nam impoſſibile eſt, ꝙ aliquis homo iraſcatur in vllum hominem, & eum timeat ſimul vna diſpoſitione. Qui autem vtuntur odio & vilipenſione in aliquem hominem quando iraſcũtur in ipſum, aut in illos, non iraſcitur, aut parum iraſcitur ĩ eos. Nam qui iraſcitur in aliquem hominem, non putatur ꝙ illum vilipendat, & in eũ iraſcatur ſimul. & hoc, quia non eſt damnum ſpreto per vilipenſionem, ſiue per eam ſit oblectamentum, ſiue non. Ira vero eſt oblectamẽtum cum damno, ſicut in eius deminõe dictum eſt. Leuiſſit ira ab hoſe, in D
quem eſſet ira, ſi erubeſceret de illis, quæ egerit. Res autem, de quibus ſi ira eſſet, eſſet turpis aut inhoneſta, ſunt quib⁹ hõ aut non iraſceretur ipſis ex rebus iram facientibus, ꝙ in ipſum veniũt: & ſi iraſceret, eius ira cito leniretur. & hoc eſt, ſicut opus vilipenſionis, quo hõ corrigitur & docet: ſicut eſt docentis increpatio, & ſicut eſt opus vilipenſionis, quo intẽditur ipſe luſus, quando etiam intẽtum p illud eſſet iocus. Et ſtria eſt apud Ariſt. inter luſum, & iocũ. naꝫ luſu intendit beneficare alium illi⁹, in quem eſt luſus: non ꝙ eo luſus, ꝙ E
ueniat oblectamentum. ioco aũt intendit, ꝙ delectet iocans ẽſi illo, in quem eſt iocus. & iõ boni ludũt & non iocanꝫ. & ſic ẽt eſt opus vilipenſionis, quo intenditur caſtigatio, & correctio apud impedimenta, & mala accidentia. Et ex illis etiam eſt ſatisfacere neceſſarijs paucis reb⁹, quibus indiget abominator. nam non iraſceretur illis, quando eis eſſet ei⁹ neceſſitatis ſatisfactio: licet ſit parũ, immo minimum & abominabile. Et vñus omne opus ex vilipẽſionis aut vilipendentis operibus, quando eo non intenditur damnum ſpreti, F
neque turpe oblectamentum, aut ſecum connecteretur ſpes & expectatio, eo non iraſceretur. Exemplum autem illius, cum quo non annectitur vilipenſionis damnum, eſt illud quo homo corrigeretur. Et exemplum illius, cum quo nõ cõnectitur turpe oblectamentum, eſt luſus, qui non peruenit ad fornicationem. Et exemplum illius, cui annectit⁹ bonũ ſpei, eſt neceſſitatis ſatisfactio. Quãdo aũt tempus prolongaretur, & nõ ſequeretur ab illo, in quem eſſet

cuius obiecta ſunt verſus aduerſa-
rium, nõ fit ex alia ſpecie, q̃ ex ora-
tionibus verificatiuis. Quarũ quæ-
B dam eſt, cuius oppoſitio eſt ſm di-
ctũ aduerſarij: & illi ſunt ſyll̃i qui
fiunt ex præmiſſis oppoſitis, vel ex
illis quarumuis eſt vis oppoſitarũ,
& ferunt ad probationes. Et quę-
dã ſunt, q̃ fiũt ex ipſa met re, & illi ſunt
ſyll̃i recti, ſeu oſtenſiui cathegorici.
Expedit aũt in conſilio & contẽtio-
ne ſimul, qñ loquens incipit ſermo
nẽ, ꝙ primo meminerit verificatio-
nũ, quæ cõſtituant ſuam orationẽ:
deinde poſt hęc intendat deſtruere
oppoſita, q̃ aduerſant̃ ſuę orationi.
& hoc, qñ ea, quę ei aduerſant̃, fue-
rint pauca, vel paucæ perſuaſionis.
C Si vero eſſent plura vel fortis perſua
ſionis, tunc expediens opus eſt, ꝙ p-
aſſumat & deſtruat illas orationes.
Et qñ conduxerit putare illarũ im-
poſſibilitatẽ, poſtea introducat con
ſtitutiones, quæ verificent ſuã ora-
tionem. Et vtius expedit loquẽti,
qui vult loqui contrario ſermone il
lius, quo locutus ſit alius, ꝙ ſuo ani-
mo attingat orationẽ illius, & repel
lat ſuũ ſermonem. & eo magis, qñ
ſermo, quo locutus fuerit ille alius,
eſſet efficax, hoc eſt largiens perſua
ſionem. hoc aũt fit variis modis. vt
ſi diceret eius aduerſario, tu incũbis D
eloquio, & vales ad illud, & conſti-
tuis omnẽ ſn̄iam, quam cõſtituere
vis & de omni re largitis perſuaſio-
nem, ꝙ ipſa ſit neceſſaria, & ꝙ ſit ex
cellẽs, & ꝙ ſit vtilis, vt credatur ma
iorem partem tuæ orationis eſſe ve
ram & iuſtificatam, & ſi non ſit iu-
ſtificata apud omnes, & apud ipſã
veritatem. Et aliquando per hoc fit
vehementiſſimum vituperium ſer-
monis, & vituperium loquentis: ſi-
cut quando ei diceretur tuum elo-
quium eſt vehemens dolus, & vani-
tatũ vanitas: ſicut verba hominis,
cui non eſt ſtabilitas. Talis autem E
locus, cuius meminit, redit in vitu-
periũ eloquij aduerſarij, vel ex par-
te latentis, vel ex parte manifeſti.
Vituperium autẽ ipſiuſmet aduer-
ſarij, aut eius eloqui; eſt oppoſitum
laudis ſecum loquentis ſuique elo-
quij. Meminimus autem harum re
rum hic per modum directionis: &
ſi non iam præceſſit ſermo de illis.
Expedit autem aliqñ ꝙ corroboremus enthymemata per orationes
morales, ſicut diceret orator, quãdo
conſulerit de pace & rerum reconci
liatione, ꝙ expediat prudẽtibus ſta-
bilire ſuam mentem ad pacẽ & re- F
cõciliationem. & vtius oportet ora
torem in ſe ſuſcipere onus, quæ en-
thymemata ſint fortiſſima illorũ, q̃
poſſe eſt ineſſe illi rei de qua loquat.
quia quoticns enthymemata, q̃ in-
troduceret orator, eẽnt efficaciora,
ille dignior ẽ, vt ſua oratio ſuſcipia-
tur: & ꝙ magis pateat, q̃ ſermo ſui
aduerſarij: ſicut ꝙ enthymemata, q̃
ipſe introduceret ad acceptationẽ pa
cis, ſint fortiora q̃ enthymemata, q̃
ſuus aduerſari⁹ introduceret ad re-
pulſionẽ pacis, & conſiliũ ad bellũ.

G *De Præcepto interrogationum Rhetoricarum. Cap. vltimum.*

INterrogatio vero, ꝙ expedit ꝙ fiat in huius artis pluribus locis. Quorum vnus eſt, quando interrogator ſcit, ꝙ ſiue ipſe reſpondens reſpondeat ad illam, ſiue non ſequatur illum vna eadem res, quam loquens intenderat inferre. ſicut quãdo interrogaret: Nonne acceptus es prope interfectum habẽs gladiũ in latere: qui ſi dixiſſet ſic, diceretur, ergo tu illum interfeciſti. ſi autem dixiſſet non, diceretur, tu eum
H interfeciſti, ideo fugiſti. Secundus autem locus eſt, quando ſcit quòd ſi non reſponderet ad rem, de qua illum interrogaret, tam diceret abſurdũ. ſicut eſt ſermo dicentis: Nonne ſcriptũ ꝙ tributum ſit iniquum. ga ſi ille diceret non eſſet, abſurdũ. ſi autem dixerit ſic, diceretur ei: tu autem tollis tributum: tu itaque es iniquus. Tertius autem locus eſt, qñ propoſitio, quam eum interrogat, ſit patens veritatis: id autem, qd
I ex ea ſequitur, non ſit patens apud reſpondentẽ. quia in tali loco oportet interrogantem, ꝙ contenter vna propoſitione ſolum, & non interroget ſecundam præmiſſam. ſicut quando quiſpiã interrogaret quendam Romanum: Nonne patres & filij ſunt vnius generis: & quando reſpondẽs diceret ſic: diceretur his, ſi ergo non eſt ita, certe poſſibile eſſet, ꝙ hæc præmiſſa latẽat propter ſuam euidentiam & diſtantiam ſui cõſequentis: & ipſa eſt latens vt plurimum: hoc eſt in initio opinionis reſpondentis ad hanc interrogationem. Quartus autem locus eſt, quãdo interrogator ſcit, ꝙ ſi ille reſpon
deret econuerſo illius, quod ipſum K
interrogaret, poſſet ei inferre abſurdum. differentia autem inter hunc locũ & ſeqm ẽ. quia abſurdum ibi eſt contrariũ illius, quod ipſum interrogaret: hic autem interrogator infert illi abſurdũ per ſyllm. Quintus autem locꝰ eſt, qñ res, de qua eſt interrogatio, cogeret illum reſpondere ꝓ cõtradictoria ſimul. qa ad illum ſequeterẽt probatio, quam faciunt Sophiſtæ: ſicut ꝙ eum ſequatur per interrogationem reſpondere de te per ſic, & per non, quando tunc ei proueniret vilipenſio & ita, L
ſicut faciunt Sophiſtæ. Sextus autẽ locus eſt, ꝙ interroget interrogationem continentem plures res: reſponſio autem ad eam diſtinguatur ad reſpondentẽ: quia ſi ille reſponderet per hãc rem, quã intendebat interrogator, ſequeretur ipſum illa res. Si autem ſtabiliret ſuam mentem ſingillatim illas res deſtruere, & reſpõderet ad illas per ſingula reſponſa, audientes vulgares pp eorũ imbecillitatem inferrẽt, q ille eſſet perplexus, & quòd eius reſpõſio ſit perplexa: cum videat ꝙ veridicus, quando interrogatur, reſpondeat vnico reſponſo non pluribus reſpõ M
ſis: qñ hęc eſſet perplexio, & peritur batio reſpõſi. Reſpondenti vero expedit in hac arte, ꝙ neget conſequẽtiam enthymematum, qñ nequiret negare propoſitiones, quas eſſet interrogatus. Et quãdo poſſibilis fuerit ei negatio, non neget dictionem ferentem plures ſignificatiões, quæ communior eſt q illa res, cuius eſt fallacia, neque magis propria. Expedit autem ei preſcire præmiſſas, quę efficerent ſyllogiſmum de re, quam intenderet eius aduerſarius cõſtitue

re.

A re. hoc enim eſſet ex his, quæ facilé redderent illius notitiam, ex rebus quæ dictæ ſunt in ſecundo Topicorum. quia aut omnes illæ res, vel q̃dam earum conueniunt huic loco, & recipitur ex ipſis vtilitas. Si autem perfectus eſſet ſyllogiſmus de illa, oportet illum aſſerere quòd cauſa concluſionis ſit alia à cauſa, quã dixerat aduerſarius. ſicut quando ille concluſiſſet ei, quòd ipſe ſubripuiſſet ſuas res, at ipſe diceret, verum eſt quòd eas ſubripui, ſed occaſione conſeruationis, non occaſione iræ, ſeu malo animo. Inter-

B roganti autem expedit quòd nõ interroget de præmiſſis remotis, neque de proximis ipſimet concluſioni: ſed expedit quòd interroget de præmiſſis, quæ ſunt ad concluſionem ſecundum mediam diſpoſitionem remotionis & propinquitatis. Quia autem orationibus, quibus fit deriſio & deluſio, indigetur in libus, expedit itaq; quòd ingrediantur orationes, quibus fiunt lites. Et ideo quidam dixit, quòd expediat, quòd deſtruas iuſtificationem per ſuum contrarium: hoc eſt, per

C oratione deſtruatur per ſuum contrarium: hoc eſt per iuſtificationem. hic autem ſermo eſt ſatis conueniens. Iam autem dictum eſt in libro Poeticæ, quot ſint ſpecies ſuſurrationis. Ipſius autem ſuſurrationis ſpecies quædam eſt, quæ conuenit viro nobili, quæ eſt ſuſurratio, qua creditur dicere rem legalem, & inſinuare vituperationem turpis, immo quod conuenit ſuſurrationi eſt ſubſtantia rei, qua intenderet inſinuare vituperationem turpis, & ideo dicitur quòd iocoſus ſit hilaris in ioco, & patefaciat tibi ea, quę habet in animo. Ille vero, qui innuit vituperationem, fallit te, & te deuiat, & conducit te ad putandum quòd ipſe loquatur de aliqua re, cũ ille, quaſi ſagittator ſua ſuſurratione vertatur verſus aliam rem turpem. Iocus ergo conuenientior eſt nobili, quia ex ſe ipſo profert veritatem. Innuitio autem vituperationis magis conuenit vili, quia ille quaſi ſagittator vertetur dolo & odio. Et vniuerſalius rerum, ex quibus conſtituitur ſermo oratorius, & maior ſua pars ſunt quatuor res. Quarum vna eſt, ꝙ apud audientes ex ſe conſtituatur verificatio: & ex eius aduerſario conſtituatur ſuſpitio. Secũda aũt eſt magnificatio rei, de qua fit ſermo, & eius paruificatio. Et tertio ſunt orationes affectiuæ & morales. Quarto aũt ſunt orationes, quę vertuntur verſus rem, de qua fit ſermo. oẽs aũt hæ res ſunt communes omnibus partibus orationis. Nos autem iam locuti ſum⁹ de locis, ex quibus fiunt omnes res. Summatim itaq; iam cõpleuimus omnes res, quarum meminiſſe promiſimus ī principio huius libri. me

D Epilogus.

E

minimus itaq; de his rebus ī rei ini F tio, vt id de quo fieret ſermo, eſſet notum non ignotum, ſicut eſt diſpoſitiõ operis volentium docilem reddere doctrinam: hoc eſt, quòd determinent primo intentiones, & res, de quibus vellent loqui. Hic autem iã vltimo fecimus de illis mentionem, vt ſciatur quòd iam nos p̃fecerimus, quod de his promiſeramus. & hæc eſt adeptio concluſionis, quæ appropriat loquentem: hoc eſt, quòd notificet, quòd iam perfecerit id, cuius meminiſſet.

G quæ vero appropriat audientes, eſt reminiſcentia. Comparationes itaque expedit eſſe vniuerſaliter, modo quo ex eis intelligatur res: cuius loco ſumpta fuerit ipſa cõparatio, & ex ſuo contrario eius contrarij. Hoc autem fit, quando illæ duę res eſſent notiores de ipſa comparatione q̃ ſint de ipſa re, loco cuius vſum eſt comparatione: hoc eſt q̃ ipſa ſit notior exemplificato, & eius cõtrarium ſit notius quàm contrarium exemplificati. quia quando comparatio non fit ita, aut nihil cõſtituit, aut conſtitueret rem, quæ iam ſta- H bilita eſſet: & hoc vel per aliud exemplum, vel quando ipſa eſſet naturaliter nota. Et ſimiliter eſt diſpoſitio cognitiõis contrarij ipſius rei, hoc eſt: quòd quoddam eſt per ſe notum, & quoddam eſt notum per exemplum. Concluſiones vero orationum expedit q̃ ſint ſeparatæ ab ipſa oratione, non continctæ ſecũ, neque continuæ, ſicut exordium: ſed conuertantur verſus exactum ſermonem: ſicut eſſet oratio oratoris conſulnuis orationibus: ſic eſt meus ſermo, ſicq; eſt mea intentio: aperite oculos: & inſpicite: & au- K res potrigite: & iudicium, quod veſtrum eſt, vero iudicio iudicate. Hic itaque completæ ſunt res huius tertij libri: & declarauimus itaque id ex eis, cuius intellectio peruenit ad nos: & noſtræ cogitationi apparuit eſſe illius intentum oantes coram Deo, vt gratis nobis præſtet ſpatiũ ad perſcrutationẽ origims ſuorum dictorum de his rebus præcipue, cum ad nos nondum peruenerit expoſitio alicuius viri accepti ipſorũ commentatorum. Sicque completa eſt huius libri expoſitio, tertio menſe. 5 10. anni ętę L Maurorum, ad laudem Dei, cui nihil eſt occultum. Amen.

✠

Paraphraſis Auerrois in libros Rhetoricorum Ariſtotelis finis.

Franciſci

FRANCISCI PHILELPHI

PRÆFATIO IN ARISTOTELIS RHETORICAM

AD ALEXANDRVM REGEM.

CVm superiore anno Bononiæ docerem, clarissime Pater, quòd eà in urbe nemini maioribus aut honoribus aut præmijs nequáquã contigit capere nonnullis & nobiles & magni viri dare operã Græcis literis, quippe qui iam animaduertissent, si secus facerent, se pro dignitate ad Latinum eloquiũ inuitentur. Quare cũ Aristot. præcepta illa his Græce legerem, quæ de similibus causis ad Alexãdrũ Regẽ cum pro auctoris more doctissime, tum, vt semper, disertissime scripta sunt, summis a nobis precibus contenderunt id efficerem, vt ea Latine loquerentur. Confebant. n. prudentes viri, quod longe plus & vtilitatis & ornamenti ex his Latinis a me factis, quamuis & illi Latine loqui quàm Græce mallent, quàm si Græca essent, assequerentur, Non. n. eo Græcas literas tãtopere oẽs discere studemus, quo his apud Athenienses Βυζάντιοι vtamur sed vt illarũ subsidio atque ductu Latinã literaturam atq; eloquẽtiã melius tenea mus & Latius. Præterea, nescio quo pacto qui minus & diu & multũ Græcos codices pertractarint, & sese illis totos dedidérint, nescioquã incredibilẽ illã ac prope diuinam facultatẽ Græcorũ eloquii leporẽ atq; dulcedinẽ, neq; apud oratores neq; apud poetas neq; apud philosophos percipiũt: quo fit vt nostri fere oẽs, qui aures delenire concupierint, malint inuito Græca Latine, quàm tacitè Græce lectitare: ignorantes hi quidẽ & veilius admodũ fore volentibus Græca discere, vt Græca voces Græcis obscenas illorũ auribus dicenti obstrepãt; & quẽadmodũ grauitate Latinos Græcis, ita nobis suauitate illos, & quadã quasi dictionis ambrosia ac nectare mirũ in modũ antecellere. Id igitur ita fami liaribus a me illis efflagitatibus obstinatissime refragari cæpi: tum quia videbã rem a nobis peti, cùm sua natura difficilẽ (est. n. in arte verbũ sæpius è verbo exprimẽdũ: quod ne absurde fiat, laboris nonnunquã maximi, interdũ aũt pp sermonis vel dissimilitudinẽ vel angustias, vti est) tũ quia nõ eo me pollere ingenio vsúve intelligerẽ, qui maledicẽ Aristotelica dictionis Latinæ interpretationis filo exprimerẽ. Proîde noleba aut ineptus apud aliquos, aut temerarius iudicari. Sic igitur pro virili parte refragatibus nobis, clarus vir, milnq; amicissimus, & tui nominis eximius prædicator Alberius, is qui per id tempus Bononiæ quæstorem pro summo Põtifice gerebat, idẽ cæpit, quòd illi ante cõsuessem, studiosissime à nobis contendere. Qui tametsi pro suo iure oia apud me põt, eo tamen facilius persuasit, quòd vnã hanc rẽ fore diceret, quam præcipue gratificari mãsuetudini tuæ quirem. Aiebat. n. te vnũ esse, qui pro regia tua & innata tibi animi magnificentia genere sit ateq; & inaudito quodam splendore, magnitudineq; ingenij, cũ reliquas oẽs illustres disciplinas, insignesq; virtutes maximi penderes, tum hasce elegantiores artes in primis. Id mihi vir ille & amicus & grauis persuasit haud difficulter, vtpote quem vera loqui non minus nosse quam velle, tam pridem animaduertissem. Quod quidem cum aliis multis rebus de illo expertus sum, tũ in iis laudibus quas de tua felici

& angusta illa Bononiensi legatione dies nostrq; prædic.bat: ear. n. ita ponebat ante oculos, vt nihil postea Bononiensium Reipub. acciderit, quod non multo ante impendere vel Lapides ipsi præsiderunt. Et profecto si tua sequi vestigia, quibus ea res erat in manu, voluissent, neq; ipsi excidissent, neq; tanta, tamq; præclara vobis in tantos calamitates eruminassq; decidisset. Sed de hoc alias. Cum hanc igitur tradactionem non ingrato animo fuisse intelligerem, vt amicissimo hominis mortem gererem, i. vt me ipsum tuo nomini cum Alberto meo dedicarem, obstitue sunt nostri, (ota vincit amor) rem difficillimam, & meis imparem viribus sum aggressus. Audentes fortuna iuvat. Potuit Homericus ille Aiax Hectora, quem neq; Vlysses, neq; Nestor in prælium provocantem excepisset, sola audacia & aggredi & singulari certamine superare. Potuit & Troas idem ab incensis iam nauibus, fusis Achiuis omnibus, arcere. Potuerimus fortasse etiam nos & si minus orationis Aristotelicæ nitorem, at ipsa certe sensa Latinis verbis explicare. Verum ne id vanum omiserim, nos a Fabro Quintiliano nonnullis in dictionibus interpretatione discrepasse, sdq; nõ inconsulto factitatum: vt quod ille δημηγορικὸν, verbum è verbo exprimĕs, concionale genus, & προκατάλυψιν præsumptionem dixerit, nos vsitatiore vocabulo deliberatiuum, & præoccupationem, non absurde (vt arbitror) exprimere maluimus. Sic & alia pleraq; inuenuri contigerit, Nam quamuis per doctus ille quidem & acutus vir fuit, veluti certe est, volunt tamen in nonnullis verbis & rebus magis se sui, quàm Ciceronis similem dici. Nos autem & M. Tullij, & Horatij Flacci, & Eusebij, & Hieronymi, quo latinissimi fuerunt & eloquentissimi extiterunt, testimonio & authoritate freti, in id maxime studemus, vt quæ a Græcis transferimus, nihil aliud quoad eius rei fieri possit, quam Latinitatem sapiant. Proinde & hoc præsentis operis ad numerum characteres ac figuras pro veteris parte traduximus. Suscipies igitur præsens hoc quicquid est munusculi magnifice pater: quod si quidẽ authorẽ ipsum tecum reputes Aristo. non te minus è regia prosapia genito magnanimo principe, quàm Alexãdro Macedonum rege dignum existimes. Si vero nostram in te obseruãtiam, si nostrã in Albertum & in præclarã omnem Albertorum familiã, delectionem, amoremq; consideres, & eximiũ certe id, in primisq; deuotum. Cæterũ si huiser te rebus delectari intelle xero, efficies vt propediem hanc quasi præludio maiora fortasse quædam valentiora q; certamina subnectam. Interea vero hunc Aristotelem lectitabis, inuoluesq; magna ex parte quæ a maioribus nostru de bene dicendi scientia & tradita volus & relicta sunt, ab Aristotelico fonte præcepta illa quæq; emanauisse. Qua quidem ex re eo magis eorum impudentia mirauda est, qui cum se Aristotelicos dici volunt, & loquendo & scribendo absurdissimi simul & insanissimi plane reperiuntur.

ARISTOTELIS RHETORICA AD ALEXANDRVM,

Francisco Philelpho interprete.

ARISTOTELES ALEXANDRO S.

B Libhie.si anito.sta gitiæ, vt nonnulli credunt,é alcripeus: eius forte fuit cui⁹ & liber ā Mūdo ad Alexā drū

VM tuis literis factus certior, nonnullos sæpe ad nos missse, q vt ciuiliū causarū præcepta ad te perscriberē, a me peterent. Ego vero haud negligentia quidem vlla in hoc vsque tempus rem distuli, sed vt quærerem ita diligenter de his ad te scribere, vt alius certe nemo qui hisce in rebus elaborasset, diligentiꝰ vnquam scripserit. Hæc igitur recte mihi fuerat sententia. Nam C quemadmodum vestium decore, atq; magnificētia cæteris hominibus præstare maxime studes, ita etiam dicendi inuentionem, ac vim eam vt accipias nitēdum est, quæ pulcherrima sit, apprimetq; præclarissima. Lōge .n. pulchrius est, ac regale magis, animo esse bene constituto, q̄ habitum corporis vestibus ornatum pulchris intueri. Absurdum enim ⁊st, eum qui rerū gestarum gloria cæteris antecellat, videre humillimis q̄ buspiā t dicēdo cedere: p̄sertim cū nō sis nesciꝰ eos q ī populari principa E tu versent, res oēis ad populū: q vero sub vniꝰ imp̄ij ductu cōstituti sint, ad rōnē oīonēq; referre. Quēadmodū liberas ciuitates cōis lex, q̄ ad honestissimū aliquē finē ducat, dirigere consueuerit, eodem mō & oīo tua q̄at eos quos impio tenes, ad id agere qd cōducibile sit, & vtile. etenī lex (vt ita dixerī) oīo q̄dā ē, q̄ cōi ciuitatis cōsensu dsinita iubet quo pacto vnūq̄q; agendū sit. Acoedit ad rē, qd neq; tibi obscurū existimo, solere nos F laudibꝰ eos p̄inde atq; honestos & fortes, p̄sequi, q & rōne vtuntur, & oīa ea duce agere p̄gūt: q vero absq; rōne & oīone quicq; faciūt, tanq; atroces immanesq; odimus. Qua quidē re factū est vt & malos eorū vitiū oñdētes male affecerimus, & bonos eorū virtutē declarātes quasi beatos, admirādos imitandosq; voluerimꝰ. Sicq; & q̄o futuras calamitates euitaremꝰ, bonisq; in-

stan-

G ſtantibus frueremur, adinueni-
mus. Proinde & imminẽtes dif-
ficultates effugimus, & abſentes
vtilitates comparauimus. Nam
veluti vita q̃ nulli mœrori ſub-
iacet, eligenda', ita prudens eſt
oratio diligenda. Neq; id te præ
tereat oportebit, q̃ hominũ plu
rimis alĩs quidem lex ipſe alĩs
vero tua tum vita, tum oratio
exemplo datur. Vt cunctis igit
tum Græcis tum Barbaris ante
cellas, omni tibi ſtudio anniten
dum eſt: quo ĩs qui verſantur I
H his exemplis, ita horum imita-
tionem per virtutis elemẽta pul
chre effingant, vt haud ſibi de-
teriora conſulant, ſed eius ſe par
ticipes fieri & cupiant & exo-
ptẽt. Rerum eſt præterea huma
narum auguſtiſſimum, conſul-
tatione vti. quare nec ſuperua
caneis vulgaribus q̃ rebus ſtu-
dium tibi terendum eſt, ſed pro
virili potius parte elaborãdum,
vt ipſam belle conſultandi artẽ
& perdiſcas, & teneas. Quis. n.
ſanæ mentis dubitarit, ſi quis in-
I conſulto quid egerit, amentiæ
quidem: ſin autem ratione duce
ſapientiæ ſignum eſſe? Intueri ẽt
licet eos omnes qui optima in-
ter Græcos Reſpub. vtuntur, ora
tione prius q̃ rebus conuenire:
itemq; apud eos qui inter Bar-
baros dignitate præſtant, ora-
tionem rebus anteire: quippe q̃
probe norint eam, quæ ratione
orationeq; perſpectio vtilitatis
cognitioq; ſit, eſſe quandam ſa-
lutis arcem, & eiuſmodi certe ar-
cem, quę non manufacta, verũ K
& inexpugnabilis quidem ſit, i
primisq; ſecura opinanda. Sed
vereor hac de re pluribus ad te
ſcribere, ne fortaſſis oſtẽtare me
ipſum videar, hiſce præſertim i
rebus quę probatione non indi
gent, ſed planè patent & i prom
ptu ſunt omnibus. Quamobrẽ
hæc omnia miſſa faciens, illa li-
cerim ſolum, de quibus in om-
nem vitam dicendum eſt, hoc
vnum eſſe quo cæteris animali
bus præſtamus, præclarũ quod
dam ab immortali Deo adepti L
videamur. Nam ſi quidẽ & cu-
piditate & ira, & alĩs huiuſce-
modi affectionibus vtuntur ẽt
reliqua quæq; animalia, oratio-
ne autem homo dũtaxat: abſur-
dum profecto maxime omniũ
cedat, ſi qua vna re beſtĩs ante-
cellimus, eam bene viuendi du-
cem præ negligentia reliqueri-
mus. Profecto iampridem tua
ſponte incitatum etiam, atque
etiã hortor, vt dicendi philoſo-
phiam omni ſtudio complecta-
re. nam veluti corpus bona va- M
letudine, ita & animus diſcipli-
na eruditioneq; ſeruatur. huius
.n. ductu haudquaquam tibi i
rebus gerendis aberrare cõtige
rit, quin potius ola (vt ita dicã)
quæ tibi iã parta ſunt bona, pla
nè tueberis. Quòd ſi præterea o-
culis videre, iucundum eſt: ani-
mi luminib⁹ cernere, penitusq;
perſpicere, admirabile certe plu
rimum. Rurſus aũt quemadmo
dũ impator ſui eſt ſeruator exer

citus

A citus, ita etiam eloquentia, quæ ſapientiæ coniuncta ſit, humanæ ē vitæ gubernatrix. Sed hęc omnia atq; his ſimilia operę pretium puto vt miſſa hoc tempore faciamus. Monuiſti aũt tuis literis, ne quis oĩno mortali ũ hũc librũ accipiat, qppe qui non ſis neſci⁹, ſicuti parentes quos ex ſe genuerint, magis ḡ ñ quib⁹ ſuppoſiti ſunt, partus amare ſolent: eodemq; modo ñ, qui præclarũ aliquid ex ſe inuenerint, maiore ad id ſtudio afficiuntur, ḡ quibus eo vti contigerit. Non ſecus
B .n. pro inuentis atq; pro liberis emori periclitentur. enimuero ñ quos Parios vocant Sophiſtę, qm nihil ipſi pro inerti quadã negligentia pariunt, ne diligunt quidē, ſed acceptis pecuniis ab ſe dimittunt. Hanc igitur ob rẽ te vehementer moneo & exhortor, ita hæc dicendi præcepta ſerues, atque tueare, vt cum & ipſa adoleſcunt, nullius opib⁹ violentur, ſed honeſte tecum decoreq; vna viuant: & cũ in aduleam ę-
C tatem euaſerint, immortalẽ gloriam nanciſcantur. Adſumpſimus aũt (ſicuti nobis Nicanor expoſuit) ſi quid hiſce de rebus apud cæteros artis ſcriptores expolitum elimatumq; inuenim⁹. Impẽdes autem operam etiam hiſce duobus libris: quorum alter meus eſt, eas continens artes quas ad Theodecten ſcripſeram, alter autem eſt Coracis. Reliqua vero omnia, quę ſiue ad ciuilia præcepta, ſiue ad iudicialia pertinent, ſeparatim hoc in libro D ſcripta ſunt: quapropter ex hiſce ad te commentarijs ad ea cõſequenda abunde tibi adiumenta ſuppetent. Vale.

SVMMA LIBRI.

De tribus Cauſarum ḡnibus, Probationibꝰ oibus, Elocutione, ac Ornatꝰ quib⁹, tum in vniuerſum, tum ſingillatim in vnoquoq; cauſarum genere.

De genere Deliberatiuo. Cap. 1.

TRia ſunt gña ciuilium cãrũ: deliberatiuum, demõſtratiuũ, iudiciale. Horum aũt ſpẽs ſunt ſcilicet ſuaſio, diſſuaſio: laus, vituperatio: accuſatio, defenſio: & q̃ſtio aut ipſa ſecundum ſeſe, aut aliud. ſpẽs igitur, in quibus oĩs verſatur oĩo, hæ ſunt numero. His autem vtimur & in conſultatione ciuili, & apud iudices, & circa alicuius certæ perſonæ dictionem: de quibus quidē oĩbus ita poterimus apte dicere, ſi ſigillatim vniuſcuiuſq; ſpẽi vim & vſum. & exercitationẽ nũero cõprehenderimus. Et primum quidē de ſuaſiõibus ẽ, diſſuaſiõibus q̃ dicẽdũ. ipſarũ. n. vſus i demõſtratiuo deliberatiuoq; gñe locũ in primis hẽt. Vt igit̃ ſumma tim dixerim, ſuaſio ẽ ad aliquid eligẽdum aut dicẽdũ, agẽdũve exhortatio. Diſſuaſio vero, ne quid eligatur aut dicatur agaturve, dehortatio. His autem ita definitis, ſuaſor oſtendat oportet

E

F

Suaſio ac diſſuaſio quid.

G tet hæc ad quæ exhortaſ, iuſta, & legitima, & vtilia, & honeſta & iucunda, & factilia factu eſſe. Qđ ſi min⁹ id poterit, demõſtrãdum erit cũ ad laborioſa & grauia quædam exhortatur, hæc ſactu & poſſia eſſe, & q̃s neceſſaria: diſſuaſor aũt ex cõtrarijs dehortetur oportet, vt neq; iuſtũ, neque legitimum, neq; vtile, neq; honeſtum, neq; iucundum, neque factu poſſibile hoc ſit, vel ſaltem & laborioſiſſimum id eſſe, & minimè neceſſarium. Omnes autem actiones harum vtriuſq; ſunt cauſarum participes. quare dubitandum nõ eſt quin oratio harum alteram cõtineat. Quæ igitur ſuadentes diſſuadẽtesq; deſiderare conueniat, hęc ſunt. Definire autem iam aggrediar vnumquodq; horum quid ſit: demõſtrabiturq; vnde ea nobis in dicendo ſuppeditemus. Iuſtũ igitur eſt, hominum plurimorũ non ſcripta cõſuetudo, honeſta turpiaq; determinans: id vero eſt honorare parẽtes, amicis benefacere, & beneficijs gratiam referre. hæc.n. & his ſimilia non iubent ſcriptæ leges hominibus faciunda, ſed conſuetudine non ſcripta, & communi quadam lege legitimum fit. iuſta igit hæc ſunt. Lex autem eſt communis ciuitatis conſenſus, qui ſcriptis præceperit qũovnumquodque agendum ſit. Vtile vero eſt præſentium bonorum conſeruatio, aut abſentium comparatio, aut malorum inſtantium propulſatio, aut futurorum incommodorum inhibitio. Hoc autem diuidas oportet, priuatis quidẽ hominibus in corpus, & animum, & res extrarias. corpori.n. eſt vtile robur, formæ dignitas, bona valetudo. animo vero fortitudo, ſapientia, iuſtitia. extraria vero ſunt amici, pecuniæ, poſſeſſiones. his autem contraria inutilia ſunt. Ciuitati autem vtilia talia quædam ſunt, concordia, vires ad bellum, pecunię, & prouentuum copiæ, ſociorum virtus, atq; multitudo, ac ſummatim reliqua his ſimilia vtilia eſſe ducimus: quæ vero his contraria ſunt, inutilia. Honeſta vero ſunt ex quibus ſplendor aliquis atq; illuſtris honos in eos qui aliquid geſſerint, emanaturus ſit. Iucũda aũtem, quæ afficiũt gaudio. Facilia vero ſunt, quæ breui tempore & minimo labore impenſaq; abſoluuntur. Poſſia aũt, q̃cunq; fieri natura poſſunt. Neceſſaria vero, quæ vt hant, arbitrij noſtri non eſt, ſed tanquam ex diuina quadam aut humana neceſſitate oĩno fiunt. Iuſta igit, & legitima, & vtilia, & honeſta, & q̃iucũda, & factilia, & poſſia, & neceſſaria hæc ſunt. De his aũt dicere abunde poterimus & ex antedictis, & his ſimilibus, & ipſis contrarijs, & ab ijs quæ iudicata ſunt aut a Dijs immortalibus, aut a claris hoĩbus, aut a iudicibus, aut ab aduerſarijs nr̃is. Cuiuſmodi igitur iuſtũ eſſet, declarauimus. Simile aũt iuſto eſt

H

L

M

Honeſta.

Iucunda.

Facilia

Poſſia

Iuſtũ qd.

Vtile

hmõi

A hmõi.nam quemadmodum iu
ſtũ exiſtimamus obtẽperare pa
rentibus,itidem conuenit filios
parentum res geſtas imitari: &
veluti beneficis bñfacere iuſtũ
eſt,ita & ñs a quibus mali nihil
ſuſcepimus, iuſto ſimile eſt non
nocere.Hoc igitur mõ ſimile iu
ſto capiendum eſt. Ex cõtrarñs
aũt opus eſt exemplum ipſum
perſpicuum faciamus. Nam ve
luti iuſtum eſt in eos aſaduerte
re qui aliquid perperam patra
uerint, ita ñs qui nos beneficio
B ſouerint, reſerre gratiam decet.
Id aũt iuſtum quod ab aliquib⁹
claris viris iudicatum fuerit,ſic
erit accipiendum. Verum neq;
nos ſoli odio hoſtes inſequimur
maloq; afficimus, ſed & Athe
nienſes, & Lacedæmoñ iuſtũ
eſſe iudicant inimicos multare.
Iuſtum igitur hoc modo crebra
exercitatiõe accipies. Legitimũ
vero quale etiam ipſum ſit, an
tea nobis definitũ eſt. Oportet
autem vbi vſui ſit,vt is qui ſen
C tentiam dicit, legẽ ẽt adſumat:
deinde ſimile legi ſcriptæ, eſſet
vero hmõi.Nam ſicuti legumla
tor maximis animaduerſionib⁹
fures plectendos voluit,ita & ſe
ductores maximopere ſunt mẽ
tandi: etenim hi furantur eius
quem deceperint hominis men
tem.& veluti legumlator hære
des eos ſtatuit qui genere proxi
mi ĩs eſſent qui ſine filiis interi
ſſent,eodem mõ & hui⁹ pecunia
rum rerumq; libertũ me nũc do
minum fieri decet,nam cum ĩs
qui ipſum liberarit, hac luce or D
batis,proximus ipſe ſum cogna
tione,iuſtus certe ſum qui illius
res oẽs dominio teneam. Legiti
mo ergo ſimile adſumẽ hoc mo
do.Contrarium vero ſic.Siqui
dem lex prohibet publica pri
uatim diſtribuere, perſpicuum
eſt eos qui illa diſtribuunt, iniu
ria omnes afficere a legumlato
re iudicatos.nam ſi eos leges or
nari iubent qui honeſte reb⁹cõi
bus iuſteq; præfuiſſent, nequa
quam obſcurum eſt quin & pu
blicarum rerũ diſſipatores mul E
ta dignos exiſtiment. ex contra
rĩs igitur ita legitimum clarũ
fit.Ex iudicatis autem hoc mo
do. Neq; ipſe ſolum præſentem
legem harum cauſa rerum a le
gumlatore poſitam dico, ſed ẽt
antea ipſi iudices authore Lyſi
tida,æque atq; nunc a me dicẽ,
ſententiam de hac re protulere.
Legitimũ igitur hoc modo tra
ctantes,multiplicem fabimus.
Vtile autem quale ſit,antea deſi
niuimus. Aſſumendum eſt aũt
F in dicẽdo ẽt ſi quid ex vtili inci
derit:eodemq; modo tractandũ
quemadmodum in iuſto legiti
moq; tradidimus: & ſic crebris
in locis oſtendendum.Eſſet aũt
vtili ſimile huiuſmodi. Sicuti
nanq; in bello conducit eos qui
plurima valent animi magnitu
dine, primos ĩ acie ordinare,eo
dẽ mõ in rebuſp. magnæ vtili
tati eſt prudẽtiſſimos multitu
dini iuſtiſſimoſq; pẽſſe. & quẽ
admodum hoſibus in bona vale

tudine

G tudine cauere ne in aduerſam l-
cidant, vtile eſt: ita ẽt pacatis vr
bibus, concordiaq; vtẽtibus eõ
ducibile eſt ſeſe ab omni ſeditio
ne cuſtodiant. Similia ergo vtili
hoc modo crebro tractãda ſunt.
Ex cõtrarijs aũt vtile ſic perſpi
cuum fit. Nam ſi cõducit eos ci
ues qui æqui & boni ſunt, hono
ribus proſequi, ita punire ĩpro-
H bos, vtilitatis plurimum adfert:
& ſi quidem inutile eſt nos ſo-
los aduerſus Thebanos bellum
gerere, vtile erit vt Lacædemo-
nios ſocios nobis adſciſcamus,
itaq; aduerſum illos belligere-
mus. Ex contrarijs igitur ſic vti
le clarum efficies. Vtile vero a
claris viris iudicatũ hoc pacto
adſumes. Nam & Lacedæmonij
vbi Athenienſes bello ſuperaſ-
ſent, vſui ſibi fore exiſtimarunt,
ne eorum vrbem ĩ prædam ver-
terent: & Athenienſes rurſus cũ
poſſent Spartam funditus euer
tere, conducere ſibi arbitrati
I ſunt ſi Lacedæmonij ſupereſſent.
Et iuſtum quidem & legitimũ
& vtile ſic tibi tractandum eſt.
Honeſtum vero, & facile, & iu-
cundum, & poſſe, & neceſſariũ
qũo & hæc ſuperiora te tractare
conueniet, & de his quidem &
hiſce dicere cõmode poterim⁹.

Quæ ſint conſultanda. Cap. 2.

RVrſus autem definiemus
quantũ, & quale, & quid
tum in curia, tum in con
cione conſultabimus. nam ſi ho
rum ſingula plane tenuerimus,
res ipſæ pro vnaquaq; nobis cõ K
ſultatione verba ſuppeditabũt.
Cões aũt ſpẽs quas diu ante no
uerimus, facile in vnamquanq;
cãm inducere poterimus: qua-
propter ea ſunt nobis diuidẽda,
de quibus vulgo conſultãt oẽs.
Vt ſummatim ergo dixerimus,
eę de quibus orationem habe-
mus, propoſitiones, ſeptem ſunt
numero. neceſſe. n. eſt nos & cõ-
ſultare, & orare tum in ſenatu,
tum apud populũ, aut de ſacrifi
cijs, aut de legibus, aut de appa-
ratu ciuili, aut de ſocietatib⁹ ac L
fœderibus aduerſus alias vrbes,
aut de bellis, aut de pace, aut de
pecuniarũ, puentib⁹. hę igitur, p
põnes ſunt, de quibus oĩs eſt no
bis & cõſultatio & oño. Harum
aũt vnãquãq; diuidamus, conſi
deremusq; quib⁹ modis oñone ĩ
his vtendũ fuerit. De ſacrificijs De ſacrifi-
aũt abũde dicere neceſſe ẽ. Aut cijs.
.n. dicimus p̃ſenti in ſtatu ea ſer
uãda eẽ, aut vt magnificentius,
aut vt in his humili⁹ quodãmo-
do agẽdũ ſit. Cũ igiẽ dixerim⁹ ĩ
prẽſenti ſtatu ea ſeruãda eẽ, cãs
inueniemus, ex iuſto quidẽ dicẽ M
tes, iniuſtum apud omnes eſſe,
p̃ter conſuetudines patrias qc-
quam agere, quod q̃omnia vati
cinia hoſtibus iubent patrio mo-
re ſacrificia eſſe faciunda, & q̃
eorum qui vrbes primo condi-
derunt, & templa dñs immorta
libus erexere, diuini cult⁹ maxi
me ſunt, diuq; obſeruãdi. Ex vti
li aũt dicemus q̃ ad rei pecunia
rię ĩpẽſam, aut priuatim aut pu
blice

A blice cõduceꝛ,ubi pro patrio mo
re ſacrificijs ſit indultum: & ꝙ
ad ciuium audentiam ea res cõ-
fert non mediocriter, quippe ꝙ
grauioris armaturæ peditibus
equitibuſq; ac velitib⁹ ludos ce-
lebrantibus ciues ea ambitione
delectati audentiores fient. Ab
honeſto aũt dicemus, ſi hoc mo-
do celebritates pulchras ſpectari
contigerit. A iucunditate vero, ſi
& varietas quædam circa Deo-
rum ſacrificia ad ſpectandum ac
ceſſerit. A poſſibili aũt, ſi in eiu-
B ſcemodi ludis nihil fiat neq; pa-
rum, neq; nimis. Cũ igitur in re-
bus diu conſtitutis cõſultatio no
bis habetur, cũ hæc tractamus,
operæpretium eſt de antedictis
aut de horum ſimilibus conſide-
remus, & ea pro rei natura edo-
ceamus. Cum vero cõſultemus
vt ad ſplendidiorem quendam
apparatum ſacrificia traducant,
eæ ſunt cauſæ nobis adferendæ,
quibus merito cõſuetudines pa-
C trias mouere videamur, dictitã-
tes, addere preſentibus quicquã,
id haud eſſe ſoluere, ſed augere
potius res antea cõſtitutas ac fir
matas, deinde ꝙ & cõſentaneũ
ſit Deos immortales beneuolen-
tiores in eos eſſe, à quibus magis
venerentur. Item quod neq; ma
iores ipſi eundem ſemper modũ
in ſacrificiis obſeruabant, ſed ꝓ
tempore, proq; ſecũdis rebus &
priuatim & plubice Deorũ cul-
tum legibus ſanciebant. poſtea
vero ꝙ veluti in cæteris rebus o-
mnibus conſueuimus, ita &
reſpublicas, atq; priuatas domos D
adminiſtramus. Dicas.n.opus
eſt, ſi qua his ita conſtitutis vtili
tas ciuitati, aut ſplendor, aut vo
luptas futura eſt, quæ quidẽ om
nia ita tractabis, ueluti in ſupe
rioribus dictũ eſt. Cũ ad humi
lius exhortamur, primũ quidẽ
temporibus eſt accommodanda
oratio, dicendumq; quibus in re
bus deteriũs nunc habeant q̃ an
tea habuiſſent. deſde vero ꝙ ne
conſentaneum quidem ſit Deos
ſacrificantiũ ſumptibus, ſed pie-
tate potius gaudere. item ꝙ eos E
qui ſupra vires quicquã faciũt,
& Dñ & homines q̃ ſtultiſſimos
iudicant. demum vero ꝙ nec in
hominum arbitrijs publici ſum-
ptus modo, verum & in ſecun-
dis aduerſisq; rebus exiſtũt. Has
igitur cauſas & harũ ſimiles in
ſacrificiorũ propoſitionibus ha-
bebimus. Vt autem & quæ ad
optimum ſacrificium pertinent
ſciamus, & exponere & ſancire
hoc etiam definiam. Eſt enim id F
vnum omnium quidem opti-
mũ ſacrificium, quod aduerſus
Deos pie ac diuine, ad ſumptus
vero moderate, ad bellum autẽ
vtiliter, ad ſpectacula vero ſplen
dide habuerit. Aduerſus autem
Deos habebit pie, ſi patriæ con-
ſuetudines inſtitutaq; non ſoluã
tur: moderate uero ad ſumptus,
ſi non quæcunq; ad pompã miſ-
ſa fuerint, conſumantur. Ad bel-
lum autem vtiliter, ſi equites &
milites vnà cõpoſite ludos agãt:
ad ſpectacula vero ſplendide, ſi

G & auro, & ñs huiuſmodi rebus quæ haud conſumuntur, magnifice quis vtitur. Quę igiť aduerſus Deos ſeruanda ſunt, per pulchre ex his conſtituemus. Ex ñs vero quæ antea dixerimus, plane ſcire poterimus quibus modis oratio de vnoquoq; ſacrificã di genere haberi poſſit. De legibus autem deq; conſtitutione ciuili rurſus eodem modo tractemus. Etenim leges ſunt, vt ſummatim dixerim, ciuitatis publi-

De legib. & ciuili conſtitutione.

H ci conſenſus, qui ſcriptis terminant atq; imperant quid vnumquodq; agendum ſit. Eæ vero leges colendæ ſunt quibus magiſtratus parui quidē ac multi ex ſortitione, id qđ ſeditione vacat, maxime aũt ex toti⁹ multitudinis ſuffragiis in populari⁹ principat⁹ deſignent. ita.n. & ipſe popul⁹, qm̃ ī ipſo ſit eos donare honorib⁹ quos voluerit, haud qua quam accipientibus inuidebit, & clariores magis magisq; probitati ſtudebunt, vtpote qui in-

I telligant vſui ſibi futurum apud ciues ſe probari. Quæ igitur circa comitia in populari dominatu sãciri oporteat, hæc ſunt. Quę vero ad reliquã adminiſtrationem pertinent, ſingillatim exponere operoſum admodũ fuerit. Verum vt breuiter dixerim, id obſeruari oportet, vt multitudini leges impedimento ſint ne locupletũ rei inſidientur: diuites autem inducant vt vltro ad publica miniſteria munificentiſſimi ſint. Hoc aũt aſſequi poterũt, ſi locupletes pro ea quam in pu- K
plicum munificentiã exhibent, ſtatutis quibuſdam honorib⁹ ab ipſis legibus donẽtur, ſiq; & agricolas pauperibus & nauium gubernatores vectoribus antepo-
nant. ſic.n. & locupletes non inuiti reipubli. inſeruient, & plebs non calumnię ſed miniſteriis ſtudebunt. Opus eſt præterea in cõditis legibus ſeueritatem ineſſe, qua neq; agrũ ad egeſtatem redigere, neq; morientiũ ſubſtantias publicare fas ſit: & magnos
ñs cruciatus inſcribere qui hæc L
obſeruare neglexerint. Decet autem aliquẽ ñs honeſtum ſepulturæ locũ ante vrbem dari, qui ꝓ patria bellando periſſent, & eorũ filios ad pubertatẽ vſq; publicis alimẽtis enutriri. huiuſcemodi igitur leges in populari principatu ferẽdæ ſũt. In oligarchñs vero, quæ paucorum dominatu adminiſtrant, magiſtratus æque fiunt in oĩs illius ordinis viros diſtribuendi legibus. Horũ aũt plurimi quidẽ ex ſortitione, ma-
ximi vero magiſtratus occulto M
ſuffragio & iureiurando & magna cum diligentia atq; ſtudio decernendi ſunt: in eos autẽ qui vlla in ciues vti contumelia per rexerint, maximę ſunt pœnæ cõſtituendæ. plebs nanq; non ita egre patitur q; magiſtratibus caret, quã grauiter & moleſte ſert q; afficitur cõtumelia. Ciuiũ aũt cõtrouerſias per breui diſſoluere, neq; in tẽpus trahere cõuenit. Neq; vulgus in vrbem ex agro

eſt

A est congregandū.nā ex hmōi cō uentibus plebs turbanť, pauco rūq; principatus reſcindunt. Vt paucis igit dixerim, debēt in po pularibus principatib⁹ leges co hibere plebē,ne locupletiorū bo nis inhient inſidienturq;, in pau corū vero principatibus auerte re illos qui Remp. gerunt, & ab imbecillorum contumelijs & à calumnijs inſtimulationibusq; ſ ciues. Quę igr & in legibus, & in oſ conſtitutione ciuili deſide randa obſeruandaq; ſunt, ex his B cognoſces. Is aūt orator qui quic q; lege ſuadere voluerit, hanc oñ dat oportet ęqualem eſſe ciuib⁹, & reliquis legibus conſentaneā, ciuitatiq; conducibilem ad quie tē & concordiā maxime, vel ad ciuium probitatē. aut ad publi ca tributa,aut ad ipſius Reip.glo riā, aut ad vrbis potentiam, aut ad aliud hmōi aliquid vtili cede re. Aduerſarius vero primum cō ſiderabit an minus ſex illa cōis ſit omnibus, deinde an reliquis legibus nō conſentiat, ſed aduer ſetur potius quodāmodo, præte rea an ad horū q̄ ante dicta ſunt conducturā ſit nihil, ſed contra nocitura potius. De legibus igit, deq; cōſtitutione ciuili ex his & cōtendendo & orando nobis fa cilius aditus fiet. De ſocijs autē, deq; aduerſus alias vrbes fœderi bus dicere incipiemus. Fœdera igitur atq; eorū ordines neceſſe eſt publicis conuētionibus fiāt. ſocij vero pro ea tēporis ſunt cō ditione faciūdi, cū aliqui ſuis ui ribus infirmi ſunt, aut bellū ali D quod videať impendere, aut eo ſt cū aliquibus ineūda ſocietas, quod bello quoſdā à ſe defectu ros putēt. Hę igr ſunt cāæ his q; cōſimiles, quib⁹ plures nobis ad ſciſcimus ſocios. Neceſſe eſt autē cū ineundā ſocietatē perſuadere volueris, eam maxime tēpeſtiuā oſtēdas, declaresq; eos ſocios ap prime iuſtitiā colere, & bene an tea Rempub. affeciſſe, eſſeq; po tentiſſimos, & ſ proximo reſide E re. q; ſi minus hæc oſa potueris, quę ſuberunt, oratione cōplecte re. Cū aūt ſocietatē diſſuaſeris, primū oñdas oportet haud nūc eam facere op⁹ eſſe: deinde q; ne q; hi iuſti ſunt, poſtea vero q; & male nos prius affecerint. ſin id minus poterimus, dicemus eos à nobis porro habitare, neq; facul tatē his eſſe quò nobis opportu ne adsit auxilio. Ex his igr his q; ſimilibus circa faciūdas aut non faciundas ſocietates, & diſſuadē di ſuadēdiq; vſum facile cogno F ſcemus. Rurſus aūt & pacis & belli faciundi maxima nobis ar gumēta capianť. Cāæ itaq; bellā di aduerſus aliquos sūt hmōdi. Par aūt eſt de ijs tēpeſtiue nunc vltionē capiam⁹, qui nos antea iniuria laceſſiuerūt: vt nūc iniu ria ꝓuocati, ꝓ nobis ipſis, aut ꝓ cognatis, aut ꝓ ijs qui benefici erga nos fuerint, aut quo auxilio ſim⁹ iniuſte affectis ſocijs, aut pu plica ꝓ vtilitate, aut ad glīā aut ad opes, aut ad vires, aut ad ali ud q̄ppiā hmōi blelūſuſcipiam⁹

De pace & bello.

De ſociis aduerſus que alias vrbes fœderibus.

G Cum igr̃ ad bellū voluerim⁹ auditores exhortari, debemus ex his cauſis quãplurimas dicendo cõplecti,ac demū demõſtrare eorū plurima,quibus bellãtes ſuperiores fiant,ipſis auditorib⁹ adeſſe. Superiores etenim oẽs fiunt aut Deorum beneuolentia quã bonã fortunam appellauerim⁹, aut corporū multitudine atq; robore,aut pecuniarū affluẽtia atque imperatoris prudentia, aut virtute ſociorū,aut opportunita
H te locorū. Ex his igr̃ & ſimilib⁹ q̃ maxime rei cõgruant, bellum ſumi oportet exhortabimur,aduerſariorū partes deprimẽdo,noſtras aũt augẽdo atq; amplificãdo,Quòd ſi futurū bellum impedire ſtuduerimus,primū eæ cãæ inueniẽdæ ſunt,quib⁹ demõſtretur aut oſno nullã,aut paruas hu miles⁹q; moleſtias afferri,quibus ad bellum rapiamur. Deinde q⁹ bellū minime conducit:erit⁹q; p̃currendū q̃ hoĩbus bello ſoleant accidere calamitates. Ad hoc itẽ oñdendum,q̃ victoriam ſolẽt in
I bellando efficere, ea hoſtib⁹ magis adeſſe. hæc aũt ſunt q̃ paulo ante cõmemorauimus. Futurū itaq; bellū ex ĩs rebus diſſuademus. Quòd ſi ab inſtanti bello quieſcẽdum eſſe cohortabimur, ſi quidẽ conſultores ſuperiores fuerint,hoc ipſum primū dicendum erit,decere eos,qui mẽteva lent, haud operiri quoad caſum eant,ſed cũ vincunt,pacẽ faciundam ĩjs eſſe. Deinde q̃n ea belli natura ſit, vt & pleroſque ex eis qui ſecũda in eo fortuna primũ K vſi ſunt,ad poſtremum perdant: pacis vero cõtra, vt & victos ſeruet, & victoribus rerũ bello adeptarum fructum adferat. Exponendum ẽt erit eas quæ in bello, cum multæ, tum variæ mutationes fieri ſolent. Qui ergo ſuperiores in bello fuerint, ex huiuſmodi rõnibus ad pacem exhortabimur: eos aũt quibus aduerſæ in bello res extiterint, tum ex ipſis caſibus exhortabimur: tum vero á quib⁹ iniuriã añ ſuſceperit, L ſuis calamitatibus admoniti ir ritare eos ne pergant: tum ex ĩs periculis q̃ antea q̃ pacẽ noluiſſent,perpeſſi fuerint:tum deniq; q⁹ ſatius partẽ aliquã ſuarũ fortunarũm potioribus ipſis cedere,q̃ bello periculoſe decernere, quo ipſi vna cum ſua re pereãt. Summatim autẽ id ſciam⁹ oportet,tum ſolere oẽs hoſtes bellum inuicem ſoluere, cũ aut iuſta hoſtes rogare arbitrentur,aut cum aduerſus ſocios vlla fuerit exorta contentio aut bello defatigati M ſint, aut aduerſarios timuerint, aut ipſi inter ſeſe diſſideant.Quã obrẽ q̃ ex his omnibus atq; horum ſimilibus commodatiſſima in rem fuerint colligens,q̃ facillime & de bello poteris & de pace diſſerere. Reliquũ eſt vt de pecuniis cõparandis iam loquamur.Primum igitur conſiderandum erit,ſi quid ex vrbis poſſeſſionibus neglectum eſt,qd' neq; redditum afferat, neq; Dĩjs immortalibus dedicatum ſit: veluti ſunt

De pecuniis cõparandis.

A ti ſunt quidam publici loci iam neglecti, ex quibus aliquis prouectus, vbi ꝫ priuatis hoſibus aut venditi aut mercede exculti fuerint, ciuitati fiat. hmõi nanq; cẽſus oſum maxime cõis eſt ſemp. Quòd ſi nihil ſit hmõi, neceſſe erit pro ſingulorũ copiꝫs tributa inferantur: vt pauperibus quidem indictum ſit corpora, locupletibus autem pecunias, opificibus vero arma præſtent aduerſum pericula. Summatim autẽ oportet eum qui de huiuimodi
B prouentibus narret, dicere eos æquales ciuibꝰ, & diuturnos ac magnos eſſe: hoſtibus aũt ſecus. Propoſitiones igitur de quibus in deliberatiuo verba faciemus, & harum partes de quibus orationem & ſuadendo & diſſuadẽdo conſtituemus, ex antedictis cognoſcemus. Rurſus autem propoſitiones de laudatiua, vituperatiuaq; ſpecie deinceps dicere aggrediemur.

De genere demonſtratiuo Cap. 3.

C LAudatiua igitur ſpẽs (vt compendio vtar) eſt vt voluntatum, & rerum geſtarum, & verborũ illuſtrium amplificatio, & eorum quæ abſint accommodatio: vituperatiua autem contra illuſtrium horũ extenuatio, obſcurorum vero exaggeratio. Et digna quidem laude ea ſunt quæ iuſta, quæ legitima, quæ vtilia, quæ honeſta, quæ iucũda, quæ facilia facta ſunt: quæ quidem omnia cuiuſmodi ſunt, & quo pacto ꝫs abũde vtamur, D
in ſuperioribus dictũ eſt. Oportet autẽ eum qui laudat, orationẽ oſtendat in hoc, ſeu hoſe, ſeu ſ rebus huius aliquid ineſſe, quod aut ipſe geſſerit, aut per ipſum manarit, aut ex hoc contigerit, aut hmõi gratia factũ fuerit, aut quod ſine hoc patratum nõ ſit. Eodem vero modo & vituperator oñdat oportet horum cõtraria ineſſe in illo quem vituperatum velit. Quòd ex hoc contigerit, hoc modo. Ex ſtudioſa corporis exercitatione victoriæ cõtin- E
gunt, & ex otio in ægrotationẽ inciditur. itẽ ex philoſophiæ ſtudio hoſes circa prudẽtiam ſunt acriores, & ex negligẽtia ſunt rerum neceſſariarum indigentes. Quòd huiuſmodi gratia factum fuerit, hoc modo: Vt à ciuibus coronẽtur, per multos labores permultaq; pericula mortales perferunt: & vt ꝫs quos diligunt gratificentẽ, aliud curãt nihil. Quòd autem ſine hoc patratum nõ ſit, hoc modo. Neq; ſine nautis nau- F
alium pugnarũ victoriæ, neq; ſine potu ebrietates fiunt. Hæc autem atq; ꝫs ſimilia perinde vt ſuperiora percurrens, & laudare & vituperare abunde poteris. Amplificationes vero extenuationeſq; ac talia ſimul quoq; hoc modo tractabis. Primum quidẽ oñdens (veluti mõ docebamus) ab hoc multa vel bona effecta eſſe. Vnus igitur amplificandi mo Secũdus.
dus hic eſt. Secundus aũt modus eſt, cũ iudicatũ aliquid trãsfers,

Primꝰ amplificandi modus.

G ſiquid laudes bonum: ſin autem vituperes, malum: deinde conferas oportet quod abs te dictum ſit, & adinuicē compares, ex tuis maxima, ex aduerſarij vero dictis minima enarrando, & hoc modo magnum illud iudicatū oſtēdas. Tertius. Tertius modus eſt, vt ad illud quod abs te dictum eſt, minimum quid ex ijs quæ ſub eandē ſpeciē cadūt compares: ſic.n. qd' abs te dr̄, maiꝰ apparebit. veluti mediocri ſtatura hoſtes maiores apparēt, cū ad minores cōparant. H Amplificare aūt poteris hoc modo. Si magnū ſit hoc bonū iudicatū, magnum appareat malū neceſſe eſt, vbi cōtrarium huic aliquid narraueris. Eodem vero modo, ſi magnū malū exiſtimatur, vbi huic contrariū dixeris, magnū bonū apparebit. Amplificabis autē & hoc pacto vel bōa vel mala, ſi eū gradatim oſtenderis. q̄ præmeditatus iam I diu fuerit, q̄ de induſtria multa gerere aggreſſus ſit, q̄ per multū tēpus geſſerit, quibus cū nemo alius, q̄ poſt hos poſt quos alius nemo, q̄ ſponte, q̄ ex ſentētia: q̄ ſi omnes pariter atq; hic feceri-mus, profecto bene beateq; aut contra male miſereq; vixerimꝰ. Oportet aūt & conſequenti continuatione vti, & rem alterā tanquam in alteram properando amplificare, hoc modo. Cuiusvero amici curæ ſunt, hunc recte conſentaneum eſt ſuos etiam colere parentes: qui autem ſuos parentes colit, hic profecto voleret patriq; benefacere. Sūmatim autem ſi multarum ſiue bonarum K ſiue malarum rerum eum causā oſtenderis, eę magnæ videantur neceſſe eſt. Conſiderandum eſt ēt qualis res ipſa videbitur, eam ſuis partibus diuidendo, ſingillatimq; narrando, quæq; maior viſa fuerit, eam hoc modo explicāre conueniet. Amplificando igitur vbi hoc pacto tractaueris, & plurimas facies & maximas. Extenuabis autem in dicendo & bona & mala, ſi contrario mō tractaueris, ſicuti in magnis dixeramus: & tum maxime, cū nullius eum rei authorem demōſtraris: vel ſi id minus, q̄ minimarū & paruiſſimarū. Quō igitur & laudando & vituperando amplificabimꝰ atq; extenuabimus quę cunq; voluerimus, ſcire ex ijs poterimus. Amplificationum autē cauſæ in alijs quoq; ſpeciebꝰ vtiles ſunt: ſed plurima ipſarum vis in laudationibus vituperationibusq; conſiſtit: de quibus quidē M ex ante dictis plane adiumenta nobis ſuppeditabimus.

De genere Iudiciali. Cap. 4.

RVrſum autem ſimili modo accuſādi defendēdiq; ſpeciem, q̄ circa iudicialē verſatur cām, quibusq; rebus cōſtat, & quō ijs vti conueniat, diuidamus. Accuſatio quidem eſt Accuſatio quid. (vt breuiter dixerim) iniuriarū delictorumq; expoſitio. Defenſio aūt eſt delictorum & iniuriarum, q̄ vel in accuſationem vel Defenſio.

in

A in ſuſpitionem venerint, diſſolu
cuſan- tio. Cū vtraq; vero ſpecies hanc
præte- vim habeat, accuſatori quidem
dicendum eſt, quandoquidē im
probitatis aduerſarios crimine
tur, eorum facinora & iniuſta &
iniqua eſſe, ac ciuium multitudi
ni pnicioſa: cū vero ſtultitiæ cri
minetur, q; & ipſi agēti inutilia
ea ſunt, & turpia & iniucūda, &
quæ perfici nullo pacto queant,
hæ & ijs ſimiles aduerſus impro
bos vanosq; argumentationes
ſunt. Eſt præterea & hoc accuſa-
B torijobſeruandum, aduerſus cu
iuſmodi crimina ſupplicia ſunt
à legibus cōſtituta, & circa quæ
ipſi iudices mulctas definiunt.
Cū lex itaq; pœnam definierit,
hoc eſt ēſtimaxat accuſatori conſi
derandū, vt demonſtret facinus
patratum eſſe. cū iudices aūt cri
mē admiſſum ſciunt, crimina il
la quæq; aduerſariorūq; delicta
augeri cōuenit, ac maxime qui
dē demōſtrari ſponte illū & de
induſtria, nō forte quadā ſed de
dita vehementer opera iniuriā
C intuliſſe. q; ſi minus hoc fieri abs
te potuerit putasq; potius ab ad
uerſario demonſtratū iri, ſe mō
quodā deliquiſſe, aut q; hæc age
re probe meditate ſibi, min⁹ pro
ſpere ſucceſſerit, debes veniæ a
pud auditores aditum interclu
dere, inquiens nequaquā aduer
ſarios decere, vt poſt geſtum ne
gotium ſe imprudenter errauiſ
ſe dicāt, ſed añ potius vereri q; ge
rant. Deinde quod quamuis ille
imprudenter geſſerit, aut ei ad
uerſe ſucceſſerit, oportet ipſum D
tam ob caſus atq; imprudentiā
longe multari magis, q; hi horū
neutrum perpetraſſet. Præterea
q; etiam legumlator eos qui im
prudenter deliquiſſent, non pœ
næ immunes, ſed iudicio obnoxios fecit, ne oībus errando no
ceant. Dicendum eſt ēt, q; ſi talia
reſpondentem admiſerint, non
nullos sūt habituri ad iniuriā q;
prōptiſſimos. nacti nanq; occa
ſionē, quæcunq; voluerint effi
ciēt. ſi vero aberrauerint, rem in
fortunam reñciētes, ſupplicio ſe E
liberabunt. Aceuſatori igitur ex
huiuſmodi rebus venię locus au
ferendus eſt: ſicuti antea dictum
eſt. Multorum malorum cauſæ,
aduerſariorum facinora p; exag
gerationes demonſtranda ſunt.
Species igē accuſandi perficitur
ex his partibus. Defendendi aūt Defendē-
ſpecies tribus pręceptis conſtat. di pœpta.
Aut .n. defenſori oſtendendū eſt
ſe nihil eorum quorum accuſaē
patrauiſſe. aut ſi cogatur fateri,
enitendum eſt vt geſtum à ſe ne
gotium, & legitimum, & iuſtū, F
& honeſtum, & publicæ vtilita
ti vſui eſſe oſtēdat. ſi hoc autem
oſtendere nequiuerit, aut in im
prudentiam aut in fortunam ge
ſta negotia cōferens, & iacturas
ab his profectas quam minimas
oñdens, vt ſibi ignoſcatur operā
dabit. Iniuriā aūt & īprudētiā &
caſum ita definias, quod ex me
ditatione mali ne quippiā, id in
iuriā ponere, inquiēs, oportere
pœnas maximas i hmōi reb⁹ ca

G pere. quod vero per ignorãtiam detrimenti quid agitur, imprudentiam eſſe dicẽdum eſt. quod autem non ſponte, ſed aliena potius vi aut fortuna quadã nihil eorum quæ rectis conſilijs adminiſtrata ſunt perficit, caſum eſſe ponẽdum eſt. dicitoq; iniuriam inferre, malorum eſſe hominum proprium: imprudenter vero delinquere, & circa rem gerendam aduerſam fortunam pati, non eſſe ſibi priuatim modo, ſed commune & ipſorũ iudicum, & alio
H rum quorunq; hominum. Coactus autem ex huiuſmodi cauſis quid fateri, vt tibi ignoſcat precabere, & vt per imprudentiam caſumq; delinquere tibi cum auditoribus ipſis commune eſſe oſtẽdas, ſtudebis. Oportet autem defenſorem vndiq; intueri quibus in criminib⁹ leges ſupplicia iuſſere. Iudices vero ipſi pecuniſs puniunt. Et cũ lex ſupplicia iuſſerit demonſtrãdum erit aut omnino nihil patrauiſſe, aut legitime iuſteq; feciſſe. cũ iudices vero conſtituti fuerint punitionis
I eſtimatores, rurſus eodem modo aud dicendum eſt q̃ hæc nõ egerit, ſed elaborandum eſt potius vt oſtendat ſe paruo detrimento aduerſarium affeciſſe, & inuitum reliquiſſe. Ex his igitur atque ſimilibus accuſando, defendendoq; verba ſuppeditabimus: reliquum eſt vt iam quæſtionis ſpeciem pertracte-
mus.

De Quæſtion. Cap. 5. K

VT igitur ſummatim dixerim, q6 eſt voluntatẽ vel rerum verborumue adinuicem aut ad aliam diſſentientẽ vitam demõſtratio. Oportet autem quærẽtẽ quærere ſicubi aut verbũ eius quẽ queret, aut actiones aut volũtates inter ſe diſcrepant. præceptũ vero hoc ſit: Cõſiderandũ erit in præterito tpe, ſi cui q̃s antea amicus cũ eſſet, rurſum inimicus, & iterũ huic ipſi amicus effectus fuerit, aut aliud quid contrariũ, aut quod petulãtiã & flagitiũ ferat, geſſerit, geſtu L rusue ſit, ſiqñ ipſi detur occaſio, quod anteactis rebus eius contrarium ſit. identidem quoq; intuere, ſiquid dicendo cõtrarium nũc ñs dicit, q̃ prius ab eo dicta fuerint, aut ſi quid ñs quæ dñr, aut quæ antea dicta ſunt, contrariũ dixerit. Eodemq; mõ ſi quid dicere voluit ñs contrariũ q̃ ab ipſo ante dicta ſunt, aut velit opportunitate oblata, identidẽ vero aſſumendæ ſunt ẽt ad alia pr̃ clara ſtudia eius qui quærit vitę M cõtrarietates. Quærẽdi ergo ſpeciẽ ſi hoc pacto tractaris. nullum relinques quæſtionis modũ. Harũ aũt oſum ſpecierũ, quas ſuperius partiti ſumus, oportet ẽt diuiſim qualibet pro cõmodo vti, & vna ipſarum proprietates cõmiſcere. hæ nanq; dñias habent maximas. enimuero communis earũ eſt adinuicem vſus, & idẽ quod & hominum ſpẽs patiuntur. namq; partim ſimiles ſunt,

partim

A partim vero diſsimiles tũ aſpectibus, tum etiam ſenſibus. Sic autem determinatis ſpeciebus, rurſum quibus indigent, cõiter enumerabimus, & quomodo his vti conueniat quæremus.

Quæ communia ſint omnibus generibus. Cap. 6.

PRimum igitur & iuſtum, & legitimum, & vtile, & honeſtum, & iocundum, reliquaq; deincepe, quemadmodum ab initio ſum partitus, ſpe-
B ciebus omnibus ſunt cõmunia: veruntamen in ſuadendo maxime his vtimur. Secundo autem loco amplificationes extenuationesq; præ cæteris omnibus vtiles ſunt. harum vero vſus in laudem ac vituperationem maxime cadunt. Demum autẽ probationes ſunt, quibus etſi circa omnes cauſarum partes vtendũ eſt, in accuſationibus tamen defenſionibusq; quàm vtiliſſimæ ſunt. his nanq; plurimæ controuerſiæ indigent. Sunt præterea
C & præoccupationes, & poſtulata, & iterationes, & orationis prolixitas, & prolixitatis modus, & breuitas, & interpretatio. hęc enim & his ſimilia ſpeciebus oſ bus ſunt communia. Quoniam igitur de iuſtis & legitimis, ac de his ſimilibus prius determinauimus, & eorum vſum enarrauimus, & de amplificationibus quoque extenuationibusque diximus, iam de aliis declarabimus.

De Probationibus. Cap. 7. D

VT igitur à probationibus primum ſcipiamus, duo ſunt earum genera. fiunt enim aliæ quidem ex ipſis verbis & negotijs & hoſibus, aliæ vero oppoſitæ ſunt ijs quæq; dicũtur, & quæ geruntur. nam icota, & exempla, & coniecturæ, & cõmentationes, & ſententiæ, & ſigna, & argumenta, & probationes ex ipſis verbis & hominib⁹ & negotijs ſunt: apoſitæ autem probationes, teſtes, iuramẽta, & quæſtiones exiſtunt. Opus eſt E
autem harum vnamquanq; probationum intelligere qualis ſit, & vnde idonea in eam verba abunde nobis ſuppetent, & quid demum eæ inuicem differunt. εἰκὸς igitur, quod probabilem propoſitionem dicimus, illud ẽ q̃ cum dixeris auditoribus, in mentibus eius exempla tenent. Dico aũt, veluti ſi quis inquiat velle patriam magnam eſſe, & neceſſarios rebus ſecundis vti, aduerſis autẽ inimicos. atq; his F
ſimilia ſummatim probabilia videantur. Quilibet enim auditorũ qui huiuſmodi deſideriis teneatur, ipſe ſibi de hiſce deq; ſiſſibus rebus conſcius eſt. quamobrem hoc nobis in dicendo ſemper ſuadendum eſt, ſi rei de qua loquimur, conſcios auditores perceperimus. hiſce enim rebus par eſt credere eos maxime. Vis ergo probabilis eſt huiſumodi: ipſum vero in tres diſtribuemus ſpecies. vna quidem eſt quę eas

εἰκὸς probabile ſcilicet quid.

pertur-

Gperturbationes accuſando aut defendendo verbis comprehẽdit, quibus homines natura afficiũtur: veluti ſi quem aliqui flocci penderint, aut timuerint, aut eãdem rem ſæpiſſime fecerint, aut iterum voluptate vel dolore vel libidine affecti fuerint, aut cupiditate vacarint, aut diuitiis abũdarint, aut aliam huiuſmodi pturbationẽ ſiue animis, ſiue corporibus, ſiue aliquo illorum ſenſuum, quibus homines afficiuntur, paſſi fuerint. hæc nãq; & his
H ſimilia, quæ communes ſunt humani ingenii pturbationes, auditoribus nota ſunt. Quæ igitur ſm naturam hominibus fieri cõſueuere, quæq; dicendo comprehendenda dicimus, ſunt huiuſmodi. Altera vero, phabilis pars eſt mos, quem pro cõſuetudine ſinguli facimus. Tertia vero ſpecies lucrum eſt. nam ſæpe lucrãdi gratia naturæ vim adferentes conſulto mores inducimus. His autem ita determinatis in ſuadẽdo quidem ac diſſuadendo de-
I monſtrare pro quæſitis oportet, vt hoc negotium ad quod ipſi exhortamur, vt cui aduerſamur, ita ſit ſicuti à nobis dicitur, vel vt ea quæ huic negotio ſimilia ſunt, hoc modo fiant quo nos dicimus, aut plurima, aut omnia. Contra res igitur hoc pacto probabile eſt capiendum. Contra homines vero, in accuſationib⁹ quidem, ſi potueris, demonſtrabis aduerſarium hoc idem negotium ſæpe antea patrauiſſe. ſin id minus poteris, huic ſimilia de K monſtrato. oſtendere autem elaborabis, q̃ hæc facere conducibile ei fuerit. hominum autem plurimi q̃n ipſi vtile omnibus reb⁹ anteponunt, itidem etiam alios omnia gerere huius genera facile putant. ſiquidem igitur ab ipſis aduerſariis probabile capere potueris, ita illud ſducito. ſin id minus quiueris, à ſimilibus tibi quæ homines conſueuere, inferẽda ſunt. Dico autem, vt huiuſmodi: inuenis eſt quem accuſas, L quæ ñ qui id ætatis ſunt agunt, hæc ipſum feciſſe dicito. Nã pro ſimilitudine etiam, quæ aduerſus hunc dicuntur, facillime credentur. Eodemq; modo ſi eius ſocios tales oſtenderis, qualem hunc eſſe dicis. Etenim ob eam quæ huic cum illis conſuetudo eſt, videbitur ñſdem rebus ſdulgere, quibus amici ſolent. Itaq; probabile accuſatoribus hoc pacto tractandum eſt. Defenſores autem maxime oſtendant oportet, vt minime prorſus omnium M quicquam antea earum rerum quarum inſimulantur, neq; ipſi neq; amicorum aliquis, neq; ipſorum ſimilium quis vnquam egerit, vtq; nihil in ñs vtilitatis cõſequi potuiſſet. Quòd ſi liquidum ſit hoc idem te antea patrauiſſe, cauſam in ætatem reñcies, & aliquam huiuſmodi aliã affe res cauſam, qua tunc non abſurde erraueris. Dic autem nec ea tempeſtate, dum hæc geſſeras, conduxiſſe tibi, nec etiam nunc

con-

A conducere potuisse. Sin autem nihil huiusmodi abs te patratũ sit: sed ex tuis amicis aliqui talia quædam fecerint, dicendum est haudquaquam iustum eẽ te ab illis calumnia affici, eriq; demõstrandum, eorum socios qui tibi consuetudine iuncti sint, & moderatos & honestos eẽ. sic enim insimulationem ambiguam reddes. Quòd si similiũ aliquos demonstrarint eadem patrauisse, absurdum esse inquies, si propterea q; alĩ quidam deliquisse apparent, creditum eant te eorũ B aliquid quibus in iudicium arcesseris, factitasse. Siquidem igit̃ inficiatus fueris haud eã fecisse quorum accusaris, sic te per probabilia respondere oportet. ita nanq; accusationis verisimilitudinem infirmabis. Si vero fateri compellaris, ex multorum consuetudine similitudinem negotijs tuis vindica, q̃s maxime inquiens vt plurimi vel potius omnes & hoc & similia agant, sicuti etiam abs te factitatum sit. C Quòd si hoc ꝯmõstrari nequeat confugiendũ est ad casum, & ad imprudentiã, & vt tibi ignoscat enitendũ, omnesq; hostium gratiões quibus rõne deficimur, complectendæ: hæ autem sunt amor, ira, vinolentia, ambitio, & ꝯs similia. Itaq; ꝯs ꝯceptis probabile pulcherrime tractabim⁹.

De exemplis. Cap. 8.

EXempla autẽ sunt res his quæ factæ sunt similes, & his de quibus nunc loquimur contrariæ. Iis vero vtendũ D est, cum quod ipse affirmas, vbi minus verisimile sit, id te perspicuum facturum dicas. nã si minus fidei per probabile præstet, vbi didicerint rem aliam ei similem de qua loqueris. ita habuisse vt à te dicitur, magis crediderint verbis tuis. Sunt autem exẽplorum duo genera: res nanque partim ratione, partim præter rationem fiunt. quæ vero ratione fiunt, facile creduntur: quę autem præter rationem, non credũ tur. Dico autem sicuti si quis ait E diuites esse pauperibus iustiores, adducitq; iustas aliquas virorum diuitum actiones, huiuscemodi exempla fm rationem videntur esse: plurimi enim putant diuites pauperibus iustiores. Quòd si quis rursus enũtiet diuitum quosdam ob pecunias iniuriam intulisse, eo vsus exemplo quod præter rationẽ sit, plane efficiat, quo locupletibus fidei minus adhibeatur. Identidẽ etiam, si quis earum rerum exẽ- F plum afferat quę rationi similes sunt. Quoniam Lacedæmonij q̃q; aut Athenienses freti eẽnt magna sociorum manu, hostes expugnauere, & sic auditoribꝰ suadet socios multos esse faciundos. Huiusmodi ergo exempla fm rationem sunt. omnes enim existimant in bellis multitudinem non parum momẽti ad victoriam ferre. Si quis autẽ ostendere voluerit non hanc esse viuendi causam, earum rerum ve-

tur

tur exemplis,quæ præter rationem factæ fuerint,inquiens. Vt Athenarum exules cum quinquaginta primum viris duntaxat,& tribu assumpta etiam aduersus eos qui admodum plures in vrbe fuerant,quanquam Lacedæmoniis socijs vtebãtur,bello in vrbem rediere. Thebani autem Lacedæmoniis atq; omnibus prope Peloponnesijs in Bęotiam impetum facientibus,hi soli ad Leuctra commisso prælio, Lacedæmoniorum vires perfre-
H gere. Dion vero Syracusanus cũ militibus tribus millibus Syracusas nauigans,Dionysium longe maiore vi fretum debellauit. Itidem autem & Corinthijcum in Syracusanorum auxilium nouem triremibus issent, Carthaginenses qui cẽtum & quinquaginta nauibus in Syracusanorũ portus applicuissent, atq; vrbẽ omnem præter arcem haberent nihilo tamen minus expugnauere. Summatim vero hæc atq; ijs similia,quæ præter rationem
I sint gesta,ea in cõsultationes improbare consueuere quæ pro ratione fiunt. Exemplorum igitur natura est huiuscemodi. Iis vero vtroq; modo vtendum est'. Nã cum res quæ ratione fiunt dixerimus,ostendemus vt plurimũ hoc pacto negotia perfici. Cum autem quæ præter rationẽ fiunt loquimur,afferemus quæcunq; temeritate videntur facta, rectissimo fine conclusa. Cum aduersa autem hæc dixerint, oportet ostendere hæc perinde ac fortu- K
nato casu aliquo accidisse:eritq; dicendum eiusmodi res q̃ rarissime contigisse: quæ vero à te narrarentur,q̃ sæpissime. Exẽplis igitur ita vti cõuenit. Enim uero cum ea quæ nulla ratione sunt facta, in medium attuleri-
mus, opus est eorum quamplurima complectamur, dicamusq; nihil ea magis quàm hæc fieri consueuisse. Exemplis vero non ex ijs solum,verumetiam ex cõ-
trarijs est vtendem:sicuti si ostẽ- L
deris auare quosdam vsos socijs & propterea ipsorum solutam amicitiam,& asseras, Nos vero si æqualiter ac pro commodis erga ipsos rem gesserimus, societatem multum temporis conseruabimus. & iterum, si quos alios, quoniã imparati descendissent in bellum, deuictos superatosq; ostendas,ita dixeris, si instructi bellum aggredi voluerimus,meliores certe spes de victoria habuerimus. Multa vero assumes
exempla tum ex præteritis,tum M
etiam ex instantibus negotijs: plurimæ nanq; res partim similes partim dissimiles inuicem sunt. quam ob rem ob id causæ exemplis abundabimus,& quę ab alijs dicuntur, haud difficile refellemus. Exemplorum ergo genera,& quomodo ijs vti oporteat, & vnde multa capienda sunt, ex antedictis cognoscere possumus.

De

A De Coniecturis. Cap. 9.

CONiecturæ autem ſunt, ſi cunq; hiſce rebus de quibus omnis habetur dictio repugnarint, & quibus ipſa ſibi oratio aduerſatur. auditorum. n. plurimi iis cõtrarietatibus, quæ dicendo agendove contingunt, coniectant ſani ineſſe nihil neq; in dictis, neq; in factis quidem. Multas autem capies coniecturas, intuens ſiue ipſa, ſiue aduerſarij contradicit oratio, ſiue res
B ipſa eſt dictioni contraria. Coniecturæ igitur huiuſmodi ſunt, & ita vti vbertim poteris.

De Commentationibus. Cap. 10.

COmmẽtationes vero ſũt non eæ modo quæ oratio ni atq; negotio aduerſantur, ſed & aliis rebus omnibus. Aſſumes autẽ multas, eaſq; tractabis, quemadmodum in quærendi ſpecie dictum eſt. Conſide rabis etiam ſicubi ipſa ſibi diſſentit oratio, aut ſi geſta negotia iuſtis, aut legi, aut vtili, aut hone
C ſto, aut poſſibili, aut facili, aut probabili, aut mori dicentis, aut rerum cõſuetudini aduerſatur. huiuſmodi igitur commẽtationes ſunt contra aduerſarios aſſumẽdæ. His vero contrariæ pro nobis dicendæ ſunt: quippe qui oſtendamus & negotia & verba noſtra iniuſtis, & ex legibus, & inutilibus, & improborum hominum moribus, & ſummatim iis qui nequam cenſentur, maxime aduerſari. Oportet autem harum ſingulas breuiter & nomi- D
nibus quã pauciſſimis eloqui. Commentationibus igitur hoc modo copioſiſſime vti, optimeq; poterimus.

De Sententia. Cap. 11.

SEntentia vero (vt ſummatim dicam) eſt aduerſus res omnes opinionis propriæ declaratio. Sententiarum autem duo genera ſunt: alterum quidẽ credibile, alterum vero incredibile. Cum ergo credibile dixeris, nullæ ſunt reddendæ cauſæ. E
nam neq; quod dicitur ignoratur, neq; non creditur quidem. Cum vero incredibile dixeris, cauſæ paucis ſunt dicendæ, vt & dicacitatem & incredulitatẽ effugias. Sententiæ autem eæ ſemper afferendæ ſunt, quę ſint rebus præſentibus quàm cõſentaneæ: ne quod dicitur, incõcinnum, violentumve appareat. Sententiæ ex propria natura.
Eas autem multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex ſuperlatione, aut ex ſimilitudine. Sen- F
tentiæ autem ex propria natura huiuſmodi ſunt. Nemo mea ſententia rerum imperitus grauis imperator eſſe poteſt. Altera autem talis eſt. Prudentium virorum certe eſt ex rerum præteritarum exemplis operam dare, vt inconſulta effugiant errata. Ex propria igitur natura huiuſmodi ſententias faciemus. Ex ſuperlatione vero tales. Acerbiora mihi videntur fures quàm latrones admittere. nam hi clanculũ: hi vero palam pecunias eripiũt. Ex ſuperlatione.

Senten-

G Sententias igitur ex ſuperlatione hoc modo multas faciemus.

c ſimili tudine. Ex ſimilitudine autem ſunt huiuſmodi. Qui pecunias auferūt, idem faciunt mea ſententia, qđ hi ſolent qui vrbes prodūt, vtrique enim credūti iniuria credentes afficiunt. Alia vero huiuſmodi eſt. Videntur mihi aduerſarij tyrannos plane imitari. nam etiam illi, quarum ipſi rerum iniurias alijs faciūt, pœnas dare indignum putāt: quæ autem alijs

H crimini dant, vehementiſſime horum cauſa illos cruciant. & hi ſi quidē ipſi aliqđ mihi debēt, haud reddunt: ſi quid vero ijs ego debeo, & id & fœnora reſtitui ſibi decere arbitrantur. Sententijs igitur ita tractando affatim abundabimus.

De *Signo*. Cap. 12.

SIgnum vero eſt alterius aliud, non quoduis cuiuſuis, neq; omnis omne, ſed quod aut ante fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt fieri cōſueuerit. Eſt

I autem ſignum, & factum, non facti ſolum, ſed & non facti. idem vero & non factum nō ſolum non facti, verum & facti. Signa vero efficiunt alia quidem opinionem, alia vero ſcientiam. Id autem pulcherrimum eſt, qđ ſcientiam efficit: ſecundo autem loco quod opinionem maxime veriſimilem operatur. Signorū autem copia nobis vbertim erit (vt ſummatim dicam) ex eorum ſingulis quæ dicuntur, quæ geruntur, quæ videntur, pro vnoquoq; aſſumēdo tum ex magni K tudine tum ex paruitate eorum quæ nobis mala bonave continguntrem ex teſtimonijs, ex teſtificatis ex noſtris, ex aduerſarionum fautoribus, ex ipſis illis, ex prouocationibus, ex temporibus, ex alijs multis. Hinc igitur ſignorum multitudine abundabimus.

De *Argumento*. Cap. 13.

ARgumentum autem eſt (ſic enim Elenchon interpretamur) quod aliter habere non poteſt, atq; ipſi dici- L mus. Aſſumitur autem ex natura neceſſarij, vt nos dicimus, aut aduerſarius: & ex ijs quæ natura fieri aut poſſunt, aut non poſſunt, ſicuti aduerſarij dicunt. Natura igitur neceſſarium eſt, ſicuti viuos cibis indigere, & ijs ſimilia. Vt vero nos dicimus, neceſſarium eſt affectos verberib⁹ ea confiteri quæ cædentes iuſſerint. Natura autem fieri non poteſt pullum argenti tātum furto ſubripuiſſe, quantū ferre ne- M queat, & id ferentem abijſſe. Vt autem aduerſarius dicat, fieri non poterit, ſi quidem dixerit quibus temporibus Athenis debiti tabellas nos feciſſe: ipſi autem poſſumus auditoribus demonſtrare, vt ea tempeſtate ad aliam quandam vrbem aberamus. Argumenta igitur ex ijs atque ſimilibus faciemus. Prorſus vero & ex ipſa conditione, & ex negotijs, & ex alijs probationes omnes tranſegimus. Conſi-

deremus

A deremus etiam quid item inuicem eæ differunt.

De probabili, & differentijs ſuprad. electorum, Cap. 14.

PRobabile igitur ab exemplo hoc differt, ꝙ probabilis ipſi auditores notionē habent, exempla vero ex contrariis & exſimiliꝫ fieri poſſunt. coniectura autem ſolum ex dictionibus actionibuſq; contrarijs conſtant. Verum commentatio à coniectura hanc habet diſ-
B ſcrentiam, ꝙ coniectura quidē circa dictionem actionemq; contrarietas quædam eſt, commentatio vero & circa reliquas ſpecies contrarietates excipit: aut ꝙ & coniecturam non eſt in nobis aſſumere, niſi circa res & verba repugnantia quædam fuerit, commentatio vero è multis locis trahi dicendo poteſt. Sententiæ autem à commentationibus differunt, ꝙ eæ ſolum ex contra-rijs conſtant: ſententias vero &
C cum repugnātijs & ſimpliciter ipſas ſm ſeſe oſtēdere poſſum⁹. Signa autem à ſententijs, & ab omnibus antedictis hanc habēt differentiam, ꝙ reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud auditores: ſignorum autem quædam vt etiam perſpicue hi cognoſcant efficiunt. item ꝙ ex reliquis nequaquam contigerit, vt ipſi plurima ſuppeditare poſſimus: ligna vero plurima facile queunt fieri. Item & argumentum à ſigno hanc habet differen-
tiam, ꝙ ſignorum quidē aliqua D
opinionem duntaxat faciunt apud auditores, argumentum autem omnem veritatem iudici edocet. Verborum igitur rerūq; probationes eiuſmodi ſunt, & vnde his abundemus, quidq; inter ſe differunt, poſſumus ex antedictis cognoſcere: quæ autem opponuntur eis, ſingillatim percurramus. Opinio ergo dicentis eſt ſuam aduerſus negotia declarare ſentētiam. Opus autem eſt
earum ſe rerum de quibus ora- E
tionem habuerit, peritum eſſe oſtendat, demonſtrareq; ſibi cō ducere non mediociter vt veritatem de his loquatur: aduerſarium vero demonſtret nullam prorſus de quibus contra enuntiet, tenere peritiam, opinionēq; identidem oſtendat. Sin hoc fieri nequiuerit, dicendum erit ſolere etiam rerum peritos errare nonnunquam. Si hoc autem dici nequeat, dicetur pernicioſum
aduerſarijs eē de hiſce rebus ve- F
ritatem loqui. Itaq; hoc modo dicentis opinionibus vtemur, & noſtra aſſerendo, & aduerſarijs contradicendo.

De Teſtimonio, & Teſtibus. Cap. 15.

TEſtimonium vero eſt rei cognitæ voluntaria confeſſio. Neceſſe autem eſt aut veriſimile teſtificatum eſſe, aut non veriſimile, aut ad credendum ambiguum. Eodē quoque modo teſtem aut probabilem, aut improbabilem, aut ambiguum eſſe. Cum ergo teſtificatum

G catum veriſimile fuerit, & teſtis verax, teſtimonia epilogis mini me indigent, ni fortaſſe decoris gratia, vel ſententia, vel cõmentatione vti paucis volueris. Cũ teſtis autem ſuſpectus fuerit, demonſtrandum erit vt neq; gratia neq; cruciatu neq; lucro aliquo hic mendacĩ quicquam teſtificaretur. Docendum eſt etiã neq; conducere quidem mendo
H ſum teſtimonium. nam & vtilitates paruas eẽ, & argui difficillimum: præſertim cum deprehẽſum non ſolum argento, verum & gloriæ & perfidiæ pœna leges plectendum volunt. De teſtium igitur fide ita loquemur.

Qđo teſtibus cõtra. dicẽdum.

Ii autem qui teſtimonio contradicũt, oportet teſtis moribus detrahant, ſi improbus fuerit, aut teſtificatum quærendum eſſe dicant ſi minus probabilitatis habuerit, aut horum vtrioq; contra dicant, & in vnũ omnia aduerſariorum vitia flagitiaq; congerant. Conſiderandum eſt etiam an teſtis ei cui teſtimonium di-
I cit, amicus eſt, aut ſi ſecum negotĩ alicunde eſt particeps, aut ſi ei quem contra teſtificatur, inimicus eſt, aut pauper. hi etenim alĩ gratia, alĩ cruciatu, alĩ lucro mendacĩ ſuſpicioni obnoxĩ teſtificando exiſtunt, & falſorum teſtium legem de his legumlatorem tuliſſe inquiemus. Proinde abſurdum eſſe dicemus, quibus legumlator nõ crediderit, iudices qui ſm leges iudicare iurati ſunt, teſtibus ipſis credant. Hoc igitur modo teſtium fidem inſtr K mabimus. Poterimus autem & teſtimonium imprudẽtibus aduerſarĩs noſtris ſubducere, hoc pacto: Dic mihi ò Callicle teſtimonium. Per Deos immortales nullo modo ſum dicturus. nam me prohibente hæc geſta ab hoc ſunt. & ob id in ferenda ſententia falſus teſtis falſi teſtimonĩ pœnę non erit obnoxius. Cum igitur teſtimonium ſubducere nobis conduxerit, ſic eo vtemur. quòd ſi aduerſarĩ tale quid fecerint, demonſtrabimus eorum verſutiam, & ſcriptis teL ſtimonium dicere iubebimus. Quomodo igitur & teſtibus & teſtimonĩs vti conueniat, ex his ſciemus.

De Quæſtione. Cap. 16.

QVæſtio vero eſt *inuita* conſcĩ hominis confeſſio. Cum nobis igit vtile fuerit eam vehementem efficere, dicẽdum erit vt priuatim quidem homines de valde neceſſarĩs, ciuitates autem de maximis rebus ex quæſtionibus p M bationes capiũt, quodq; certior teſtibus eſt quæſtio. nã teſtibus mentiri conducit ſæpe: quibus autem quæſtiones admotæ ſint, veritatem loqui plurimum vtilitatis affert. ſic enim cruciatu celerrime liberantur. Cum vero quæſtiones improbare volueris primum quidem dicẽdum erit vt quæſtionibus cruciati, ĩs à quibus traditi ſunt, hoſtes fiunt, & propterea nonnihil in heros

mentiuntur

A mentiuntur deinde q̃ quærenti
bus plerunq̃ non vera confiten
tur, quo maturius doloribus ſeſe
eximant. Erit etiam demonſtrã-
dum nõnullos liberos homines,
quo celerius ſupplicium effuge-
rent, aduerſum ſemetipſos tor-
mentis affectos ementitos. Quã
obrem magis conſentaneum eẽ
ſeruos aduerſus dominos, quò
ſuum effugiant cruciatum, emẽ
tiri, quàm multos dolores & cor
poribus & animis tolerare, quo
B ceteri nihil mali patiantur, vbi
mentiri ipſi voluerint. Quæſtio
nes igitur ex his atq̃ horum ſi-
milibus probabiles & improba
biles conſtituemus.

De *Iureiurando*. Cap. 17.

IVſiurandum eſt cum diuina
veneratione dictio probatio
nis expers. Cum igitur auge-
re ipſum voluerimus, ita dicen-
dum erit. Nemo certe peierare
vellet, cum diuini ſupplicij me-
tu, tum decoris apud homines,
C eritq̃ ſubdendum, latere homi-
nes poſſe, Deos autem non poſ-
ſe. Cum aduerſarij vero ad iuſiu
randum confugerint, ſi extenua
re id voluerimus, demonſtran-
dum erit eorundem eſſe homi-
num vt male agant, & peierare
nõ curent. nam qui facinoroſus
Deos latere putat, hic neque pe-
ierãs ſupplicium ſe ire ſortitum
putat. Et iuſiurandum quidem
eodẽ modo, quo etiam reliqua
antedicta tractauimus, plane di
cendo nobis ſuppetere. Summa-
tim autem omnes probationes, D
quemadmodum propoſuimus,
iam percurrimus, dedimusque
non eam vim ſolum, quam ea-
rum quælibet haberet, verume-
tiam quid inter ſe differunt, &
quo pacto his vti conueniat, o-
ſtendimus. Nunc autem edoce-
bimus de reliquis partibus, quę
& trium ſpecierum ſunt, & in o-
mnem orationem plurimum de
coris & vtilitatis adferunt.

De *Præoccupatione*. Cap. 18.

PRæoccupatio igitur eſt, E
qua & auditorum exiſti-
mationes, & eorũ qui con
tradicturi ſunt verba præueniẽ-
tes obuias difficultates remoue
bimus. Auditorum autem exi- In delibe-
ſtimationes hoc ſunt modo præ rativo ge-
occupandæ. Admirantur autem nere.
aliqui fortaſſe veſtrum, quòd ip
ſe iuuenis ita de rebus magnis
verba facere aggreſſus fuerim.
& rurſum. Nemo ſeſe mihi diffi
cilem obuiam offerat, quòd de
his ſim vobis rebus conſultatu- F
rus, de quibus alĩ quidam auda
cter apud vos eloqui cunctan-
tur. Quæ igitur moleſte audi-
tores laturi ſunt, ſic præoccupan
do, cauſas eras oportet, quibus
recte facere conſultando videa-
re: vtpote qui demonſtres orato
rum inopiam, periculorum ma-
gnitudinem, aut publicam vtili
tatem, aut aliam huiuſmodi cau
ſam, qua auditorum indignatio
nem ſoluturus ſis. Quòd ſi nihi-
lominus auditores turbentur,

G breuiter dicendum eſt, vel tanquam in ſententiæ velut in commentationis figura, quarum omnium abſurdiſſimum venire quidem tanquam ea hiſce de rebus cõſulturos quę optima ſint. nunc autem quãdoquidem volunt eos audire qui ſententiam dicunt, arbitrari pulchre conſulere poſſe. & rurſum honeſtum eſt, aut ipſos aſſurgentes ſententiam dicere, aut dicentes audire quæcunque ex ſuffragijs facere ipſi cenſuerint. Deliberatiuo igi H tur in genere ſic eſt & præoccupationibus vtendum, & tumultibus occurrendum. In iudicia li autem præoccupationibus vtemur, quemadmodum etiam in prædictis. Occurremus autẽ tumultibus, ſi quidem in oratio num principijs fiant, hoc modo. Nonne igitur abſurdum eſt legumlatorem quidẽ iuſſiſſe duas orationes; aduerſariorum, cuiq; reddẽdas, vos autem iudices ex lege iudicare iureiurãdo adſtrin I gi, deinde ne vnam quidem oration em audire velle, & eam quidem orationem quæ tantum cõfilij vim habet, vt in ea audienda rectiſſime ſitis ſententiam laturi: vos autem in his adeo negligentes eſſe, vt cum neque ipſa dictionum initia pertuleritis, iam omnia accuratiſſime didiciſſe exiſtimetis? & alio modo, qui nõ abſurdus eſt. Legũlatorem quidem in pari ſententia rũ numero imperare reo victoriam dari: vos autem vſq; adeo contra de ijs ſentire, vt neque in K ſimulationi reos reſpondentes audiatis. & illum quidem ob maius reorum periculum hanc ipſis prærogatiuam atque priuilegium in ferendis ſententijs impartiri: vos autem contra ijs qui vllo ſine periculo accuſatum veniunt, neque contentioſos neq; pertinaces eſſe: eos vero qui cũ metu periculoſis criminibus reſpondent, clamoribus corripere atque perterrere? Si quidem igi tur in orationum initijs turbæ L fiant, hoc pacto erit ijs occurrendum. Quòd ſi quid in dictionis progreſſu dicentem turbauerit, ſi quidem pauci quidẽ id agant erunt hi corripiendi, dicendum ijs ipſorum profecto eſſe iuſtitiæ vt ſeſe nunc ad audiendum præſtent, ne alijs recte iudicandi impedimento ſint: cum vero audierint, vt tunc quicquid libuerit faciant. Sin multitudo omnis tumultuetur, non ipſos iudices, ſed ipſum te corripias oportet. nam ſi illis moleſtus fueris, iram in te M contrahes. ſi te vero accuſaris, ac dixeris deliquiſſe, vt veniam cõſequare facile præſtabis. Opus eſt etiam iudices deprecemur, vt nos dicentes benigne audiãt, & quarum rerum clam ſententiam ſunt laturi, iam perſpicuã mentem ponant. Vt autem breuiter complectamur, turbis ſummatim occurremus, vel ſententijs, vel commentationibus, oſtẽdemusq; perturbantes aut iuſto aut legitimo, aut publico vtili,

In iudicia li..

aut

A aut honesto repugnare. ex hisce nanque maxima fit vt auditores à tumultibus acquiescant.

Quo præoccupãda quæ ab aduersarijs dici pñt.

Quomodo igitur præoccupatio nibus apud auditores vtendum sit, & quo pacto turbis occurrẽdum, ex antedictis cognoscem⁹. Quæ autem ab aduersarijs verisimiliter dici poterunt, rursum quomodo præuenienda sunt demonstrabo. Fortetq; suam deflebit inopiam, cuius non ego quidem, sed huius mos erit causa.

B Et rursus, Audio ipsum & hoc illudq; dicturum. In superiore ergo oratione, quæ aduersarij dicturi videantur, sic præoccupando & soluere & infirmare oportet. etenim tametsi firmissima sunt quorum insimulamur, non itidem magna ijs qui iam antea audierint, videtur. Quòd si secundæ in dicendo partes nobis datæ fuerint, & aduersarij quæ dicturi sumus præoccupa-

C rint, ea rursum contra anticipãdo, ita à nobis soluenda sunt. Hic autem nedum multa de me mentitus apud vos fuerit, sed certò sciens sese à me redarguti iri, meam orationem occupando calumniæ dedit, ne ea quam oranti sibi præstiteratis, in me audiendo attentione sitis, vel ne ipse orationem habeam apud vos ob eam quã hic de me prius calumniam habuerit. sed plane puto oportere vos meam dictionem ex me ipso potius quàm ex aduersario meo cognoscere, & si hæc ab eo sunt prius dicendo insimulata, quas non mediocres D dixerim esse cõiecturas, cum nihil nunc sani dictitare. Vtitur autem & Euripides in Philocteæ pulcherrime hac specie hoc modo. Dicemus ipsi, licet & hic nostram putet iam perdidisse dictionem, suggerens iniuriam fecisse. verum ex me meas res discet, sese pandet hic de se loquens. Quemadmodum igitur præoccupationibus & erga iudices, & erga aduersarios sit vtendum, ex his sciemus.

De *Postulatis*. Cap. 19. E

POstulata vero in orationibus sunt, quæ ab auditoribus oratores postulant. horum autem alia sunt iusta, alia vero iniusta. Iustum quidem postulatum est, per quod ijs quę loquimur, attentionem præstari, ac benigne audiri petimus. Iniustum vero quo secundum leges nos iuuari, ac nihil præter leges in nos decerni, & casibus ignoscẽdum postulamus. Si qui F dem postulatum præter leges fuerit, iniustum, si vero secundũ leges fuerit, iustum dicitur. Postulata igitur sunt huiusce modi: ipsorum autem differentias diuisimus, quò & iustum & iniustum postulatum dignoscentes, non inepte ijs vti possimus, & ne nos aduersarij lateant, cum in iustum quicquam à iudicibus flagitant. Et de ijs quidem & ex antedictis scire poterimus.

G De Iteratione. Cap. 20.

ITeratio autem est breuis admonitio. Ea vero vtendū est tum circa partium tum circa totius orationis exitum. Iterabimus autem summatim, vel ratiocinando, vel interrogando, vel enumerando, vel eligendo. Ipsorum autem vnumquodq; quale sit demonstrabo. Ratiocinari igitur est huiusmodi. Ambigo autem ipse quidem quid hi fecerint, nisi vos planè antea reliquissent: arguebatur autem H aduersus hanc vrbem nostram cum exercitu processisse: nihil vero eorum vnquam quæ spopondissent, factitarunt. Itaq; ratiocinari est huiusmodi. Enumerare autem tale est. Demonstraui autem ipses qui priores societatem soluere, qui primum nos sunt adorti, quo tempore aduersus Lacedæmonios bellum gerebamus, quiq; maxime studere vrbem nostram in prædam verI tere. enumerare igitur est huiusmodi. Ex electione autem admonere est huiusmodi. Recordari oportet cōtigisse nobis, vt posteaquam societatem cum ijs iniuimus, nihil vnquam mali ab hostibus passi sumus. Nam cum sæpenumero nobis auxilio veniissent, Lacedæmonios, qui nostrum agrum deuastarent, propulsarunt: multas etiam pecunias etiam hoc tempore ad nos deferunt. ex electione igitur hoc modo admonebimus. Ex interrogatione vero hoc modo. Libēter autem ex istis quærerē, quid vobis pro cōmentis haud soluunt. neque enim indigentes se dicere audeant, quippe qui tantum pecuniarū ex hoc solo quotannis accepisse demonstrētur. Neque dixerint quidem multū æris circa rempub. consumpsisse. prorsus enim minores impensas, quàm reliqui omnes insulani pertulere. ex interrogationibus igitur hoc pacto tractabimus. Ex ironia vero, quam tum E simulandi tum dissimulandi cauillationem vocamus, est cum aliud dicimus, & aliud dicere simulamus. Eius autem forma sit huiusmodi, vt in antedictis breuiter commorando persistam. Nequo quam vero dicere oportet, mea sententia, vt hi qui multa se bona factitasse prædicant, malis plurimis ciuitatem affecerint: nos vero qui ab ijs ingratitudinis carpimur, & ijs auxilio sæpe fuerimus, & iniuriam nemini intulerimus. Cum igitur F aliquid simulamus omittere, eo quod breuiter dicimus, hoc pacto admonemus. Res vero contrarijs nominibus appellare ita fit. Hi quidem probi viri multorum malorum socij extitere, nos autem ignaui plurimorum fuimus bonorum authores. Ex ijs igitur breuiter admonentes iterationibus vtemur, & circa singularum partium & circa totius orationis exitum.

De

A

De Facetiis, prolixitate orationis, breuitate eiq; ac earum medio. Cap. 21.

VNde autem facete dicendum, & pro arbitrio orationis prolixitate vtendum ſit, rurſus exponemus. Hic igitur facete dicendi locus eſt, ſi quidem commentationes totas mediasve dixerimus: ita vt qđ reliquum eſt, medium auditores ipſi comprehendant, quo locis & ſententijs vti conuenit.

B Opus eſt autem in totam orationem facetias haſce diſpartiam⁹, verbaq; commutemus, neq; eaſdem ſemper, in eandemq; ſentẽtiam frequentes afferamus: & hoc pacto noſtra comis apparebit oratio. Qui vero dicendi prolixitate vti voluerit, opus ẽ rem diuiđat, & quæ qualibet in parte inſint, quamq; naturã ſapiant edoceat, eorumq; vſum omnem tum proprium tum communẽ, & ipſas cauſas enarret. Quòd ſi longiorem quoq; voluerimus o-

C rationem efficere, pluribus nominibus circa ſingula vtendum eſt: eritq; ſingulis in orationis partibus iterandum, & iterationem ipſam paucis abſoluendũ: in fine vero orationis hæc omnia, de quibus ſigillatim dixeras, cõgeſtim ponas, ac de rebus omnibus dicas conuenit. Hoc igitur modo prolixiores reddi orationes poterunt. Qui autem dicendi voluerit breuitate vti, oportet totum negotiũ vno vocabulo complectatur, & hoc ma D
ximè quod in ipſa re breuiſſimum inſit. Opus eſt etiam paucis vti copulis, plurima vero cõiungere: nominibus ita vti, vt vna dictio duabus ſeruiat reb⁹: eritq; frequens illa iteratio ẽ partibus amouenda, & in orationũ duntaxat finibus iterandum. Et hoc quidẽ modo breues poterimus orationes efficere. Quod ſi mediocritate vti in dicendo volueris, partium maximas deligens, de hiſce verba facias oportet. Eſt etiam medijs vten- E
dum nominibus, quæ ſcilicet neque longiſſima, neque breuiſſima, neque multa de aliqua vna re ſint, ſed mediocria poni⁹. Oportet & epilogos ex interme dijs partibus neque omnino auferri, neque vbiq; rurſum inferri. ſed quæ maxime auditoribus nota eſſe volueris, in ijs maxime ad finem iterationibus vti conuenit. Ex hiſce igitur quandocunque libuerit prolixitate vti in dicendo quibimus. Quòd ſi F
facetam volueris orationem ſcribere, permaxime tibi obſeruandum eſt vt verborum mores hominibus ſimiles queas reddere. Id autem efficies, ſi qui magni, qui curioſi, qui mediocres ſunt mores, conſideraris. De ijs igitur poteris hac via cognoſcere. De nominum vero compoſitione iam declarabimus, eſt enim etiam hoc apprime neceſſarium.

G *De Nominum compoſitione. Ca.* 22.

PRimum igitur figuræ nominum ſunt tres, ſimplex, compoſita, & translata. Eodem etiam modo poſitiones ſunt tres. vna quidem quę in vocalem connexionibus terminat, & à vocali incipit. ſecunda vero quæ à muta incipiens, in mutã deſinit. tertia autem quæ mutas vocalibus iungit. Item ordines ſunt quatuor. quorum vnus ſimilia nomina aut inuicem collocat, aut diſpergit: alius vero
H eiſdem rationibus vtitur, aut inuicem mutat: tertius vero qui vno multisve nominibus rem appellat: quartus autem ordo eſt, quo geſta negotia nominamus aut prætermimus. Quo autē pacto pulcherrimæ orationis filum texendum ſit, nunc edocebimus.

De filo Orationis texendo. Ca. 23.

I PRimum quidem interpretationē ipſam in duas partes diſtribuere, deinde conuenit dilucide dicere. In duas vero partes interpretationem diſtribuimus hiſce modis. vno ꝙ ipſe poteſt & hoc & aliud, ſecundo quòd hic quidem haud poteſt, alius autem poteſt. tertio ꝙ hic & hoc & aliud poteſt. quarto quòd neque ipſe neque alius poteſt. quinto quòd ipſe quidē poteſt, alter vero non poteſt. ſexto quòd ipſe quidem alterum poteſt, alius vero non poteſt alterum. horum autem vnūquod- K
ꝙ ex hiſce perſpicies. Quòd etenim ipſe poteſt & hoc & aliud, huiuſmodi eſt. Ego autem non harum duntaxat rerum author vobis extiti, verū & Timotheo, qui aduerſus vos eſſet expeditionem ducturus, impedimento fui. Quòd vero hic non poteſt, alter autem poteſt, tale eſt. Ipſe quidem non potis eſt qui pro vobis legatione fungatur: hic vero qui Spartiatarum ciuitati amicus eſt, facillime apud eos quæ vul- L
tis queat efficere. Quòd hic autē poteſt & hoc & aliud, eſt huiuſmodi. Non autem in bellis ſolum hic ſe robuſtiſſimum & fortiſſimum præſtitit, ſed & conſiliꝭ ciuium cedit nemini. Qđ autem neque ipſe neque alius poteſt. tale eſt. Neque ipſe parua munitus manu hoſtes queat, neq; alius quiſpiam ciuium expugnare. Quod vero ille poteſt, ipſe autem nequit, eſt huiuſmodi. Nempe hic corporis valet viribus: ego vero ſum corpore im- M
becillus. Quod autē ipſe aliud poteſt, ille vero nō poteſt aliud, huiuſmodi eſt equidem. Ipſe qui clauo & gubernaculis præſim valeo, hic autem neque qui remo vtaſ potis eſt. Figuras igit interpretandi in duas partes facies, hoc modo: omnibus in rebus idem modus ſeruandus eſt. Quibus autem rebus dilucida tua reddatur oratio, id rurſum eſt conſiderandum.

De

A De Oratione dilucida. Cap. 24.

PRimum igitur quodcunque dixeris propriis suisq; nominib⁹ appella: & quic quid ambiguum fuerit, euitato. Caueas etiam oportet ne vocales deinceps ponas. Aduertendū est præterea vt quos articulos vocant, oportune & apte loces. Item consideres opus est ne confusa sit, neque perturbata nominum compositio. talis enim oratio & obscura est, & cognitu difB ficilis. Coniunctionibus vero quascunque ante dixeris, consequentes reddito copulas. coniūctiones autem coniunctionibus reddere ita fit: ego quidem ad quid temporis dixerā, affui. tu autem quando te venturum dixeras, non veniſti. Item cum eadem coniunctio consequens sit, tu etenim & illorum author extitisti, & horum author ipse tu. De coniunctionibus igitur dictum est, ex quibus licet & reliqua quæq; coniectari. Ipsa vero nominum structura neq; confuC sa neq; perturbata fieri debet. & confusa quidem est huiusmodi, sicuti cū dixeris: Graue est nūc verberibus afficere. nam obscurum esset qui esset cædens. ꝙ si ita dixeris, graue est hunc verberibus ab hoc affici, perspicuam reddes orationem. structura igit nominum confundere tale est. Vt autem aduertas quo pacto articuli ipsi temperatiue apteq; addantur, ex his tibi liquidum fiet, οὗτος ὁ ἄνθρωπος τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἠδίκει. hic ipse D homo hunc ipsum hominem iniuria afficit. nunc enim interiecti articuli dilucidam faciunt dictionem, exempti vero obscurā apud Græcos efficient. Contingit autem & aliquando contrarium. Quæ igitur in articulis seruari conuenit, huiusmodi sunt. Vocales autem iuxta inuicē ponendæ nō sunt, nisi aut aliter obscura reddatur oratio, aut replicatio quędam, aliave segregatio fiat. Ambigua vero fugere ita ꝙ E bimus. quædam nomina diuersis seruiunt reb⁹: sicut ludus quē ludimus, & ludus schola. oportet autem in hmōi nominibus semper id complectamur, quod propriū est significatū, & dilucide quidem in nominibus, si hęc fecerimus, loquemur: ex superioribus vero præceptis in duas partes interpretationes distribuem⁹.

De Contentionibus. Cap. 25.

DE contentionibus autē, & comparibus, & similiter cadentibus iam dicere aggrediamur. nā & his quoq; F nobis opus erit. Est igitur contētio quæ contrarium nomen simul & vim oppositis rebus habet, aut horum alterū. Quę igitur contrariū nomen simul & vim habet, hmōi eē poterit. Nō enim iuris est hunc meis rebus vsurpādo locupletari, me vero meis priuatū rebus pauperie ita premi. Contentio vero nominib⁹ solis erit hmōi. det enim locus

G ples ac felix pauperi & egeno. Vi autem contentio hæc fit: Ego quidem hunc aduerſa valetudine laborantem curaui, hic autē mihi maximorum author malorum extitit, nam hoc loco nō in nominibus, ſed in ipſis rebus contrarietas eſt. Quæ ergo & vi & nomine contentio fuerit, ea erit longe pulcherrima, reliquæ vero contentiones duæ ſunt.

De Compari. Cap. 26.

H COmpar autem eſt, quando duæ pares enunciantur clauſulæ. Pares autem eſſe poterunt multæ etiam paruæ clauſulæ paucis magnis, & pares magnitudine paribus numero. Figuram vero habet compar huiuſmodi, aut propter pecuniarum inopiam, aut propter belli magnitudinem. hæ nanq; clauſulæ neque ſimiles neque contrariæ, ſed tamen inuicem pares ſunt.

De ſimiliter cadente. Cap. 27.

I SImiliter vero cadens eſt qđ compari quidem maius ē. non enim pares ſolum clauſulas, verum & ſimile & ſimilibus efficit verbis. eſt autem huiuſmodi, quantum te docet orationis imitatio, tantum adſit delectationis machinatio. Maxime vero ſimiles fieri oportet extus dictionum. ſis nanque vel in primis efficitur ſimiliter cadēs. Similes autem dictiones ſunt ex ſimilibus ſyllabis, in quibus plurimæ literæ eædē ſunt: ſicuti mi K litibus nullis valet, & viribus multis caret. quæq; vero extra artem poſita ſunt, ea vltro idipſum demonſtrabunt. Sed de his hactenus ſatis. etenim iuſtum & honeſtum & vtile reliquaq; & ipſa quæ ſunt tenemus, & vnde his affluamus, ex antedictis plane cognoſcimus. Eodem autem modo quæ ſint amplificationes extenuatiōesq;, & ex quibus hg locis deſumantur intelligimus, identidem vero & præoccupationes, & poſtulata ab auditoribus, & iterationes & facetias, & L orationum prolixitates, & ipſi⁹ interpretationis ſtructuram omnem ſcimus, quas ob res communem omnium ſpecierū vim atq; differentiam, ipſarumq; vſum omnem ſi ex antedictis tenuerim⁹, aſſuefecerim⁹ facile noſmetipſos qui his omnibus pro artis præceptis exercitati abundemus, & adiumēti ex ipſis plurimum tum dicendo tum ſcribēdo conſequamur. Igitur præcepta cauſarum hoc pacto accuratiſ M ſime per partes deſtribueris. Vt autem pro vnaquaq; ſpecie ad humani corporis effigiem verba locari conueniat, & quæ ſint circa orationis partes obſeruanda, & quomodo hiſce partibus ſit vtendum, rurſum oſtendam. De exordijs igitur dicēdum eſt prius, ea vero ſeptem ſpeciebus communia ſunt, & omnibus in negotijs congrue dici poterunt.

De

A *De exordijs in deliberatiuo cauſarum genere. Cap. 28.*

EXordium eſt (vt compẽdio dixerim) oratio quędam q̃ rebus ijs de quibus reliqua futura eſt dictio, ſummatim expoſitis, auditorum animos ad attentionẽ idonee, & quo ad fieri dicendo põt, ad beneuolentiam nobis comparat. hæc. n. per exordium præſtari conuenit. Qũo autem eo vtamur, primũ quidẽ de liberatiuo in genere, & inſuadẽdi ſpecie oſtendã. Cũ rem igitur auditoribus proponere, ac liquidam facere voluerimus, fieri poterit hoc modo. Surrexi, vt quo pacto pro Syracuſanis bellandũ ſit conſulam. vel hoc modo. Surrexi, vt quid ſentiam dicam, qui non deceat nos Syracuſanis auxilium ferre. Hoc igitur modo ſummatim rem exponem⁹. Qui uero ad attentionẽ exhortemur, ſcire ex hiſce poterimus, ſi nos ipſi animaduerterimus quibus & verbis & rebus ad audiendã ſententiam attenti ſumus. Nempe his ſumus attenti, cũ de magnis vel terribilibus vel ad nos pertinentibus rebus cõſulitamus, aut cum orantes ipſi demonſtraturos ſe dixerint iuſta illa eſſe & honeſta & vtilia & facilia & vera, ad quæ nos gerenda exhortẽtur, aut cũ nos rogauerint ſe attẽte audiamus. Quemadmodũ igitur ipſi alijs ſolemus, ita & nos, ſi quæ ex præmiſſis commodiſſima in præſentem rem fuerint delegerimus, eaq; auditoribus perſpicua reddiderimus, eos nobis attentos faciemus. Ad attentionem igit̃ ex his auditores exhortamur. Beneuolentiam vero cõparabim⁹, ſi cõſiderauerim⁹ primum quo ſ nos animo ipſi ſint, beneuolone an infeſto, aut neq; bono neq; malo. Si beneuoli ergo fuerint, de beneuolentia dicere ſuperuacaneum cedat. Verum ſi omnino id facere voluerimus oportet paucis cũ diſſimulatio, ne quadam id fieri, hoc modo. Quanta ſit mea in hanc vrbem beneuolentia, vt quæ ſæpenume ro ſuaſu meo quæ factu eſſent vtilia geſſeritis, & qua me præterea ad cõia cõmoda præbeo iuſtitia, quippe qui publicarũ magis q̃ priuatarum mihi rerũ habendam rationem cenſuerim, ne quaquam à me dici opus exiſtimo. hoc. n. vobis perſpicuum eſt & cognitum. verum q⁹ & nunc, ſi fidem adhibere mihi volueritis, conſuleris in rem pulcherrime, hac de re vt vos edoceam dabo operã. Hoc igitur modo eos qui bono ſunt in nos animo, in conſultationibus beneuolentiæ admonebimus. ſi vero auditores neq; nobis infeſti ſũt, neq; beneuoli, dicendũ eſt & iuſtũ eſſe, & conducibile, eos his ciuib⁹ beneuolos fieri, qui nullum ſui dederunt experimentum. deinde oportet laude auditores demulcere, q⁹ iuſte & grauiter quę dicũtur iudicare conſueuerint. itẽ & extenuationes afferendæ: ſicuti ſi dicatur. Surrexi non tam vla di-

Docilitas. B

Attentio. C

Beneuolẽtia. D E F

G la dicendi vi elegantiaue confi-
ſus. q̄ exiſtimās ea á me narrari,
quæ ad cōmunem vtilitatem cō
modumq; accedant. Cū igitur
auditores neq; a nobis alieni, ne
que beneuoli nobis ſunt, ex hu-
iuſmodi rebus beneuolentia ca-
ptabitur. ſin aūt calumnię obno
xij apud auditores fuerint, neceſ
ſe eſt aut ipſos in ſeſe, aut res de
quibus dicunt, aut ipſam demū
orationem calumnias continer.
Hæ aūt calumniæ aut ex præſen
H ti aut ex præterito tempore tra
huntur. Ex præterito quidē tē-
pore, ſi qua improbitatis ſuſpi-
cio de aliquo habeatur, primum
in auditores p̄occupatione vten
dum eſt, atq; dicēdum ita. Neq;
ipſe quidē ignarꝰ ſum me apud
vos calumnia affectum eſſe, ſed
omnem ego de me inſimulatio-
nem falſam eſſe demonſtrabo.
Poſtea ſummatim enumerādo
in exordijs dicēdum erit, ſi quid
in rē tuā orōne cōplecti queas,
& aut vituperanda iudicia. ne-
I ceſſe. n. eſt ſiue publice ſiue pri-
uatim calumnia de quopiam fa
cta ſit, vel eſſe vel fore iudicium,
vel nolle accuſatores iudiciū ſu-
mere: eritq; dicendum vt iudica
tū iniuſte fuerit, quodq; inimice
nobis homines nocuerint: aut ſi
minus hoc veriſimile viſum fue
rit, dicendum erit ſatis id eſſe de
bere, quod minus tunc ex ſenten
tia nobis ceſſerit: iniuſtum autē
eſſe, cū res iudicatæ iam fuerint,
rurſum eas calumniari. Si ve-
ro celebre ſit iudicium futurum,
te paratum plane dicito, qui ad K
inſinuationes in hoc ipſo pulcher
rimo conſeſſu reſpondeas, & ſi
quid aduerſus Rempub. per in-
iuriam patrauiſſe demonſtreris,
te morte multatum iri. Sin autē
accuſatores minus in cauſa perſi
ſtant eadem oportet vti conie-
ctura, quoniam falſam de no-
bis calumniam detuliſſent. de-
ſiſtunt cauſa. non enim conſenta
neum videbitur nolle eos iudi-
cium capere, qui veram accuſa-
tionem detulerint. Vſquevero
in calumnias acerrime eſt inue- L
hendum, dicendūq; quam trux
& cōmunis & multorum malo-
rum cauſa. Oſtendatur quo-
que oportet permultos iam in-
iuſte per calumniam periiſſe.
Item monendum, ſtultum eſſe,
eos qui de republica conſultant,
non quæ ab omnibus dicun tur
audire: & quod vtile ſit animo
volutare, ſed aliquorum inſinua
tionibus commoueri. Com-
moneſacias aūt atq; pollicearis
oportet, ea te de quibus conſulē
ſis pollicitus, & iuſta, & vtilia, & M
honeſta demonſtraturum. Eos
igitur, quorum ex præterito tē-
pore calumnia delata ſit, conue-
nit hoc pacto inſimulationes in
conſultationibus ſoluere. Ex pre
ſenti vero tēpore oratoribus ca-
lumniā ſolet afferre primū qui-
dem ętas ipſa. nam ſiue omnino
iuuenis ſiue ſenior concionatur,
auditores moleſte ferunt. Huic
enim nondum incipere, illi vero
iam quieſcere decorum eſſe pu-

tant

A tant. Deinde ſi crebro orationē habere conſueuerit. hic.n. importunus videtur eſſe. Et ſi nunquā antea orationem habuerit. nam & hic alicuius priuati commodi gratia præter conſuetudinem videtur concionari. Ex præſenti igitur tempore huiuſmodi poterunt in illum inſimulationes fieri, qui apud cōcionem orauerit: ſed cauſa de ijs afferatur neceſſe eſt. A iuniore quidem ex conſultantiū inopia, & ex eo quod ſuū eſſe potiſſimum videtur: quem-
B admodū ſi dixero de ludicro lāpadarchiæ, vel de gymnaſio, vel de armis, aut de equis, aut de re bellica. horum .n. non minima pars adhæret iuueni. Dicendum eſt aūt, cp tametſi nondum iuuenis per ętatem prudens eſſe pōt, verum natura & diligentia quadam certe poteſt. Oſtendendum eſt ēt qui aliquid imprudenter geſſerit, aduersū caſum ſibi priuatim dari: aſſecuto vero cōmunem eſſe vtilitatem cū reliquis.
C Iuuenis igitur ex ijs atq; ſimilibus, argumentabitur. Senior autem argumentabit & ab inopia cōſultantium, & à facultate ſua, præterea & à magnitudine & nouitate periculorum, & ab alijs huiuſmodi rebus. Crebro autem dictionem habere conſuetus, ab experientia argumentabitur, & ab eo quòd turpe ſit non eum ſententiam nunc dicere, qui antea conſueuerit. Non autem conſuetus argumentabtiur. tum à periculorum magnitudine, tum ab eo quòd ne- D
ceſſe omnino ſit eum qui ciuitatis eſt particeps, de ijs quæ in præſentia aguntur, ſententiam dicere. Eas igitur inſimulationes quæ in cōcionibus circa hominem fiunt, hoc pacto refellere ſtudebimus. Fiunt autem circa rem. cum quis nihil neque ijs à quibus nulla ſimus iniuria lacesſiti, neque ijs qui fortiores potentioresq; ſunt, pernoſcendum eſſe conſultat, aut pacem tur- E
pem fieri perſuadet, aut circa Deorum immortalium ſacrificia quàm minimos effici ſumptus monet, aut huiuſmodi quicquam narrat. Oportet autem in huiuſmodi rebus præoccupatione prius ad auditores vti, quarum cauſam aut ſ neceſſitatem, aut in fortunā, aut in tēpora, aut in aliquod commodum referamus, dicamusq; non conſultantibus quidem eſſe, ſed rebus potius huiuſmodi cauſam adſcribendum. Hoc igitur modo eas F
quæ circa rem ſunt inſimulationes à conſultantibus remouebimus. Oratio vero ipſa in concionibus ſolet inſimulari, cum aut prolixe, aut nimis priſce, aut minus probabiliter dicatur. Et ſi quidem longa fuerit, in rerum multitudinem cauſa eſt referenda: ſin priſca ſit, doceatur oportet nunc ipſam tempeſtiuam eſſe. Sin autē minus probabilis ſit, pollicearis oportet eā teverā ī dicendi progreſſu demōſtraturū. Conſultationes igitur ex ijs reb⁹

principio

G principio conſtituemus. Quo vero vtamur ordine, animaduerti conuenit. Si quidem nulla prorſus inſimulatio ſit neq; nobis, neque orationi, neq; ipſi rei, à propoſitione continuo eſt inchoandum. Attente aũt quę dicunt, humaneq; audire ad poſtremũ exhortabimur. Sin vero aliqua ſumus ab illis qui añ dixerunt, inſimulatione præuenti, poſt anticipatã auditorum opinionẽ eorũ quorũ inſimulati fuerimus,
H & reſponſiones & cauſas breuiter in medium differentes, ita ꝓponemus, & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidem in conſultationib⁹ hoc modo ſunt conſtituenda.

De Narratione in eodem genere.
Cap. 19.

POſtea vero neceſſe eſt aut res geſtas à nobis renũciari referriue, aut res preſentes diuidẽdo exponi, aut quæ fu
I turæ ſunt, iam prædici. Cum igitur de legatione ſit nobis renuntiandum, oſa quæ dicta fuerint, dilucide narrãr oportet, quò primum quidem grauitatẽ orõ preſe ferat. hæc.n. renũciatio ſolum erit, nullaq; alia orationis figura incidet. Deinde ſi quidẽ nobis ex ſententia minus res contigerit, nõ vlla id negligẽtia noſtra, ſed alia quadam cauſa accidiſſe auditores exiſtiment. Sin vero ex ſententia contigerit, non caſu aliquo ſed noſtra diligẽtia & induſtria id factum opinẽtur. Hęc K
autem eo facilius credunt, ſi qm geſtioni negotiorum nequaquã interfuerint, noſtram in orationem negligentiam, promptitudinemq; perſpexerint, vtpote q nihil omittam⁹, ſed vnũquodq; ꝙ accuratiſsime referimus. Cum igr̃ legationem renunciemus ñs cauſis, ſingula quæq; quo pacto geſta fuerint, renũciari oportet, Cum vero ipſi concionantes aliquid pręteritũ narramus, ſiue ẽt præſentia exponamus, ſiue præ- L
dicam⁹ futura, neceſſe eſt vt vnũ quodq; horum & breuiter & dilucide & non ſine probabilitate faciamus. dilucide quidẽ, vt quę dicuntur, cõprehendi queãt: breuiter aũt, quò quæ dicta fuerint, memoriæ auditores teneãt. Probabiliter vero, ne ipſi auditores priuſquã probationibus atq; iuris partibus noſtram orationem confirmauerimus, noſtras iã narrationes falſas eſſe reprobent. Dilucide igitr̃ exponemus aut à nominibus, aut à negotijs. A negoM
tijs quidem, ſi non ea perturbate exponamus, ſed rerũ ac tẽporũ ordinem ſeruemus, reliqua vero deinceps collocemus: & ſi neq; eo de quo dicere cœperimus, relicto negotio, in rem aliam tranſeamus. A negotijs igitr̃ hoc modo dilucide narramus. A nominibus vero, ſi quã maxime idoneis rerum nominibus negotia appellemus, & ſi non ambiguis vtamur, neq; perturbate ipſa collocemus, ſed vſq; cohærentia de-

inceps

A inceps ordinemus. Dilucide igit exponemus, ſi hæc diligenter ob ſeruauerimus. Breuiter vero nar rare poterimus, ſi tum ex negotijs, tũ ex nominibus ea remoue rimus, quę non ſint dictu neceſſaria, & ea ſolum cõplectemur, ſi ne quibus obſcura reddetur ora tio. Et breuiter quidem hoc mo do exponemus. Probabiliter au tem à nobis narrabitur, ſi ad ea negotia quæ minus veriſimilia videntur, cauſas attulerimus, q- B bus illa non abſurde geſta videã tur. ſiqua vero omnino incredi bilia contigerint, ea relinquam⁹ neceſſe eſt. Sin autem neceſſaria ſunt quę dicantur, ea te ſcire oſtẽ das oportet, ſed ad confutationis partem, quia cum illa implicata ſint, dicẽda reſeruare, orationis q̃ progreſſu id te verum demõſtra turum polliceri. ea vſus argutia, q̃ quę prius abs te dicta fuerint, ea prius vera iuſtaq̃ demõſtrãs, q̃ aliud huiuſmodi quicquã ve C lis. Et hoc quidẽ modo his q̃ mi nus veriſimilia ſũt medebimur. Vt autem ſummatim vna oſa cõ plectamur, & renũciando, & ex ponendo, & prædicendo, ex his omnibus quæ ante diximus di lucidas, breues, & ꝓbabiles nar rationes faciemus.

De ordine Narrationum. Cap. 30.

FAs autem tripliciter ordi nabimus. Nam ſi quidem ea, de quibus dicimus, pau ca ſint auditorib⁹ cognita, exor dio narrationẽ coniungemus, ne pars hæc ſeparatim poſita bre uis admodum fiat. Cũ vero ne- D gotia & permulta & incognita ſint, ad vnumquodq̃ coniũctas narrationes faciemus, easq̃ iu ſtas & vtiles & honeſtas oſten demus: quò non modo in narrãdis reb⁹ occupati ſimplicẽ & nõ varietate quadã inſignẽ orõnẽ faciamus, verum & auditorum animos capiamus. ſin autem ne gotia mediocria, & minime no ta ſint, opus eſt vel renunciatio nem vel expoſitionem vel præ dictionem in exordio vno & eo E dẽ quaſi corpe collocemus. Hoc aũt faciemus, ſi à rerum initio ad extremũ vſq̃ narrãdo proſequa mur, & nihil aliud complecta mur, ſed ipſa negotia expedite declaremus. Quemadmodũ igi tur in exordio narrationes ordi nãdę ſunt, ita ſcire poterimus.

De Confirmatione. Cap. 31.

DEinceps autem cõfirma tio ſequatur neceſſe eſt, ꝙ quam prænarrata negotia ex probationibus & iuſtis & vtilibus, ſicuti nos demonſtratu F ros pollitici ſumus, confirmabi mus. Cũ igitur coniunctas nar rationes facere oportet, probatio nes in conſultationibus q̃ cõmo diſſime dicuntur à rerum cõſue tudine, ab exemplo, à cõmemo ratione, & ab ea, quæ de oratore ſit apud omnes opinione. Vten dum eſt etiam & ſi qua ex alĩs probationũ partibus inciderit. eæ vero ſic ſunt collocandæ. Pri mum quidem dicentis opinio. ſin id minus poterimus, rerũ cõ-

ſuetudines

G consuetudines ordinabimus demonſtrabimusq; & hæc quæ dicimus, vel & his ſimilia hoc modo fieri cõſueſſe. deindevero exẽpla adferemus: & ſi qua eſt cum his quæ à nobis dicunt, ſimilitudinẽ adducem⁹. ea aũt exempla capiamus oportet. q̃ tum rei cõgruant, tũ ipſis auditoribus vel loco, vel tempore ſint proxima. ſi aũt ſecus ſint, debem⁹ ex alijs, q̃ maxima & notiſſima ſint accipere. poſt hæc vero ſentẽtijs vtẽ-
H dum eſt. Oportet aũt eas partes, quibus probabilia & exẽpla tractata fuerint, in fine cõmentationibus & ſentẽtijs terminemus.
Et probatiões quidẽ hoc mõ ad negotiorũ confirmationẽ adducemus. Si vero narratis rebus cõtinuo ſit fides adhibita, pbationes ipſas relinquemus, & à iuſti & legitimi & vtilis & honeſti & iucũdi & facilis & poſſibilis & neceſſarij partibus antedicta negotia cõfirmabimus. Et ſi quidem iuſtũ ineſt, id primum col-
I locabimus & per hoc, perq; huic ſimile. & per contrariũ, & per iudicatum iuſtũ enarrabimus. & ſimilia his iuſtis de quib⁹ loqueris, exẽpla ſũt afferẽda. habebis aũt permulta exẽpla tũ ex his q̃ priuatim apud ſingulos iuſta exiſtimant, tũ ẽt ex his q̃ in ipſa vrbe ubi orationem habes, tum demũ ex his q̃ in alijs vrbibus iuſta duci ſolent. Cũ vero hæc oía hoc mõ percurrentes narraueri-
mus, in ipſiusq; iuſti fine ſententias cõmẽtationesq; moderatas & ſibi inuicem diſſimiles attule K
rimus, ſi quidẽ ea pars longa ſit, eiusq; meminiſſe voluerimus, paucis iterabimus: ſin autem mediocris ſit, cõmemoreturq;, tunc vbi eã finierimus, aliam quoq; partẽ adiungemus. eſt autẽ id hmõi. Quòd iuſtũ quidem ẽ auxiliũ nos ferre Syracuſanis. ſatis ex ijs q̃ dicta ſunt demõſtratũ exiſtimo: q̃ aũt ẽt id nobis cõducturũ ſit, enitar edocere. Et cũ rurſus eodẽ mõ vt de iuſto factaras, vtile percurreris, & eius extremã partẽ vel breuiter iteran- L
do, vel finiendo abſolueris, itidẽ aliam partẽ, quęcunq; tibi in manu fuerit, adiũge. Hoc igitur mõ aliam alĳ partem addere, & orationẽ cõtexere opus eſt. Cũ hæc vero omnia profecutus fueris, quibus ea quæ perſuades, cõfirmare queas, oportet in his de omnibus ſummatim cum commentationibus & ſententijs coloribusq; demonſtres non ea effi cere & iniuſtũ & perniciosũ & turpe & triſte admodũ fore, con tra vero ſummatim addendum M
eſt, & iuſtum & vtile & honeſtũ voluptuoſumq; futurum, ſi hæc ad q̃ eos exhortaris, effecerint.
Vbi vero iam ſatis abundẽq; ſententiarum grauitate vſus fueris, quæ perſuades, concluſione terminabis, & hoc quidem modo quæ propoſita fuerint, confirmabimus. Poſt hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemur.

De

A **De præoccupatione. Cap. 32.**

EST aũt præoccupatio, eorũ locorũ, qui contra tuam dictionẽ haberi possent, præoccupans reprehensio. Oportet aũt quæ ab aduersarijs dñr extenuare, tua vero amplificare, veluti superius in amplificandi tractatu audieras. Opus est ẽt conferas vnum vni, cũ tuum. s. maius sit: & plura pluribus, & vnum multis, & multa vni, sic ꝑm oẽm speciem varietate debemus vti, nostra quidẽ augendo, aduersa-
B riorum aũt infirmando atq; deprimendo. Et hoc quidem mõ præoccupationib⁹ vtemur. hæc aũt vbi fuerimus prosecuti, iterationibus exitũ terminabim⁹, colorestq; antedictos rõcinationis, vel enumerationis, aut electionis, aut interrogationis, aut ironiæ assumemus.

De Suadendi. Dissuadendiq; forma. Cap. 33.

C QVòd si ad ferẽdum aliquibus auxiliũ suaserimus, siue priuatis hominibus siue vrbibus, paucis dicere conueniet, & si qua his in auditores siue amicitia, siue gratia, siue misericordia præcesserit, ꝑ me diũ referre congruum erit. maxime enim omnes his auxilio eẽ volũt, qui tali aũo in eos fuerint, diligunt enim eos, à quibus vel ab ipsis vel ipsorum amicis aliquid beneficij siue ipsi, siue alij qui eis curæ sunt, vel opportune suscepisse, vel susciperẽ, vel susceptum ire crediderint. his aũt habẽt gratias, qui siue ipsi siue ipsorum amici, aut in eos aut in eorum necessarios boni quippiam opportune, vel contulisse, vel oẽ ferre, collaturiue putetur. Si horũ igitur aliquid unum incidat, id breuiter doceamus, & ad misericordiam rediganus oportet. Id aũt affatim facere poterimus, si cognouerim⁹ solere omnes in eos misericordia moueri, quos familiari erga se animo esse opinẽtur, aut indignos calamitate suspicant. Hæc aũt in ꝑs esse ostẽdes, quos misericordia dignos velis demonstrare: est ꝑs demonstrãdũ eos in ꝙs passos, vel pati, vel passuros vbi minus his auxilio auditores fuerint. sin vẽro hęc in illis non sunt, demonstrabis eos ofum bonorum inopes esse, quorum cæteri omnes aut plurimi sint participes, quiq; nihil vnq̃ boni vel nacti fuerint, vel nanciscantur, nacturiue sint, nisi auditores hoc tempore ad misericor-
D diam moueantur. Ex his igitur auditores ad misericordiam inducemus. Dissuadere aũt ex contrarijs locis poterimus, eodemq; modo exordiemur, & narrabimus, & probationibus vtemur, auditoribusq; ostendemus, q̃ facere aggrediuntur, esse & præter leges. & iniusta, & perniciosa, & turpia, & tristia, & impossibilia, & difficilia, ac minime necessaria. In dissuadẽdo vero idẽ dispõnis modus seruabitur, q̃ ẽt in suadendo, quã ob rem qui vl-
E F

Dissua do quo pacẽt debeam⁹

tro

G tro diſſuadent, diſponere ita po
teruint. Qui vero aliorum ſuaſio
nibus cõtradicere voluerint, pri
mũ quidẽ ea in exordio propo-
nere debent, quibus ſint contra-
dicturi: in reliquis vero ſingilla-
tim eſt exordiendum: poſt ſingu
la vero prædictorũ exordia eſt
ſm vnumquodq; propoſitũ ma
xime demonſtrandum minime
oſtum ea eſſe ad quę aduerſarius
exhortetur, neq; iuſta neq; quæ
hs ſequuntur. hoc aũt facies vt
oñdas, vel iniuſta eẽ quę ille nar
H rat, vel inutilia, vel his ſimilia,
aut iuſtis contraria, aut vtilibus,
aut his quæ talia eſſe iudicãtur.
eodẽ quoq; mõ & cætera quę in
ciderint, tractare debebis. Opti-
mus igitur diſſuadendi modus
hic eſt. Quòd ſi minus hoc face-
re cõmode poteris, ex eo quod
reliqueris genere diſſuadere orã
do poteris: vtſi quidem aduerſa-
rius iuſtum eſſe oſtẽderit, tu vel
turpe eſſe, vel inutile, vel diffici-
le vel ſposſibile, vel aliud quid-
I uis hmõi enitere demonſtrare:
ſin vtile aduerſarius eſſe oſtende
rit, iniuſtũ ipſe, & ſi quid aliud
opportunum ad id habueris, de
monſtrabis. tua pręterea augen-
do, & aduerſarñ deprimendo fa-
cies, quẽadmodum in ſuaſioni-
bus dictũ eſt. Decet eodẽ quoq;
modo ſententia cõmẽtationesq;
afferre, pręoccupationesq; refel-
lere, ac breuiter ad exitum itera-
re. Prætereà quoq; in ſuaſionib⁹
oſtendendũ eſt, aut eos quibus
auxilium ferendum ſuademus,
horũ amicos eſſe, quos ad id ſa- K
ciũdũ exhortamur, aut hoc gra-
tias his deberi qui deprecantur:
quibus vero auxilium ferre diſ-
ſuaſerimus, eos uel ira, vel inui-
dia, vel odio dignos oſtẽdemus.
In odium quidẽ adducemus, ſi
ab illis aut ipſos auditores, audi
torũue amicos, aut alios qui his
curæ ſint, mali quippiam iniq;
paſſos demõſtrabimus. In iram
aũt rapiemus, ſi vel auditores ip
ſos, vel ipſorũ amicos, vel alios
qui his ſunt curæ, indigne negle
ctos iniuriaue affectos oñdem⁹. L
In inuidiã vero contrahemus, ſi
ſummatim indigne fortunatos
extitiſſe, aut eſſe aut fore, vel ſi
nullius vnq̃ boni fuiſſe inopes,
aut eſſe aut futuros, vel ſi nunq̃
malorum quippiam paſſos, aut
pati, aut paſſuros demonſtrabi-
mus. In inuidiã igr̃ & odiũ atq;
iram hoc modo cõcitabimus: be
neuolentiã vero & gratiã & mi
ſericordiã ex his poterimus com
parare, q̃ in ſuaſionib⁹ dicta sũt.
Eas aũt ex antedictis oſtbus con M
texere ordinareq; poterim⁹. Spe
cies igr̃ ſuadẽdi & qualis ipſa ſit,
& ex qbus cõſtet, & qũo ea vtẽ-
dũ ſit, ex ñs liquido cognoſcim⁹.

De orationis partibus in demonſtratiuo genere. Cap. 34.

RVrſum aũt laudãdi, vitu-
perandiq; ſpeciem dein-
ceps conſideremus. Cum
in hoc gñe exordiri voluerimus,
propoſitiones primum ordina-
mus, inſimulationesq; diſſolui-
mus, itidem atq; in ſuadẽdo. Ad

atten-

A attentionem vero exhortamur, tum ex his quæ in conſultationibus dicta ſunt, tũ ex eò q̃ mirabilia illuſtriaq̃ dicam⁹, vt æquitatẽ noſtrã, eorũq̃ quos vel laudamus vel vituperamus, facinora demõſtremus. in hmõi.n. cauſis vt plurimũ non diſceptationis, ſed oſtentationis potius cauſa orationẽ habere cõſueuimus.

Laudandi materia. Primũ aũt exordia eodẽ mõ cõſtituemus, qui in deliberatiuo à nobis gñe demõſtratus eſt. Poſt exordiũ vero partiri debem⁹ &

B ea q̃ extra virtutem ſunt, & ea q̃ in ipſa virtute bona conſiderãtur, hoc modo: externa quidẽ bona in bonam valetudinẽm & robur, & formæ dignitatẽ, & diuitias: virtutẽ vero in ſapientiã, iuſtitiã, & fortitudinem, illuſtresq̃ diſciplinas diſtribuimus. Horũ aũt quæ ſ virtute poſita locataq̃ ſunt, iure laudanẽ, extraria autẽ ſubducuntur. Robuſtos nanq̃ & pulchros, & nobiles atq̃ locupletes nequaquã laudare, ſed dicere

C beatos conuenit. His aũt diligenter conſideratis, poſt exordia de gñe primũ dictionem ordinabimus. Hoc.n. primũ hoĩbus ac reliquis aĩalibus clarum ineſt, vel obſcurũ. Proinde recte quidem aut hominem, aut aliud tale animal ex gñe commemorabimus. Cũ vero aut affectũ, aut rem, aut orationẽ, poſſeſſionemue laudare voluerimus, continuo ex ñs q̃ honeſta adſunt, non abſurde laudabimus. A genere autem laudare ita conuenit. Siquidem progenitores inſignes fuerint, debem⁹ D oẽs ab initio ad eum vſq̃ quem laudatũ volumus, reſumere, & ſ ſingulis progenitoribus clarum aliquid ſummatim apponere. Quòd ſi p̃mi induſtriũ ſ̃ignesq̃ fuerint reliquos vero nihil oratione dignũ geſſiſſe contigerit, primos quidẽ illos eodẽ modo proſequemur, ignauos aũt atq̃ degeneres omittemus, ea vſi cavillatione, q̃ propter maiorum multitudinẽ nolimus auditoribus orationis lõgitudine graues E effici: præſertim cũ nemini ſit obſcurũ, qui ex bonis clarisq̃ parẽtibus nati ſunt, eos conſentanee fieri ſuis maioribus non diſſimiles. Sin aũt veteres progenitores obſcuri fuerint, qui vero proxime extiterunt, illuſtres: ab ñs eſt laus generis capiẽda, dicendũq̃, ut de illis quidẽ longam repetẽ quandã orationẽ ſuperuacaneũ admodum fuerit. Sed ſi eò laudes referanẽ qui proximi ñs qui F laudãtur extitiſſent, planè & hi quoq̃ boni probiq̃ viri oñdenẽ, quòdq̃ perſpicuũ ſit horum maiores induſtrios quoſdam inſ̃ignesq̃ extitiſſe. Haud nanq̃ veriſimile videri, hmõi hoſes honeſtos & bonos eſſe, qui ex im⁹ bis progenitoribus nati eſſent. Vbi vero nullus maiorũ ſit ſplendor, dices ipſum in ſe generoſũ eſſe, colligesq̃ eos oẽs ſ̃genue natos eſſe qui ingenitam ſibi virtutem hñt, & eos alĩs quoq̃ omnibus longe antecellere, qui ſuos ⁹ genitores laudant: per multos.n.

G qui ex claris maioribus nati essent, degeneres extitisse. addesq; q̄ de huius nunc & non de progenitorū præconijs agatur. Eodem autē modo in vituperationibus origo generis ī improbos maiores referenda est. Et ita laudando ac vituperādo quæ ad genus pertinent, ordinabimus. Et si quid illī de quo loquimur, præclarum fortuna concesserit, hoc duntaxat tuebimur, vt ea q̄ ætati conueniunt enarremus, & id
H quidē haud prolixe: pueri nāq; tam suo ingenio q̄ eorū qui ipsis præfuerint, diligentia, honesti, pudiciq; sunt. Quare breuis de hijs est habenda oratio. Cū hunc aūt modū percurreris, habita ad posterū cōmentatione atq; finīa, delues hanc partē in adolescētis ætatē terminare. Et propositione deinde facta, aut eius qui laudat, res gestas, aut mores, aut studia amplicabis, quemadmodum ab initio in demonstratiuo genere prius dixim⁹. Exponesq; ab
I huius quē ipse laudas, cū esset hac ætate, aut per hunc, aut per studium, aut ex hoc aut huius gratia, tū hoc tū illud præclarū facinus gestū fuisse. Oportet & cæterorū quoq; iuuenū præclara facinora colligendo conferre, & huius longe ijs maiora esse ostendere illorū quidē q̄ minima sunt, huius aūt quē tu laudas, q̄ maxima sunt enarrando. Conuenit aūt & q̄ apud alios res illustres parū pro dignitate collatæ fuerint, eas abs te dicendo itidē magnas demonstrari. Et semper res K
ita comparando augendæ & ornandæ sunt: vt, Vbi, & quis iuuenis ita Philosophus vnq̄ fuit, qui vel senior magnum adeo incrementum habuerit? Et qui adeo robuste gymnasiorum labores perfert, vehementer is Philosophiæ studiū & industriā adamabit. Et hoc quidē modo similitudine & collatione vsi amplificabimus. Cum vero quæ circa ætatem adolescentis cōsiderant, L
absoluerimus, in fine huius partis sentētias cōmentationesq; locabimus, aut quæ dicta sunt breuiter iterantes, aut ad postremā partem finiētes. Rursus vbi proposuerimus quę gesta sint ab ipso viro quē laudamus, de iustitia primū dicere aggrediemur, quā eodē mō vt in superioribꝰ, exornātes ad prudētiā, si fuerit, descēdemus. Et hāc eodē quoq; modo absoluentes, fortitudinem si fuerit, proponemus. Quam eadem amplificationis ratione itē
M percurrentes, cum ipsius finem partis attigerimus, & omnia genera prosecuti sumus, summatim quæ ante dicta fuerint iterātes, exitum vel sententia, vel cōmentatione toti orationi apponemus. Cōgruet autem laudibꝰ, nominibus etiam multis circa vnumquodq; vti, & splendidū facere dictionem, atq; magnificam. Eodem quoq; modo cum de nequā hominibus oratio nobis erit, vituperationes constituemus. Oportet autem nullis

Quomodo vituperationes constituendæ.

in

A in eum vtamur cauillis quē carpimus, ſed ipſius duntaxat vitā enarremus. Sermones enim longē magis quàm iocoſæ obiurgationes atq; cauilla & auditoribus perſuadent, & ægritudine quos vituperamus afficiunt. Nā huiuſmodi quidē ſales ad ideā, vel ad ſubſtantiam referuntur. Sermones vero ſunt ingeniorū, morumq; veluti imagines. Cauendum eſt etiam ne res turpes nominibus appelles turpibus. Id enim adfert grauitati calum-
B niam. Sed quæ huiuſmodi ſunt, tanquam per ænigma ſignificabimus, & aliarum rerum nominibus rem ipſam manifeſtabimus. Debemus autem in vituperationibus ironia vti, & in ijs aduerſarium deridere, quibus ille maxime exultat: & priuatī quidem paucisq; præſentibus eum dehoneſtare. In vulgus autē & multitudinem cōmunes maxime vituperationes maledicere.
C Vituperationes vero eodem modo poterimus, quo etiam & præconia & augere & extenuare. Itaq; harum ſpecierum ex ijs q̄ ſuperius dicta ſunt, vſu omnem intelligemus.

Accuſationis Quæſtionisq; præcepta: quæ ad Iudiciale genus ſpectant.

Cap. 35.

RElíquum eſt vt accuſandi quærendiq; præcepta peragamus, quæ rurſus quemadmodum in iudiciali genere dictum eſt cōponemus, ordinabimus, percurremus. Primum igitur in exordijs rem, de qua fit accuſatio vel defenſio, ponemus, vt etiam in alijs præmiſſis ſpeciebus. Ad attentionē autem ab ijſdem locis exhortabimur, quos in ſuadendo diſſuadendoq; docuimus. Item etiam de beneuolentia idē quoq; modus ſeruandus erit, qui in deliberatiuo genere præmiſſus eſt. Nā iis cui auditores beneuoli ſunt ex præterito aut præſenti tempore, & is, ne calumnia affectus ſit, ad eos irritādos vel in ſe, vel in rem ipſam, vel in orationem, beneuolentiam captabit eodem modo, vt illic docuimus. Is vero, in quem neque beneuoli auditores, neque infenſi fuerint beneuolentiam captare poterit ex præterito præſentiue tempore, vel per ſe ipſum, vel per rem, vel per orationem. Ille autem, qui apud auditores calumniæ obnoxius factus fuerit, partim
F mixtim partim priuatim beneuolentiam captabit. Hic igitur modus erit, per quem beneuolentia comparabitur. Enimuero hi aduerſus quos neque bono neque malo animo auditores fuerint, paucis ſunt laudandi, & aduerſarij vituperandi. Oportet autem eos ab ijs laudare quæ videntur maxime auditorum intereſſe: (dico autem ciuitatis ſtudioſum, amicorum obſeruatorem, gratum, miſericordem, & ſimilia) ad-

D Exordium

A tentio

Benenolē-tia.

E

G uersarios autem ab ꝭs vituperare, quibus auditores ad iram irritantur. Hæc autem sunt ciuitatis inimicus, amicorũ hostis, ingratus, immitis, & huiusmodi. Opus est ẽt laude iudices delenire, q̃ iusti iudices grauesq; sunt. Aduersariorũ pręterea defectus, sicubi tibi minores extiterint siue ad dicẽdum, siue ad agendũ, seu ad aliud quicquam quod in disceptatione versetur, erunt oratione complectendi, & iustũ pręterea, & legitimũ, & vtile, & q̃
H deinceps sequuntur, inducẽda. Cũ iudices igit̃ neq; bono neq; malo animo in nos fuerint, ex ꝭs beneuolentiam captabimus. Si quis vero ſ calumnia ſit, idq; ex præterito tempore, & circa orationem scire ex antedictis poteri mus, quo pacto insimulationes soluere oporteat. Quòd si ex præ senti tẽpore calumnia fuerit, necesse est circa ipm hoſem eã fieri: aut si ineptus præsenti contro
I uersiæ, aut si criminibus subcontrarius, aut si pro confesso accusationi obnoxius videatur. Ineptꝰ quidẽ fuerit, si aut iunior aut senior pro alio disceptet. Subcontrarius vero esset, si quis robustꝰ imbecillum verberationis accuset, aut si quis contumelioſus cõtumeliæ temperantẽ insimulet, aut ſiquis admodũ paup hoſem ditissimũ pecuniatũ agens in iudicium deuocet. itaq; hmõi homines sub contrarĩ criminibus sunt. Pro confesso aũt erit, ſi quis fortis robustusq; existens, ab infirmo & imbecillo verberatio- K
nis accusetur, aut si quis fur existimatus, furti reus in iudiciũ arcessatur. Vt aũt oſa vno cõplecta mur verbo hi quorum moribus similis est hominũ opinio, videbũtur criminibus esse obnoxĩ. Circa ipsum igr̃ hominem ex instanti tpe calumniæ hmõi fieri poterunt. Circa rem aũt ex contingẽt, ſi quid aduersus domesticos amicos, aut aduersꝰ hoſpites, aut in suos, vel de prauis vel de turpibus rebꝰ negotia ad
L ferat. hæc.n. infamiam disceptantibus afferunt. Quemadmodum igitur eas insimulationes sumus dissoluturi, deinceps ostendam. Duo esse cõmunia in omnibus elementa existimo: alterum quidem, vt quibus rebus correpturos iudices aduersarios putes, his eos præueniens corripias. alterũ vero est, ſi res in aduersarios quidẽ maxime: ſin id minus, in alios quoſdam transferas, ea vſus cauillatione, q̃ non ex sẽtẽtia tua,
M sed ab aduersarĩs coactus in certamen descenderis. In vnãquãq; vero calumniam hæc argumentari conuenit. Iunior quidẽ cauſabitur aut seniorum aut amicorum, qui pro se disceptent, ſolitudinem, aut criminum magnitudinem, aut temporis prescriptionem, aut rerum multitudinem, aut aliud quid hmõi. Si vero habueris pro alio dictionem, dicendũ erit te amicitiæ gratia, aduocatum fieri, aut aduersarĩ motũ inimicitiꝭ, aut quia negotiꝭ in-

terfueris

A teneris, aut ob vtilitatē publi-
cam, aut quia is cui patronus ve
nis, & ab omnibus est desertus,
& iniuria premitur. Quòd si cri-
mini proconfesso obnoxius, vel
subcontrarius accusationi effici
videatur, cum præoccupatione
vtendum est, tum etiam dicen-
dum vt neq; iustum, neq; legiti-
mum, neq; vtile sit ex opinione
ac suspicione ferre prius senten-
tiam, q̄ res fuerit audita. Quę igi
tur circa ipsum hominem sunt,
hoc pacto insimulationes dilue-
B mus. Eas vero quæ circa rē sūt,
ita repellemus. Causam in aduer
sarium reiciemus, vel si maledi-
ctum ei crimini demus, vel si in-
iuriam aut cupiditatem, aut per
tinaciam, aut iram prętendam⁹,
q̄ nullo alio modo ius consequi
possibile sit. Priuatas igitur calu
mnias apud iudices ita diluem⁹,
cōmunes vero omnibus specie-
bus soluere poterimus, quemad
modum in superioribus dictum
est. Exordia vero in genere iudi-
ciali eodem modo collocabim⁹,
C sicuti ēt in deliberatiuo. Eadem
Narratio- etiam ratione narrationes exor-
nes. dio coniungemus, quas vel par-
ticulatim p̄babiles esse, iustasq;
ostendemus: aut ipsas separatim
tanquam in vnum corpus ordi-
Confirma nabimus. Deinde vero erit con-
tio. firmatio, quam, si quidem rebus
ipsi aduersarij cōtradixerint, ex
probationibus: sin autem consē
serint, ex iustis & vtilibus & his
similibus confirmare debemus.
Collocanda sunt ex probationi-
bus primum quidē testimonia, D
& si quæ nobis ex quæstionib⁹
confessiones fuerint. Demumve
ro si nullo modo verisimilia ea
fuerint. sententijs & commenta-
tionibus: sin autem non omnino
verisimilia, probabili, demum
exēplis, & coniecturis, & signis,
& argumentis, demum vero cō
mentationibus & sententijs cō-
firmare debemus. q̄si verisimi-
lia fuerint, probationes quidem
omittemus, iustis aūt quemad-
modū in antedictis vtemur. Et
hoc quidem modo confirmabi- E
mus. Post confirmationem aūt Præoccu
vbi ea quæ in aduersarios sunt patio
collocauerimus, præoccupabim⁹
eas res quas verisimile fuerit ad
uersarios dicturos. & si quidem
aduersarij rē negarint, probatio-
nes illas à nobis dictas amplifi-
cabimus quas vero illi dicturi
sunt, reprehendemus, & extenua
bimus. Si vero fateantur & legi- Quopacto
tima & iusta esse q̄ſm scriptas utendum
leges à nobis inductas ostēderi- legibus.
mus, enitendū est vt his simul le
ges, quas & iustas & honestas F
& conducibiles vniuersæ Reip.
plures iudicarint, tales ēt eas esse
ostēdamus, quas aūt aduersarij
induxerunt, eas cōtra habere de
monstremus. Quod si minus cō
mode hæc dici quiuerint, iudi-
ces cōmonefaciendi sunt, eos nō
de lege, sed de re iudicaī, quodq;
iurati sint ſm leges latas senten-
tiā latū ire, & doceas haud hoc
tempore decere leges, sed in con-
stituti s diebus eas ferre. sed si

G tigetit rem his legibus agitari q̃ iniquæ eſſe videantur, dicendũ erit non legem rem huiuſmodi, verum iniquitatem eſſe : cũ lex quidem ad vtilitatẽ feratur, hęc autem afferat ciuitati pernicię. Dicendum etiam erit haud contra leges facturos, ſi huic legi contrariam ſententiam tulerint, ſed leges potius laturos, ne ſit improbis iniquiſq; decretis vtẽdũ. Oportet aũt ad id collectionem afferre, q̃ nulla lex prohibet Rei pub. beneſacere: ſed improbas leges authoritate priuare, aliud nihil eſſe, q̃ ciuitatem beneficio donare. Quaſcunq; igitur ex his legibus, quæ nullam ambiguitatẽ continent, habuerimus ex talib⁹ præuenientes abunde contradicere poterimus. De ambiguis vero legibus iudices ita ſenſerint vt tibi expedit, oportet hæc demonſtrare. q̃ ſi iudex dicat quẽadmodum aduerſarij condoceſa ciendus eſt, legumlatorẽ nõ hoc ſenſiſſe quod ab illo dr̃, quodq; conducit ipſis iudicibus legem ita dicere. Verũ ſi nullo mõ poſſis in contrariã ſententiam commutare, oſtende aliud nihil poſſe contrariam legẽ dicere, atq; ipſe dicas. Ex quo quidem pacto oporteat vti legibus, ex his quæ diximus abũdabis. Summatim vero ſi peccaſſe omnino fateantur, & ex iuſti tñ & legitimi partibus defenſionẽ parent, ex his ea ſunt confutatione præuenienda, quæ dicturi illi videãtur. ſin aũt peccaſſe fatebuntur, & ſibi tñ ignoſci poſtularſe, ſic talia oportet confutare. Primum quidẽ dicendum erit deterioris eſſe moris, quodq; tũc illi crimen imprudentiam reñciunt, cũ ſe deprehenſos intuentur. proinde ſi huic ignoſcitis, aljos itẽ oẽs ſupplicijs atq; cruciatibus liberabitis. Dicẽt & illud, ſi eos qui peccaſſe confitentur, abſoluetis, quo pacto inficiantes condemnabitis? Dicendum ẽt erit, etſi imprudenter errauit, non tñ decet me ob huius imprudentiam detrimento affici. Præterea diceſ, cũ neq; legumlator imprudẽter delinquentibus ignoſcit, eo neq; à iudicibus qui ſm leges iudicãt, ignoſci iure poteſt. Ex his igitur atq; ſimilib⁹ eos qui ſibi ſm poſtulant confutare poterimus : ſicuti ẽt ab initio expoſuimus. Vt cõpẽdio aũt vtar quęcunq; ſint aduerſarij dicturi & ad probationẽ, & ad iuris ſui partes afferendas, & ad veniam poſtulandam, ex antedictis præoccupabimus. Poſt hanc aũt cauſam tota eſt oratio per enumerationẽ sũmatim repetenda, & breuiter (ſi fieri poteſt) iudicũ animi in aduerſarios quidẽ vel ad odium, vel ad iram, vel ad inuidiã: ſi nos aũt ad beneuolentiã, vel gratiã, vel miſericordiam commouendi. Quibus aũt rebus hoc fiat, in deliberatiuo genere, in ſuaſionibus & diſſuaſionibus diximus, ac rurſum in defenſionis ſpecie ad finem percurremus. Orationis igitur principiũ in iudiciali

genere,

A genere, ſiquidem accuſemus, ita componemus & ordinabimus. Si vero defendamus, exordium quemadmodum & in accuſando cõſtituemus. Eas aũt res quarum accuſamur, quibuſq; accuſator ſcientiam auditoribus fecerit, relinquemus. quib⁹ vero opinionẽ reliquerit, haſce vbi poſt exordium propoſuerim⁹, diſſoluemus: teſteſq; & quæſtiones & iuramenta refellemus, quemadmodum antea audiſti. Et ſi quidem res credibiles fuerint, poterimus ipſarum reſponſionem in eius quod relictum ſit, locũ trãſferre. Quod ſi teſtes per quæſtiones fidem fecerint, aut in oratione, aut in negotium, aut ſi quodcunq; aliud fuerit in aduerſarijs maxime veriſimile, ipſorum eſt reſponſio transferenda. Si vero aut cõtra vtilitatem publicam, aut contra conſuetudinem accuſator te feciſſe criminetur, debes defendere id maxime eſſe vtile. quod ab eo crimini datur: vel ſi id minus potueris, dices vt neque abs te, neque ab his qui tibi ſint ſimiles, aut cp non hoc modo huiuſmodi res geri conſueuerit. Probabile igitur ita ſolues. Exemplum vero debes primũ, ſi potes, demõſtrare id haud quaquam eſſe criminationi ſimile, vel aliud tibi ex contrarijs præter veriſimilitudinem exemplum ferendum eſſe. Coniecturam autem potes confutare ſi dicas quibus cauſis contraria ſignificare contigerit. Sententias vero atq; cõmentationes aut improbabiles aut ambiguas oñdas oportet. Signa autem nõ eius ſolũ, cuius ipſe ſis accuſatus, ſed rerum plurimarũ ſigna eſſe oſtẽde, & ea quidẽ quę ab aduerſarijs dicta fuerint, in contrariũ aut ambiguũ cõuertentes, poterimus hoc modo improbare. Si vero quorũ nos accuſator criminat, ea feciſſe fateamur, idq; exiuſti & legitimi partibus defendere pergamus magis legitimas res noſtras, iuſtioresq; demonſtrare elaborabimus. Quòd ſi min⁹ cõmode fieri potuerit, ad imprudẽtiam cauſumq; defugiemus, iacturaſq; paruas eẽ oñdem⁹. & ignoſcendũ nobis eſſe argumentabimur, demonſtrantes q̃ oĩum qui dẽ hominũ per imprudentiã delinquere cõmune ſit: ſed afficere iniuria improborũ eſſe propriũ. Dices ẽt & æquum & bonũ eſſe & iuſtũ & conducibile his ignoſcere qui per imprudentiam deliquerint. neminem enim oĩum ſcire, ſi quid aliquando ſibi huiuſmodi euenturũ ſit. Oſtendendum eſt ẽt ſi quid aduerſarius ipſe aberrauerit, & veniam tamen conſecutus ſit. Poſt hæc ex præoccupationes ſequuntur quæ ab aduerſarijs dictæ ſunt. harũ igit alias ſatis ſuperq; à reb⁹ ipſis ſoluere poterimus. Sed ſi calumnietur ſcriptas nos orõnes recitare, aut quo eas recitemus meditari, aut mercede cõductos patronos fieri, ad hæc talia cõtraueniam⁹ oportet, diſſimulãdoq; dicamus

G minime omnium lege prohiberi aut ſe ſcripta, aut illum nō ſcripta loqui. lege nanq; talia patrare non permitti, loqui vero vt quiſq; velit, facile ſini. Dicendū quoq; erit vſq; adeo aduerſariū delicta vel ipſius eius ſinistra q; magna eſſe, vt exiſtimet me nunq; digne in ſe accuſando ſatisfacere poſſe, niſi quæ dicturus eſſem. & antea ſcriberem, ac multum temporis meditatus ſim. Ad ſcriptarum igitur orationū calumnias ſic occurrere poterimus. Si vero H dixerint nos diſcere meditariq; dicendi facultatem. cōfitebimur id quidē, dicemusq;, nos quidē quos ais diſcere, neq; calūniatores, neq; cōtentioſi certe ſumus. tu vero qui oratoriā tenes, cum hoc tēpore, tū ſæpe alias nos calumnijs circūuenire deprehēſus es. Quare conducere ciuibus vī, vt & ille oratoriā diſcat. non. n. ſic malū neq; inſimulatorem eū ſore. Eodē quoq; modo ſi quis nos mercede conductos cauſarū patronos dicat, & fatebimur, & I cauillabimur, huiusq; rei authorē accuſatorē noſtrū ac reliquos demōſtrabimus. Mercedū autē ſpēs diuidem⁹, dicem⁹q; alios peeūñs, alios gratis, alios ſupplicijs alios honorib⁹ aduocatos aſſiſtere. Te igī gratis id obire mūeris oñde: aduerſariū vero dicito, ne paruo quidem pretio aduocatū aſſiſtere. Eum nanq; vt aliquid argenti iniuſte capiat. non autē ne perſoluat, in iudiciū ire. Idem quoq; modus ſeruandus eſt, ſi qs nos aut aliquos edocere dixerit, K qui controuerſiis apud iudices vtantur, aut iudiciales orationes conſcribere. nam & alios omnes oſtendes pro viribus adiumento amicis eſſe, & docēdo quidē, & conſulēdo: & artificioſiſſime in huiuſmodi rebus occurres. Opportet aūt & circa interrogationes atq; reſponſiones, quotquot in huiuſmodi ſpeciebus inciderint, ne nos negligentia vlla capiat, ſed quæ reſpondeo, concedantur, quæq; negentur, ſunt cō L ſideranda. Conceſſiones igitur ſunt huiuſmodi, Mihi filium eneciſti. enecaui equidem: nam ille in me prius diſtrinxit gladium. Filiū mihi pulſaſti. pulſaui equidem: iniuria enim in me prius manus iniecit. Mihi caput confregiſti. confregi equidem: nam noctu impetum in meam feciſti domum. Tales igitur conceſſiones legibus freti nonnunquam facimus. Huiuſmodi vero negationes legem declinant. Mihi filium occidiſti: non ego quidē, M ſed lex occidit. Hæc autem omnia ita oportet reſpondere: cum duarū legum altera iubet hoc faciundum, altera non vetet. Quæ igitur in aduerſarios dicēda sūt, ex his omnibus colliges. Poſt hæc autē eorum quæ ante dixerimus iteratione breuis eſt admonitio adhibenda. Ea vero eſt De iteratione. vtilis omni tempore: quamobrē & ſingulis in ſpeciebus ea iteratione vtendum eſt. Verū in accuſationibus maxime & defenſionibus

A sionibus ea congruit. Itidē quoque in suasionibus atq; dissuasionibus. Neq; solum ea hic commemorare quæ ante dixerimus quemadmodum in laudādo & vituperādo, verūetiam animos iudicum in beneuolentiam nostram conciliare, & in aduersarios concitare debemus. Hāc vero iterationem in orationis partibus postremam constituimus. hæc enim facit, vt reminiscaris summatim quæ dicta sunt enumerando, aut
B interrogando, tua quidem quæ optima sunt: aduersariorum autem, quæ nequissima, si quidem interrogationis figura vti volueris. cuiusmodi autē vnūquodq; horum sit, ex ijs cognoscere possumus, quæ superius dicta sunt. In beneuolentiam vero nostrā iudices conciliabimus, & in aduersarios concitabimus ex ijs beneficijs, vt etiam in deliberatiuo genere summatim ostendimus, quibus nos aut amici nostri ipsos à quibus iniuriā suscipimus,
C ipsorumve necessarios, seu iudices ipsos, vel eos qui eis curę sūt siue affecerimus, siue afficimus, siue sumus affecturi, & si ipsi dixerimus nunc tempus esse referendarum pro susceptis beneficijs gratiarum. Et si eos in commiserationem, si opus fuerit, adduxerimus. Hoc autem eo facimus, quo nostram in auditores beneuolentiam demonstremus, & quàm indigne ob ea quę male passi fuerimus aut patimur, passurive sumus, miseria premi D
mur, nisi hi nobis adiumēto fuerint. Si vero nihil nobis adsit huiusmodi, cōmemorabimus quibus bonis priuati fuerimus, aut priuamur, aut priuabimur, vbi iudices non neglexerint. seu vt nūquam boni quippiam nacti fuerimus, aut nanciscimur, aut nacturi sumus, nisi ab ijs auxiliū meruerimus. Ex his nanq; commiseratione nos dignos constituemus, & auditores nobis conciliabimus. Aduersarios vero ca E
lumnijs circunuentos in inuidiā & odium apud auditores ex horum contrarijs adducemus, cum ostenderimus ab ijs aut horum amicis auditores ipsos ipsorūve necessarios mali quippiam indigne passos, aut pati, aut passuros. Ex hmōi enim rebus ad odium & iram in aduersarios rapientur. Sin autem hæc fieri cōmode nequiuerint, ea in vnum redigemus, quibus auditores in aduersarios ad inuidiam conci- F
temus. Inuidia nāq; propinqua est odio. his autem summatim inuidebitur, si eos indigne fortunatos, & ab auditoribus animo alienos ostenderimus percurrentes quā multa bona iniuste passi fuerint, aut patiuntur, passurive sunt. Aut quā nunquam nullius boni indiguerint, vel indigent, vel indigebunt: aut quam in nihil vnquā mali inciderint, seu incidunt, seu incident, nisi nunc à iudicibus puniantur. Ex iis igitur rebus auditorum nobis

animos

G animos ad beneuolentiam in cõ
clusionibus constituere, & in ad
uersarios contra commouere po
terimus. Ex omnibus vero su-
pradictis accusationes defensio-
nesq; quàm aptissime ordina-
bimus.

De Quæstionis speciebus Cap. 36.

QVærendi autem species
se paratim quidem ipsa
raro cõstituitur, sed
alijs speciebus commiscetur, &
aduersus contradictiones maxi-
H me est vtilis. Veruntamen ne hu
ius nos ordo lateat, si quãdo vel
oratio, vel vita hominum, aut ac-
tio, aut ciuitatis administratio
quærenda contingeret, item etiã
hac de parte summatim percur-
ram. Est igitur quærentibus eo-
dem quasi modo exordiẽdum,
sicuti etiam calumnia circunuẽ-
tos oportere docuimus. Quare
cum idoneas in principijs cau-
sas attulerimus, quibus id rectè
facere videamur, ita ad quæren-
dum veniemus. Causæ autem
I congruent in ciuilibus quidem
conuentibus, quòd aut conten-
tione quadam, quin potius ne
auditores lateat, id facimus: de-
mum quòd nobis hi prius mole
sti fuerint. In priuatis vero vel
inimicitias, vel paruas eorum
qui quæruntur consuetudines,
vel in eos ipsos beneuolentiam,
vel vt quæ agunt remittentes,
non amplius hæc faciant, profer
re oportebit. In publicis autem,
si legitimum & iustũ & publi-
cam vtilitatem proferemus. Ex K
ijs autem & his similibus exor-
dio constituto, ac singulis dein-
ceps propositis aut dictis aut ge
stis aut cogitatis quæremus, ea-
ꝑs demonstrabimus & iustis &
legitimis, & priuatis & publi-
cis vtilitatibus aduersari. Et om
nia demum considerabimus, si
quo in loco ipsa sibi vel morib⁹
proborum hominum, officijsve
dissentiunt. Sed ne in singulis e-
narrandis longiore vtamur ora-
tione, quo pluribus illustriũ stu-
diorum aut rerum aut verborũ L
aut consuetudinum res eorum
quos quærimus, aduersari osten
derimus, eo ipsos obscuriores a-
pud auditores constituemus.
Opus est autem non tristi & a-
cerbo quodam, sed miti mansue
toq; vultu quęramus. Hoc enim
modo verisimiliores reddentur
apud auditores habitæ oratio-
nes, & oratores ipsi nullum de se
relinquent inimulationi locũ.
Vbi vero diligenter omnia quæ
ſieris, atq; amplificaueris, oratio
nis exitum breui iteratione ter- M
minabis, & vt eorum quę dicta
fuerint auditores reminiscantur
efficies. Has igitur species, vbi
hoc pacto constituerimus, pul-
cherrime ipsis vti poterimus.

*Peroratio antedictorum omnium per enu-
meration em, & amplificationem.*
Cap. 32.

OPus est præterea orando
& scribẽdo in id quàm
maxime enitamur ela-
bore-

A boremusq;,vt pro rerum natura verba accommodemus, & ita noſmetipſos trita conſuetudine ijs cunctis exerceamus, vt eorũ vſus nobis in promptu ſit, atq; vt ex arte quidem dicere poſſimus,tum in priuatis publicisq; diſceptationibus,tum ijs etiam in ſermonibus quos aduerſus alios habuerimus, plurima hinc & artificioſiſſima adiumenta ſuſcipiemus. Elaborandum eſt etiam,vt non circa verba oratoduntaxat, verum etiam circa vi
B ſam,quam antedictis ſpeciebus exornet atque magnificet,ſuam diligentiam omnem ſtudiumq; accommodet. Nam Vitæ compoſitio & ad ſuadendum, & ad boni & æqui viri exiſtimationem adipiſcendam cõducit plurimum. Primum igitur diuidendæ ſunt ſecundum omnem diſciplinæ diſtributionem, quid primum,quid ſecundum,quid tertium,quid quartum tractandũ ſit. Demum ea tibi ſunt præpa-
C randa,quæ circa auditores attẽdũtur,de quibus in exordijs docuimus. Enimuero beneuolentiam à perſona tua captare poteris,ſi promiſſis inſiſtas, & eoſdẽ amicos in omnem vitam tueare,neque in aliis actionibus inconſtans eſſe, ſed ijſdem ſemper vti videare. Attenti autem fient auditores,ſi his in negotijs verſeris,quæ & magna & honeſta ſunt,multiſq; conducant. Cum vero benęuolos auditores reddideris vbi ad negotiorum expoſitionem abs te deuentũ eſt, quę D cunq; propulſationem malorũ, bonorum aũt continent exhibitionẽ, facile apud illos admittũtur:quæcunq; vero ſecus ſunt,reijciuntur. Sed pro celeri & aperta & veriſimili narratione hæc ſunt tibi faciunda. Celeriter aũt abſolues,ſi non omnia volueris ſimul agere,ſed prius primo, & quod reliqui eſt deinceps. Dilucide vero,ſi non ſtatim relicta actione in alias res prius tranſieris,quàm illam abſolueris. Veri E ſimiliter autẽ,ſi nihil à tuo more alienũ agas. itẽ ſi nõ eoſdẽ finxeris et inimicos tibi, & amicos eſſe. Ex his aũt ꝓbationibus eas aſſumemus,de quibus ita ſcientiam ad perficienda negotia tenemus,vt eam alijs interpretari & explicari poſſim⁹. De quib⁹ autem ſcientiam non habemus, eas prout ſæpius accidere ſolẽt, adſumemus. tutiſſime nanq; in huiuſmodi rebus egeris, ſi conſuetudinem ſequi volueris. In F certamine vero contra aduerſarios,ſi quidem oratione contenditur, ex ijs quæ dicta ſunt noſtram confirmationem faciem⁹. Sin vero contractibus hoc facimus, ſi ſecundum leges & non ſcriptas & ſcriptas,cum teſtibus quàm optimis,at tempore prefinito eos confecerimus. Ex cõcluſione vero eorum quæ dicta fuerint,reminiſci auditores faciem⁹ ſi quæ geſta ſunt,ſummatim rurſum dicemus. Ex his aũt q̃ agimus, ita cõmonebim⁹,qñcunq;

G eadem negotia vel ſimilia priori-
bus tractemus, Beneuoli autē
nobis erunt auditores, ſi ea ge-
ſerimus quibus aliquid benefi-
cij ſuſcepiſſe, aut ſuſcepturi vide
buntur. Magnas autem res gere
mus, ſi ea negotia tractauerimꝰ
quæ multorum ſint bonorum
cauſa. Hoc igitur modo quæ ad
vitam pertinent, præparanda
ſunt: ex priore autem inſtituto
circa orationem eſt exercitatio
adhibenda. Sacrificia vero, vti
H præmiſſum eſt, faciemus ad De-
os quidem pie, ad ſumptus au-
tem moderate, ad ſpectacula ve-
ro ſplendide, ad ciues autem vti
liter. Et aduerſus immortales q-
dem Deos ea habebunt pie, ſi pa
trio more ſacrificemus: ad ſum-
ptus autem moderate, ſi nō quę
cunq; miſſa fuerint, ab his qui
ſumptibus præſunt, conſuman-
tur: ad ſpectacula vero ſplendi-
de, ſi magnifico ſint apparatu
conſtituta: ad ciues autem vtili-
ter, ſi & equites & grauioris ar-
I maturæ pedites belle inſtructi
pompam celebrent. Quæ igitur
hoc modo mortales in Deos fe-
cerint, pie certe fecerint. Eos au-
tem amicos cōparabimus, qui
ſint nobis moribus non diſſimi
les, & quibus eadem quæ etiam
nobis conducant, & quibus ma
gnis in rebus communis nobiſ-
cum fortuna ſit. talis enim ami-
citia perdurat maxime. Socios
autem eos facere debemus, qui
& iuſtiſſimi ſint, & non media-
cri valeant potentia, & in proxi-
mo habitent. hoſtes autem facie K
mus qui horum ſint contrarij.
Suſcipiendum autem bellum in
eos eſt, qui rempublicam, aut e-
ius ſiue amicos, ſiue ſocios iniu-
ria violare moliuntur. Præſidia
autē habeamus oportet aut no-
ſtra, aut ſociorum aut hoſpitum
cauſa. & primo quidem noſtra,
demum ſocioꝝ, tertio verō ho-
ſpitum. De tributis autē id qui-
dem eſt optimum, quod à pri-
uatis prouentibus ac poſſeſſio-
nibus proficiſcitur: ſecundum
vero à cenſibus: tertium autem L
à pauperibus, qui ſua corpora
miniſterijs præbent, ab opifici-
bus autem arma, à locupletibus
vero pecuniæ. De adminiſtratio
ne autem reipublicæ popularis
quidē principatus eſt optimus,
in quo leges optimatibus hono
res diſtribuunt. plebs vero neq;
dandis priuatur ſuffragijs, neq;
ferendis quidem ſententijs. pro-
xima vero illa eſt, in qua leges à M
ditioribus affici contumelia ple
bem non ſinunt. Principatus
autem paucorum duo ſunt gene
ra. aut enim eſt ex amicitia, &
ſocietate quadā aut à cenſibus.
Neceſſe autem eſt ſocios facia-
mus, cum ciues minus ex ſeſe
potentes ſunt, qui tum ſolum, tū
oppida tueātur, aut hoſtibus re-
pugnent. Eſt autem ſocietas o-
mittenda, cum aut eam facere
non ſit opus, aut ſocij longe à no
bis diſtent, neque potentes ſint
qui opportune adſint. Ciuis au-
tem bonus eſt, qui amicos ciui-

ratī

dã oportet, ꝙ ſentiamus pluſq; vnũ. Altera aũt res, qua indigemus facere inductionẽ in demonſtratione, eſt, quia maior pars horum non cõcedit vniuerſalitatẽ multarũ ꝑmiſſarũ, ſed concedunt vnã ſuarũ partiũ, vt, ꝙ ſciatur, ꝙ cognitio ſanitatis, & ęgritudinis ſit vnius ſcĩæ, quæ eſt ſcĩa medicinę, qñ autem diceremus illi, ꝙ cognitio contrariorũ ſit vnius ſcĩæ, non concederet hãc vniuerſalitatem donec ipſam ſquirat, & tunc occurrit ei illius vĩtas. Hæc itaq; eſt forma orationum topicarum.

A rum. Sua vero materia ſunt ꝓmiſſę diuulgatæ, vt premiſſum eſt.

Orationū topicarū ſpēs quæ.

Illius autē ſpecies ſunt iſtæ, quia quędam eſt, quæ ē diuulgata apud oēs, & hęc ſpecies eſt nobiliſſima illarum, & poſſibile eſt, ꝙ in hac conueniāt oēs gentes diuerſæ cū diſcrimīe ſuarū regionū, & ſuę educationis, ſicut, ꝙ commēdatio ſtudioſoꝝ ſit bona, & honor parentū ſit opportunus. Et q̄dā illarū ſunt, q̄ ſunt diuulgatę apud maioꝛē partē, præter ꝙ ſint apud reliquos, & in his ē diſceptatio, vt, ꝙ Deꝰ ſit vnus. Et q̄dā ſunt diuulgatę apud ſcientes, & habentes ſapientiā, aut maiorem partem, vt, ꝙ cœlū ſit ſphęricum. Et q̄dā ſunt diuulgatę apud artifices, ꝓter ꝙ vulgares repugnent illis, ſicut qđ eſt in medicina, ꝙ ſcammonea purget cholerā, & coloquintida phlegma. Aut ſint apud notū inter ſapiētes in arte, ꝓter ꝙ repugnet eis aliqs vir illius artis. ſicut eſt dictū Hipp. ꝙ labores prouenientes ſine cā ꝓcedēte prognoſticētur morbos. Aut ſint apud maioꝛē partem illorū, & iterū ſint ſimiles diuulgatis, ac ſi eēnt diuulgatæ. vt, ꝙ ſcia contrariorū eſt vna, ſicq; , & ſenſus contrariorū eſt vnus idem. Et iterū, ꝙ eſt cōtrariū diuulgato eſt diuulgatum. v.g. ſi ſit diuulgatū, ꝙ amico expediat benefacere, inimico itaq; expedit malefacere. Nobiliſſimū autem horū ē, cui atteſtant oēs, aut maior pars. Illæ vero, quibus oēs atteſtātur, ſunt vulgatæ teſtimonio oīum, aut maioris partis, ſicut ſunt opiniones ſapientum, quę quidem ſunt diuulgatæ, quia omnibus, aut maiori parte vī, ꝙ conueniat, ꝙ admittantur illorū opiniones. Et tales ſunt opiniones propriæ artibus, & reliquæ.

Hæ autem præmiſſæ diuulgatæ ne neceſſario ſunt vniuerſales, ex quo particulares ſunt latētes, & nō ſunt cōes omnibus ſm ſenſum, licet capiātur in his ſyllis indefinitæ, & nō aduertatur in eis nimium ꝙ eas exponant cum ſignis, & ideo mētiuntur ſecundum partem.

Quot ſint ꝑdicata topica.

Vſes autem, vt præmiſſum eſt, tā ſimplices, quām cōpoſitæ illarum, ſunt octo, partium, genus, & ſpēs, & dīa, & proprium, & accidens, definitio, & deſcriptio, & oratio, quæ non ē definitio, neq; deſcriptio. Hoc aūt ſic exiſtēte, prædicata topica neceſſario ſunt vnius illarū partiū. Quia vero ſpecies nō prædicaꝛ niſi de ſingulari, & in enuntiatione, cuius ſubiectum eſt ſingulare, qua non vtuntur in hac arte, ideo nō numeratur hic ꝑdicatum. Deſcriptio vero ſubingreditur proprium, qñ illorū poteſtas eſt vna: & ſiſt oratio, q̄ nō eſt definitio, neq; deſcriptio ſubintrāt accidens. Sunt itaq; prędicata topica neceſſario quinq; partiū, definitio, & genus, & dīa, & proprium, & accidens. Definitiōis aūt deſcriptioni ſufficit, ꝙ ſit oratio ſignificās diſpōnē rei, qua eſt ipſius conſtātia & eſſe. Genus vero iam definitū eſt, ꝙ ſit prædicatū de multis differētibus ſpecie ī eo ꝙ quid eſt. Dīa vero eſt prędicarum de multis differētibus ſpecie in eo ꝙ quale eſt. Propriū autem eſt, qđ non ſignificat rei quiditatem, & inuenitur toti ei, & ſoli, & ſemper. Accidens vero deſcribit hic duabus deſcriptionibus. quarū vna eſt, ꝙ ipſum capiatur pro re, & non ſit genus, neq; dīa, neq; proprium, neq; definitio. Secunda aūt eſt, ꝙ ſit id, quod pōt vni eidem rei ineē, & non ineſſe. Deſcribitur vero his duabus

G duabus deſcriptionibus,qñ aggregatum ex eis euenit ad accñtis formationem abſolute: qñ vna deſcriptio illarũ attribuitur accidenti inſeparabili, & altera illi quod ſeparatur. Notum autem eſt, ꝙ hæ deſcriptiones hic poſitæ non ſufficiãt ad formationem vnius iſtarum perfecta formatione, ſed ſufficit de illius ſignificato hic. perfectio. n. formationis rerũ,ex quibus cõponunt definitiones,eſt in lib. Poſter. Sicq; qđ accepimus hic in generis definitione,notũ eſt, ꝙ generis vltimi generum. Et ſiſt de dria non ſufficit, ꝙ
H ſit prędicatum in eo ꝙ quale, præter ꝙ ſit propria rei,cuius eſt dria. Qñ aũt prædicata ſ propõnibus topicis fuerint vnius iſtarũ quinq; partiũ, oportet neceſſario ſpecies ſyllorum topicorũ, ꝙ ſint fm ꝙ cõponũtur ex his quiq;, quę ſunt formata fm hunc modũ formatiõis. & hoc eſt, qñ accipiunt prędicata naturaliter, vel è conuerſo,& fuerunt poſiti tres termini ſyllorum, qui proportionãtur ſubinuicem fm vnã harũ quinque proportionũ,prout eſt proportio definitionis, aut alia proportionũ,vel fm compoſitas, vt, ꝙ vnius
I termini proportio ſit driæ,& ſecundi ſit proportio accidentis, aut alia ꝓportio: aut capiant ſemp vno modo, videlicet ꝙ duo termini ſemper proportionent ad tertiũ, aut maior extremitas, & mediũ ad minorem, aut minor & mediũ ad maiorẽ, præter ꝙ inter duas extremitates proportionatas ſit aliqua ꝓportio iſtarum proportionũ, ſed ſua prędicatio erit per accidens. Hoc aũt è duobus modis. aut, ꝙ ponamus amborũ illorũ, ad extremitatẽ proportionẽ vnã, vt, ꝙ ſit proportio medij termini ad minorem ſolum proportio K
definitionis,aut quis harum quinque ꝓportionũ, vel è contra, hoc é, ꝙ minor & medius proportionetur ad maiorẽ fm hãc proportionẽ,aut alterius illorum: aut,ꝙ ponam⁹ ꝓportionem amborũ ad aliud extremum duas proportiones, vt,ꝙ proportio extremitatis maioris ad minorẽ ſit proportio definitiõis,& medij ad maiorẽ ſit proportio dríç,aut aliqua alia proportio ex illis. Qñ ãt proceſſerimus in cõbinationib⁹ horũ ſyllorũ hoc mõ, fiunt ſpẽs ſyllorum topicorũ duplum ſpẽrũ ſyllorum demſtratiuorũ. hoc aũt eſt,quia L
illi non ſeruant in illis prędicationẽ naturaliter, neq; ꝑdicationẽ eſſentialem. Ob vehementiã aũt aſſimilationis illorũ, & ſuæ affinitatis ad ſpecies ſyllorũ demſtratiuorũ, multi viri putauerunt ꝙ multi iſtorũ ſyllogiſmorũ demſtratiuorũ ceciderint ex lib. Abumazar. illi aũt fm veritatẽ ſunt ſyll'i topici. Hic autẽ eſt vna pars ſpẽrũ orationũ verificatiuarũ, q̃ notę ſunt inter logicas oões, videlicet ſpecies,q̃ componũt ex præmiſſis veris, q̃ non ſunt eſſentiales, ſed ſunt cõmuniores, q̃ genus quo vrunt ex parte itaq; qua è vera,ꝙſi M
mat, ꝙ ſit numerata in ſpẽbus demſtrationũ: & ex pte,qua nõ eſt eẽntialis,ꝙſtimat de ea ꝙ ſit topica. Themiſt. vero oũdit de hac parte, ꝙ nõ ſit topica: qđ vero vſ ex vi verborũ Abumazar,è,ꝙ illa ſit topica. Nos ãt dicim⁹, ꝙ ſi cã occurſus veritatis in aliquo ꝙſito nõ fuerit q̃ putat in alã,ꝙ ſit ꝑdicatum de eſſentia ſubiecti,aut ſubiectũ de eſſentia ꝑdicati,in hac verificatione nõ ſit aliqua res ꝑter diuulgationẽ, aut inductionẽ, illa aũt, q̃ eſt talis cõſuetudinis,

neceſſa-

A neceſſario eſt topica. Verumtñ tales ſyll'i ſunt in eminentiori gradu, q̃ ſyll'i topici, quia non ſunt falſi, nec in parte: hęc itaq, quantitas, quã diximus, eſt ſufficiens ſm noſtrũ poſitũ hic. Ariſt. vero, quia apud eũ hæ orationes topicæ diſtinctæ ſunt a demonſtratiuis, nõ ſolũ in materijs, ſed ét ſm orationẽ, opinatus é, ꝙ tales, & ſi non ſint demõſtratiuę, habeant de illis exercitiũ ex magis diuulgato illarum. Ex quo.n. ꝙ maiori parte ꝓmiſſę diuulgatę ſunt oppoſitę, poſſe eſt, ꝙ vna eadẽ res conſtruat & deſtruat ex his ꝓmiſſis, qñ

B propõni minori coniungunt duæ propõnes contradictorię, & opinatus eſt, ꝙ talibus ſyll'is vtant ambo aduerſarij ad confirmationẽ & deſtructionẽ rei, ſm ꝙ alter eorũ intẽdat cautionẽ illius, & alter deſtructionẽ. Et eueniet inde magnũ exercitiũ, mõ quo euenit in artibus, q̃ ſunt præuiæ mõ aliarũ, ſicut eſt ars Dialectica, & aliæ ab ea. Et ppea poſita eſt hæc ars Iter interrogantẽ & rñdẽtẽ: & inſtituit interrogãtẽ mõ, quo recipiat à reſpondente id, quo deſtruat illius poſitionẽ: rñdẽtis autẽ modũ inſtituit, ꝙ non admittat

C tẽ, qua deſtruatur eius põ. Et tradidit ad hoc oſa loca, quibus adipiſcãtur ſyll'i in oſibus q̃ſitis ſm clauſulã ꝓdõnis, ſicut q̃ric' ſimpl'r, ſiue fuerit q̃ſitũ ſm cõditionẽ annexã, vt q̃ratur an ſit genus, aut definitio, aut vla quinq; proportionũ: deinde cum hoc tradidit quo mõ interroget interrogans, & rñdeat rñdens. Et cum hoc dedit ꝓcepta propria interrogãti, & ꝓcepta propria rñdẽti. Et hinc eſt, ꝙ hæc ars definit, ꝙ ſit habitus, quo valeat interrogans facere ex ꝓpõnibus diuulgatis ſyll'm ad deſtructionem vtriuſq; duorũ extremorũ D contradictionis, quod interrogãs recipit à rñdente: & illo valet reſpondẽs non admittere interroganti aliquã rẽ, ex qua ſequatur cõtradictorium illius qđ poſuit. Huius ét artis sũt alia iuuamina, q̃ numerata sũt in lib. Top. Sed tale exercitiũ putat, ꝙ non ſit neceſſariũ ad perfectionẽ artis demfatiuæ: ſi vero fuerint, ſine dubio eſt ex parte manifeſtionis.

In Librum Rhetorices.

POſtq̃ expleuim' ſermonẽ de ſyll'is topicis, quantum iuuat verificationẽ, loquemur de rebus perſuadeutibus, & ſm quantitatẽ, qua perſuaſionẽ adipiſci faciant. Euidẽs autẽ eſt, ꝙ perſuaſio ſit opinio ꝓbalens, ad quã anima acquieſcit, & cũ hoc imaginat illius cõtradictoriũ. Iam autem in præhabitis diximus quid ſit opinio. Res vero agentes perſuaſionem ſcrutinio, & inductione, apparet ꝙ primo diuidãtur in duas partes. Quarum vna eſt ex ipſis orationibus. Et ſecunda ex rebus, quæ deforis ſunt, quę nõ ſunt orationes, ſicut ſunt fides & teſtificationes. Et ſimiliter etiam ſcrutinio videtur, quòd ſermones, quib' vtuntur orationes diuulgatæ, dividantur in duas partes, in exempla, & argumentationes, quæ dicunt in hac arte ſigna: hoc autem fit, quando vnum illorũ præſagitatur alteri acceptionem alicuius nominis, dicendo, fac hoc, quia prædeceſſor fecit illud, & iuuit eum, ſicque perſuadebit illud exemplo. Aut dicitur, quando ſic eſt, concluditur ſic. & ſic in ſingulis rebus, de quibus eſt oratio.

De Rhetoricis ꝓpria ſuis. E

F

Et

G Et ex quo iã notũ eſt, ꝙ hic modus oratiõis vtaꝫ his duabus ſpeciebus ſermonũ, loquemur de vtriſq; primo: deinde poſtea procedemus ad ſermones de aliis perſuaſionibus: hi.n. fuerunt veriores, ꝙ perſuadeãt q̃ illi, & priores naturaliter illis.

De ſigno. Dicimus autem, ꝙ ſignũ ſit ſyllogiſmus concludens ſm initium opinionis præoccurrentis oĩbus, aut maiori parti hominũ. Initiũ aũt opinionis præoccurrẽtis eſt opinio, quam dũ aliquis vir offendit, occurrit ei de illa coniectura ꝑualẽs, cui animus acquieſcit, priusq̃ H videat illius finẽ. Syllʾi aũt cõcludũt ſm initiũ opinionis preoccurrẽtis, aut pp ſuas formas, aut pp ſuã materiã. Propter ſuas quidẽ formas cõcludit ſm initium opinionis, ſed pp ſuã mãm ẽ ét ſua ꝓmiſſa vera ſm initiũ opinionis. Formæ aũt ſyllorum concludunt ſm initiũ opinionis, qñ negligunt illas, & ſubtrahũt ab eis aliquã rẽ, qua eſt neceſſitas illatiõis, ſm modũ vulgi eſt, ꝙ obſeruent illã interloquẽdo ad ſe inuicẽ. Et ideo conuenit, ꝙ conſideremus hãc rem I vnaquaq; ſpecie ſyllorũ, quos numerauim⁹. numerãdo nan que hãc, euenient nobis ſpecies omnium ſyllorum rhetoricorum ex parte ſuarum formarum.

De formis ſignorum rhetoricorum.

De ſyllis categoricis. Et dicimus, ꝙ ex illis, quę exacta ſunt, patet, ꝙ illud, quod agit neceſſitatẽ illationis in prima figura, eſt præmiſſa vlis. id autem, quod facit combinationem, eſt, ꝙ præmiſſa minor ſit affirmatiua. Hoc autem ſic exiſtentę, qñ ſubtrahemus præmiſſam maiorem, figura redditur oratoria, aut ſimiliter, quando capitur indefinita: ſed illius defectus eſt magis oratorius, quoniam iam intelligitur illi⁹ defectus, ꝙ illa ſit imperfecta, quia non eſt in ea locus cõtradictionis; & ꝙ illa ſit notæ diuulgationis nimium eo modo, quo faciunt artifices demonis. Et ſimiliter aliquando eſt rhetorica in quibuſdam ob defectum minoris, aut ob acceptionem illius negatiuæ. In ſecunda vero, & tertia fit propterea, quia in eis non eſt prẽmiſſa, quæ faciat acquirere rem in concluſiõe nota ab initio rei, quæ aliquando eſt minor, & aliqñ eſt maior. Et ſimiliter eſt in prẽmiſſis, quę facit combinationem, non nocebit ſi in ambabus oſtẽdentis duas præmiſſas ſimul, ſed cõuenit, quando hoc fit, & non deeſt vna illarũ, ꝙ capiantur ambæ indefinitæ: ſinauteꝫ, non remanebit in eis omnino locus contradictionis. Et iterum ex ſpeciebus combinationum non cõcludentiũ eſt, quæ creditur in initio opiniõis, præter ꝙ ita ſit ſecundum veritatẽ: & hę ſpecies ſermonum etiam ſunt perſuaſiuæ ſecundũ ſuam formã. v.g. ꝙ componantur ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. Et ſpecies concludentes in tertia figura, dum ſunt duæ concluſiones vniuer M ſales, ſunt huius ſpeciei. ſed cõuenit cum hoc, ꝙ nõ explicet in eis ſigna, & ſumantur indefinitæ ad conſtruendum in eis latentiorem locũ contradictionis. K L

De ſyllis Cõditionalibus. Syllogiſmi vero conditionales, quidam ſunt coniuncti, & quidam diſiuncti. Cõiunctus quidem eſt ſignum, dum adhuc remanet in eo locus ad cõtradictionẽ. Et iam oſtenſum eſt in lib. Prior. ꝙ ille ſit concludens, dum fuerit perfectæ illationis, & repetitũ in eo fuerit oſtẽſum per ſyllogiſmum categoricũ:

ſi

A ſi autem fuerit repetitum in eo per ſe notum, iam neceſſario coniunctio eſt ex eis, quæ oportet oſtendere: & oſtenſum eſt ibi, quòd repetitum in eo non eſt per quodcunque antecedens, aut conſequens qđ contigerit, neq; quæcunque res ex illis contigerit eſt ipſe concludens. quãdo autem hoc ita fuerit, ergo hæc ſpecies ſyllogiſmi erit ſignum, dum ſubtrahem° ab eo partem iſtarum conditionum, ſed prius, quo ponatur perſuadens, eſt, ꝙ ſubtrahatur repetitum in eo, & iam redderetur perſuadens, quando per ipſum con
B cluditur quodcunq; contigerit antecedens, aut conſequens, aut eorum contradictorium. Sed in illo, qui nõ fuerit veræ illationis, conuenit cum hoc, ꝙ nõ exprimat repetitum pro maiori parte ob timorem & metũ, ꝙ putet aduerſarius eum, ſicut qui repetit conſequens, & concludit antecedens, aut repetit oppoſitum antecedentis, & concludit oppoſitum conſequentis. & aliquando in tali exprimitur repetitum & fit oratio perſuaſiua, ſicut eſt ſermo quorundam Antiquorum dicentiũ: ſi ens ſit genitum, habet principium, ſed
C non gignitur, ergo non habet principium. Galen. autem, & multi Analytici vtuntur hac ſpecie ſyllogiſmi ad oſtenſionem illius, cuius cauſæ operationum animalis ignorantur ver. gra. dicendo dum auferrtur os reflexum auferrtur vox, ſicq; ergo dũ Iuenitur os reflexũ, inuenitur vox: & non ſequitur, ſicut illud, dum auferrtur animal, auferr homo, & non ſequitur ex inuentione animalis inuentio hominis. Quando vero concludens erit verus, eſt, ſicut ꝙ ſit oppoſitũ conſequentis, aut ipſummet antecedens. Oportet itaq; ꝙ nõ ex- D primatur in illo repetitum: ſinautem, non remanebit in oratione locus contradictionis, niſi inſinuetur cõiunctio, & non exprimat ipſam. Diſiunctus vero aliquãdo redditur perſuaſiuus, quãdo nõ complentur omnes contradictiones in eo, dum fuerint plures q̃ duæ, neq; complentur in oĩa repetita. Si vero auferrtur repetitum in hoc ſyllo, nõ redditur perſuaſiuus, ſed dum hoc fecerit, remanebit in forma illius, per quem quæritur oſtenſio vnius contradictoriorum, quando diuiditur in ea. Exemplũ autem illius, in quo non E complentur omnia contradictoria, eſt ſermo Abualmaphal in libro, quem directionem appellauit, dum voluit deſtruere generationem ex elementis, dixit: Si inueniretur genitum ex quatuor elementis, non euaderet quin hoc ſit, aut quia corpora peneuãt ſe mutuo, adeo, quòd corpora congregãtur ſimul in vno loco, aut hoc erit, quia vnumqđq; illorũ ſtat in ſeipſo. accipiamus itaque ambas has ſpes eẽ falſas: ſicq; falſum eſt, ꝙ inueniatur elementũ plusquàm vnum, ex quo generetur aliquod vnum ens. Ex hoc autem F ſermone cecidit vnum contradictorium, quod debebat poni in ſyllogiſmo, videlicet quòd ſit generatũ ſecundum modum miſtionis, ſicut videtur in oxymelle. Species vero, q̃ incipit à negationibus, & deſinit in negationes, erit tantum perſuadés, quando ſubtrahemus repetitum, & oſtendemus concluſionem, quãdo enim deeſſet repetitum, & cõcluſio ſimul, neſciret audiens quam rem intenderas concludere. impoſſibile autem eſt inuenire repetitũ, quod

Gostendat quancunque rem contigerit etiam apud initium opinionis: ſed ſemper repetitur in illis affirmatiuum, & concluditur negatiuum, quando autem fecerit hoc, non remanebit locus perſuadens.

De ſyllo Contradictorij.

SYllogiſmus vero cõtradictorij, quãdo volumus, quòd reddatur perſuaſiuus, fit, quòd exponatur locus dubij & improbabilis conſequẽtis in eo, & notemus propoſitionẽ, ex qua ſequitur falſum. & per illã oñdetur, dũ oblatio nõ fuerit manifeſta. v.gr. dicẽdo, ſi non omnis hõ

H eſt ſenſitiuus, non oẽ eſt animal eſt ſenſitiuum: quia omnis homo eſt animal: hæc enim conſecutio eſt in tertia figura. Hę itaq; ſunt ſpecies ſignorum ex parte ſuæ formæ, quæ ſunt ſpecies ſyllogiſmi ſimpliciter.

De ſpẽb⁹ ſignorum ex parte materiæ.

Diuiſio vero ſuarum ſpecierum ex parte ſuæ materiæ, oportet, ꝙ accipiatur ex parte, qua ſm ſe præmiſſæ diuiduntur in ipſam: & præcipue præmiſſa maior, quatenus ipſa facit acquirere cõcluſiones. minor vero pòteſt capi vt contigerit, cum ſit rhetorica, aut diuulgata, aut aliter. Et dicim⁹, ꝙ p̃miſſa facta hic i hac parte orationum, & maxime ipſa

I maior, eſt vt capiatur ex parte, qua eſt diuulgata in initio opinionis cõmunis. Iam autem definiuimus in exactis, quid ſit initium opinionis communis, ſicut, ꝙ præmiſſæ topicæ vtuntur illis, quatenus ſunt diuulgatæ ſm veritatẽ, & ſicut diuulgatæ contingit, ꝙ ſint veræ, & ꝙ nõ ſint, ſic præmiſſæ, quæ ſunt in initio opinionis contingit per accidẽs, ꝙ ſint diuulgatæ aut veræ, & non cõtingit, niſi ꝙ ipſe vniuerſaliter accipiuntur, inquantum ſunt diuulgatæ in principio opinionis, ſicut præmiſſæ topicæ accipiuntur, inquantum ſunt famoſæ ſm veritatem ſolum. Famoſæ autẽ, quæ ſunt in initio opinionis præoccurrẽtis, variantur in enuntiatiões receptas, & ſunt præmiſſæ, quæ ſumitur vſus in initio opinionis præoccurrentis, & in res ſenſatas, quæ accipiũtur inditia aliarum rerum in initio opinionis etiam. Quædam autem horum inditiorum ſunt, quæ ſumuntur inditia eſſendi rem ſimpliciter, ſicut eſt nos accipere vas vacuum inditium vacuitatis: & quædam ſunt, quę accipiuntur inditia eſſendi prædicatum in ſubiecto. Hæc autem dum I fuerint vniuerſaliora q̃ ſubiectum, & magis propria q̃ prędicatum, aut æqualia illis, componitur in prima figura, & appropriatur apud Antiquos nomine inditij. Si autem fuerit vniuerſalius duabus extremitatibus, componitur in ſecunda figura. Si autem fuerit magis particulare cõponitur in tertia figura. & ambo hæc appropriantur apud Antiquos nomine ſignorum. Hæc autem inditia, quæ ſumuntur hic, aliquãdo ſunt res poſteriores ſicut paſſiones, & aliquando ſunt priores, ſicut ſunt cauſę. Et vtręq; partes iſta- M rum propoſitionum receptarum, & inditorum aliquando erunt in materijs neceſſarijs, & poſſibilibus in maiori parte, & poſſibilibus æqualiter. Receptæ vero, quæ ſunt in materijs neceſſarijs, ſunt ſicut ꝙ cuiq; patienti ſit agens, quę vero ſunt in materia poſſibili in maiori parte, ſunt, ſicut, ꝙ omnis æger, qui ſequitur appetitum ſuum, & non obtemperat dicto medicorum, nõ ſanabitur. Illarum vero, quæ ſunt æqualiter in poſſibilitate, exemplum eſt,

ꝙ

A ꝙ omne aptius & facilius ſit eligibi
lius: quoniam per hoc idem poteſt
argumentari de re ꝙ ſit eligibilior.
Inditium autem, quod eſt ī prima
figura, & eſt quod appropriatur no
mine inditij in materia neceſſaria,
eſt ſimile illi, quod dicimus, luna
auget ſuum lumen paulatim ſm lu
nam figuram, ipſa itaq; eſt ſphę-
rica. Quæ vero ex illis eſt ī materia
poſſibili pro maiori parte, eſt, ſicut
dicere: ille congregat hoſes, & prę-
parat enſes, & arma, & fortificat
mœnia ſuæ terræ, & non habet ini
micum: ſicq; ergo vtitur verſutia
B ad rebellionem patrandam in re-
gem. hæc autem nota eſt apud An
tiquos in inditio ſimillimo. Quæ
vero eſt in materia poſſibili ęquali
ter, eſt, ſicut exemplum dicendi, ille
non receſſit à ſuo loco, & ſuperauit
ſuum riualem, adeo ꝙ ſucceſſit illi
laſſitudo: ergo ille eſt fortis. Aliqñ
etiam vtuntur hoc ad euidentiam
ſupra puſillanimitatẽ, ꝙ ille vir nõ
valeret cum illo ad fugã. Et hæc in-
ditia primi appellabant cõiecturas.
Signa vero quædam ſunt in mate-
rijs neceſſarijs in ſecunda figura, vt
dicendo, nerui oriuntur ex cerebro,
quia radicãtur in eo, quod vero fue
rit in materia poſſibili pro maiori
C parte, eſt, ſicut dicendo, ille percuſſit
inimicum ob terrę iniuriam: ille.n.
aſcenderat ad mœnia, & obuiam fa
ctus eſt ei ipſe inimicus: ſignificans
autem iniuriam eſt hic actus. Illud
vero, quod eſt in materia poſſibili
æqualiter, eſt, cuius vis eſt vis indi-
tij, quod ſit in hac materia, ex quo
vis vnius alium in hac materia eſt
vis particularium. Particulares autẽ
conuertuntur, & redeunt in primã
figuram: & quando ſunt res vſes
non ſunt magis falſę, niſi ſm falſita D
tem particularium. Antiqui autem
abijciunt hanc ſpeciẽ ſignorum, q̃
ſunt ī hac materia. Inditia vero, q̃
ſunt ī tertia figura ī mã neceſſaria,
ſunt, ſicut dicimus, ꝙ tẽpus ſit orbis
ſphęricitas: qm̃ oēs res ſunt intem
pore, & iterum omnes res ſunt ī or-
bis ſphæricitate. Illa vero, quæ ſunt
in materia pro maiori parte, ſunt,
ſicut, exempli gratia dicere, philoſo
phi ſunt ſtudioſi, quia Socrates phi-
loſophus eſt ſtudioſus. Quæ vero
ſunt in materia poſſibili æqualiter,
cauſa abijciendi illa eſt ipſamet cã
abijciendi ea in ſecunda figura. Cõ E
uenit autem, ꝙ ſciamus, ꝙ hæc diui
ſio non ſit eſſentialis p̃miſſis ſigno-
rum, inquantum ſunt præmiſſæ ſi-
gnorum, hoc eſt ſua diuiſio in ne-
ceſſariũ & poſſe, qm̃ p̃miſſæ ſigni ſu
munt ex parte, qua ſunt receptæ in
initio opiniõis, vt diximus, & iquã-
tũ ſunt ſigna, & ſdinia ab initio opi-
niõis, nõ ex quo ſunt in materia ne
ceſſaria, aut poſſibili. Illa.n. in qbus
ſumunt tales præmiſſæ, ſunt ſyllo-
giſmi demõſtratiui, hoc eſt, ꝙ ſint,
in quibus ſumuntur præmiſſæ, ex
quo ſunt neceſſarię, aut poſſibiles ī
maiori parte. Poſſibiles vero ęqua- F
liter ſunt, quæ æſtimantur magis
propriæ his orationibus, ex quo nõ
vtitur illis ars demonſtratiua. hæc
.n. ars, dico artem Rhetorices, non
vtitur illis ex parte qua ſunt æquali
ter: quoniam ſi vteretur illis ſecun-
dum hunc modum, nõ ſequeretur
ex eis magis res, q̃ eius contradicto
rium, ſed vtitur illis ex parte qua co
gnoſcitur vnum illorũ modica iu-
dicij inclinatione in initio opinio-
nis. hoc autem eſt ſm aliquod tem
pus, & ſm aliquam diſpoſitionem.

G Quia autē aliqui viri ignorauerunt hanc rem, & abiecerunt, ꝙ hæc ars vtatur indicio in materia ꝙualitatis, illi ęstimauerunt, ꝙ non cadat persuasio in illud quod est ꝙualit.

Ars Rhetorices, & ars Topices nō hāt ꝓpriū subiectum.

Hęc autem ars, vt dictum est, nō habet subiectum propriū, sicut nec artis Topicæ est proprium subiectum: quoniam hæ duæ artes non sumunt præmissas, quæ fiunt in eis in anima, prout sunt extra animā, sed semper iudicant ꝙ prædicatum insit subiecto ob diuulgationem ab initio opinionis, aut ſm veritatem, non quia naturæ ipsius prædicati

H sit ꝙ insit subiecto, aut naturæ subiecti, ꝙ ei insit ipsum prædicatum, & non solum sumit hæc ars pręmissas, quæ sunt notæ diuulgatæ ab initio opinionis, præter ꝙ apponatur eis modus essendi, sed etiam accipit necessarium ſm ꝙ est possibile in initio opinionis, & similiter ipsum possibile, inquantum sit necessariū. Acceptio vero ipsius necessārij inquantum sit possibile, est, sicut ille, qui putauit, ꝙ cœlum posset esse alterius figuræ, & ꝙ generetur omnis res ex qualibet re, quæ contigerit.

Quæ vero putantur esse impossibi-

I lia, & sunt possibilia, sunt multę res quas esse non est difficile. Qui vero consyderat credulitates vulgi de illis, licet modus verificatiōis, quem proponunt, sit ei ab ætate pueritiæ, est, vt ꝙ omnes res sint possibiles, & ꝙ non sit res impossibilis, adeo, ꝙ sequatur illi, qui hoc dixerit, ꝙ hoc suum dictum non sit necessarium, sicut est dictum in cōfutatione, Platonis in Socratem, quando Socrates ei dixerat, nihil scitur. Plato dicebat ei, ecce rē scitam, videlicet hęc enūtiatio. Iam autem recessimus ab eo, quo tendamus: redeamus autem K ad id, vbi eramus. Et dicimus, ꝙ id, quod coegit Antiquos ad diuisionē propositionum signi ſm materiā, fit, quia aliquando contingit ꝓmissis euidentibus in initio opinionis imbecillitas, & potestas quædam secundum materiam: & ideo ꝓmissæ, quæ sunt in initio opinionis, qñ contingit eis, ꝙ sint ex materia possibili pro maiori parte, sunt vehementioris persuasionis, q̄ sint dum sunt ſm ꝙualitatem. Sicq; iam expositum est ex hoc sermone, q̄ sunt species signiorum ex parte formę, & materię, & conuenit, ꝙ loquamur L de exemplo.

De exēplo

EXempli autem sunt quædā partes. Quędam eorum sunt, quòd enuntiemus prędicatum inesse subiecto, vel ipsius negationem ab illo, ob illud prædicatum inesse simili illius subiecti, aut ob illius negationem ab illo, quando illud esse in simili, aut illius negatio ab illo fuerit quid notius, sicut dum dicimus, ꝙ cœlum generetur, quia partes generatur. Et quædam illorum sunt, ꝙ enunciemus prædicatum ineē subiecto, aut negari ab eo, ob inesse simile illi⁹ prædicati in illo subiecto, M aut illud negari ab illo, quando inesse simile, aut ipsum negari fuerit notius. v.g. quòd enuntiemus de cœlo, ꝙ transmutetur, quia mouetur ſm locum. Et quædam illorū sunt, ꝙ enuntiemus prædicatum inesse subiecto, aut negari ab eo, ob inesse simile illi⁹ prædicati simili illi⁹ subiecti: aut ob illud negari ab illo, dum inesse simile prædicati simili subiecti fuerit magis notum, aut negari ab illo fuerit notius. ver. gr. mel resoluit, quia zaccharum resoluit.

A uit. Aliquando autem eſt enuntiatio vniuerſalis,& ſimile particulare, ſicut dicimus voluptas eſt mala, qa vinum eſt malum. Differentia autem inter hoc,& inter inductionem eſt, quia in inductione verificamus vniuerſale per particulare, hic vero verificamus vnū per alterum, quia illud ſit ſimile, non quia vnum eorum ſit in altero. Simile autem eſt duarum ſpecierum, ſimile in re cōmuni, aut ſimile ſecundum reſpectum. Exemplum ſimilis in re communi eſt, ſicut id,quod præmiſſum eſt : exemplum autem ſimilis ſecū-
B dum reſpectū eſt,ſicut diximus, rex in ciuitate eſt ſicut Deus in mundo, & ſicut Deus eſt vnus,ſic oportit, ꝙ rex eſt vnus.In hoc itaq; exemplo, vtcunq; fuerit, non eſt enuntiatio vniuerſalis de particulari,ſimilium enim non eſt vnum vniuerſaliter alterō, neq; inueniuntur duo ſimilia ex hac parte. Manifeſtum autē eſt ex eo,qđ prȩhabitū eſt in lib. Prior. ꝙ oratio neceſſario concludeus ſit, in qua oſtenditur pars per totum. Quando autem hoc ita eſt, ex ipſo exemplo non ſequit neceſſario vn⁹ ſermo neceſſarius, neq; eſt concludens eſſentialiter. V.g. quia, qñ nos
C enuntiamus de cœlo,ꝙ ſit generatū ob ipſius ſimilitudinem ad corpora generatus per ſoliditatem, & ꝙqualitatem,& contrarietatem, & cætera: cœlum itaq; in hac oratione eſt extremitas minor in vno ſyllo, qđ eſt ſubiectum quæſiti : generatum autem eſt extremitas maior,exquo eſt prædicatum quæſiti: medius autem terminus eſt ſoliditas,& ꝙqualitas,& cætera. Quando itaq, cōponimus ſyllſm,dicimus ſic,cœlum eſt ſolidum,& ſolidum generatur, ergo cœlum generetur.oratio vero di D centi,ꝙ ſolidum generetur,nō ſuffi cit,ꝙ ſit ĩdefinita, ſi voluerimus cō cludere cœlū neceſſario in illa, niſi, & quouſq; ſumamus ipſum vſq; qđ eſt,omne ſolidum generatur. Sicq; ſi peruenifſet hoc vſq; apud id,quod ſcrutati ſumus quędā ſolida,eo mō quo conſueuit,ꝙ eueniant præmiſſę experte, oſtenſio per exemplū in hoc cēt ſuperflua, niſi caperetur ſm modū prȩuij apparatus,& directionis ad occurſum veritatis de vſitate licet non occurrat nobis veritas ipſius vſis ad ſenſum huius rei neceſ- E ſario,ſed in initio opiniōis. Et hinc oſtēditur, ꝙ euentus veritatis vſiter de talibus præmiſſis non ſit ex ſenſu,ſed ex alia virtute, ſenſus.n. concipit de illis ſingularia termĩnata numero, & ꝙ gradus ęſtimationis ſunt ſm ſuam propĩquitatem huic vſi enuntiationi, & ipſius diſtantiā ab illa. Æſtimatio autem vſiter eſt iudicium de vſitate ſolum ſenſu. Quia autem imaginati ſunt quidā poſteriores loquentium hoc, quod eſt id,quod dixit Abualmahal, qui ait,ꝙ faciat acquirere ipſum exemplum veritatem ſm modū directionis & aduer entiæ tm̃,ſed ex quo ip F ſum nō dī de ſyllo vero ſm figurā, oporteret, ꝙ omnes ſcientiæ eſſent principia, ſicq; non eſſet ibi aliqd, quod doceatur per ſyllſm, adeo, ꝙ gratia exempli, poſſibile ſit ꝙ liber Almageſti legatur ab illo, qui non conſyderauit omnino res geometricas, & nouitas mūdi eſſet per ſe nota. Iam itaq; oſtenſum eſt quis ſit gradus exempli in verificatione, & in hac arte ſimile & conforme eſt inductioni in topica, ſicut ſignum hic eſt ſimile, & conforme ſyllo to-

De Rhetoricis, q̃ nõ sint fm oratiõé.

Gpico. Expedit itaque post hæc ꝙ redeamus ad locutionem de rhetoricis, quæ non sunt fm orationem, & quãtum tribuunt de verificatione. Hæ itaque orationes vniuersaliter suat tresdecim generum, quorum quoddam est ex excellentia dicẽtis & defectus sui aduersarij, quia notum est, ꝙ illud faciat hominẽ adipisci bonã ẽstimationẽ de illo, & faciat admittere id, quod ille dicit. Et aliquod est præuius apparatus audientium per affectum ad verificationem, prout possibile est in verificatione audiẽtis affectus, cogẽs eius
H verificationem ex dolore, aut misericordia, aut timore, aut ira. Et hoc ẽt vt̃ ꝙ declinare faciat hoẽm ad uerificationẽ. Et de illis est allicere audiẽtes p oões morales, hoc aũt fit, qñ verisimile illis fuerit, ꝙ dictũ illius admitterẽt ꝓclari ĩtellectu, & viri nobilis educationis, & qui non vtitur deprauata opinione, neq; est peruersus. Et de illis est magnificatio rei, de qua est sermo, & illius purificatio. oratio.n. quando magnificatur, anima erit decliuis ad illã: & e contra, dum paruificatur, recedit anima ab illa, & nõ occurrit in-
I cliaari ad illam. Et de illis sunt contiones. Et de illis sunt testificatiões.
I Et de illis est supplicatio. Et de illis est fideiussio, & pignoratio. Et de illis est solitudo in eremo, & tolleran tia laborum, & vita monastica. Et de illis est, ꝙ qualitas oratiõis, & vocis, & accentus sit fm disposituonẽ, qua putetur esse rem, quam proponit cõfirmare, sicut qui narrat rem terribilem palleſcit, & erubescit ei⁹ facies, & eleuat eius vocem. Et de illis est depra[illegible]ũ sermonum, & ipsorum declinatio, & detectio mario-
ris partis illorum, & eos ponere fm K formam, qua detegat illius turpitudinem, & facilem reddat illius oppugnationem. hæc autem magis ingrediuntur Sophisticam, q̃ Rhetoricam. Hæc itaq; sunt omnia desoris persuasiua: & a suo initio notũ est, ꝙ ipsa faciant adipisci solũ persuasionem, in quibusdam autem illorum latet hoc latentia quadam. Nos autem sermonem faciemus de vehemẽtiore gradu illorum, qui est ipsa attestatio. Vniuersaliter autem attestatio est narratio quædam. In narratiõe autem est narrans vnus, aut plures q̃ vnus. Plures autem q̃ L vnus aut erũt vniuersitas quçdam, quã possibile est numerare, aut vniuersitas, quæ non potest numerari. Rerum autem narratarum quædã sunt sensatæ, & quædam intellectę. Narrantes autem res sensatas, aut narrant illas quas viderint, aut narrãt quæ audiuerint ab alijs, qui sint tales, quales sunt ipsi aut minores, aut maiores eis. Res autem narratæ sensatæ, aut sunt res preteritæ, quas non senserimus nos, aut sint in presenti tẽpore, sed lateant nos. In narratione vero rerum, quas sentimus, M non est nobis immorandum, neq; vlla vtilitas. Et similiter putatur, ꝙ sit in intellectis apud artifices, quorum cõsuetudinis est, ꝙ exponatur in sua arte hæc intellecta. Sed apud vulgus potest esse, ꝙ attestatio agat de illis persuasionem. Et hac de causa ĩuenimus sectam hominum nostrę gentis, q̃ appellat loquẽtium, ꝙ nõ sustineant nominã nouitatis imũdi, & cẽndi creatorẽ excelsũ, &c. alia ab his ex radicibus legis sup attestatiõe legis soluti, sed vtuntur syllis. Secta autem, quæ Deũ cognoscit,

abhorret

A abhorret hoc. In narratione autem, & atteſtatiõe rerum ſenſatarũ non videmus, ꝙ fortificetur, & debilitetur verificatio per numerũ narrantium, & per alias ſimiles res, quę his annexæ ſunt. Fortioris autem fidei ſunt quæ eueniunt ex illis, quæ narrauit vniuerſitas, quam nõ eſſet definire, & dixerint, ꝙ illi viderint ita. Et ſimiliter quæ narrauit innumerabilis vniuerſitas alicui alteri vniuerſitati innumerabili, & dixerint, ꝙ ſic viderint. Et ſimiliter quanto excedit vna vniuerſitas aliã, & magis ſunt adepti excellentiam illius,
B quod attigerunt, qñ cõuenerint in ſuo initio & medio & vltimo: impoſſibile enim eſſet, aut difficile foret illos cõfundere. Et hæc pars narratiõis eſt, quæ vocatur Rora, i. Scriptura ſacra. Et euenit huius veritas aliquo mõ in miſſione Moſes principis prophetarum, ſupra ipſum ſit pax, & inuentione Sinai, & Horeb, & in cæteris alijs. Conuenit itaque ſcrutari quo mõ hoc eueniat. Veritas enim quædam eſt eſſentialiter, & quędam eſt accidentaliter. Manifeſtũ autem eſt, ꝙ verificatio eſſendi rem ſenſatam primo & eſſentia-
C liter eueniat à ſenſu: & ideo cui deficit ſenſus aliquis deeſt aliquod ſenſatum: eſſe autem ſenſata non addiſcitur ſoluni per ſenſum, ſed etiã per imaginationẽ eorũ ſm ꝙ ſunt. Et aliquando etiã euenit veritas eſſendi ſenſata eſſentialiter ex ſyllo v.g. hic paries eſt fabricatus, ſicq; eius eſt fabricator, ſed nõ peruenit ex eo forma fabricatoris eſſentialiter. Ad adeptionem vero eſſendi res ſenſatas, quæ penitus non ſentiuntur, non eſt nobis modus, per ſyll'm aliquãdo euenit veritas eſſendi eas, ſed raro, ſicut aliquando euenit nobis ipſarum forma de illo quod fabricatum eſt raro. In talibus vero, licet non penetret ſenſus in ſua ſingularia, penetrat tñ in ſua nomina, aut quę illa ſignificant. Id autem, quod agit hanc verificationẽ apud maiorem partem hominum, eſt ex legibus & hiſtorijs. Sed ſatis notum eſt, ꝙ hęc actio ſit per accidens, qñ veritas illius ſequitur qd ęſtimatur, ꝙ ſit eius cauſa, quę eſt hiſtoria vt in paucioribus mõ quo cauſata ſequũtur ſuam cauſam accidentalẽ. Cauſa vero adeptionis huius veritatis, quę eſt per accidens, & quo modo euenerit, non eſt ex his, ſ̃ oporteat conſtare ex hac ſcientia, & iam dictum eſt de ipſis in libro de Senſu & ſenſato. Quia autem quidam viri opinati ſunt hoc, conati ſunt tradere in hiſtoria numerum, ex quo eueniat veritas eſſentialiter. & quãdo non eueniret eis, dicebant, ꝙ eueniat ex ſe, licet non euenerit ad nos. Hic autem eſt manifeſtus error. nã, ſi eſſet aliquis numerus, ex quo eueniret veritas eſſentialiter, res diuulgatę non ſe excederent ſm numerũ narrantium, & poſſibile eſſet, ꝙ hic numerus eſſet proportionatus, & cõ F
ſtaret multitudo veri, & paucitas ſunt cõpoſitę ex combinationibus. Ex quo autem quidam illorum inituntur apponere in legibus conditiones, ex quibus eueniat veritas, quę non ſint neceſſarię, dixerunt ex ſuis conditionibus eſſe, ꝙ ex eis eueniat veritas eſſentialiter. Hęc autem ars vtitur hiſtoria, & atteſtationibus ex illo qd ſumitur pro maiori parte, ꝙ eſt ipſa ęſtimatio. qd vero ſumitur alicui rei, vt in paucioribus, non vtitur eo aliqua ars oĩno.

G Diuulgatio vero ſtatutorũ ſcriptorum eſt res nota: id vero, quo euenit de illis verificatio, eſt ipſorum conſuetus vſus. Conſuetudo aũt eſt magni vigoris. Et ideo videbis multos illorum, qui educati ſunt in conſuetudine ſtultorum, credentes nouitates fictas, & non poſſumus eos deuiare ab illis. Cõuenimus etiam perſnaſioni attẽſtationis legis, decori, & conuentioni virorum legaliũ de aliqua re ipſius legis. & ideo ex quo ęſtimauerunt hoc quidam viri dixerunt, ꝙ ſcindens congregationẽ, non ſit hæreticus. Abuhamadh
H autem Algazel locut⁹ eſt de hac re congregatiõis in principio ſui libri de Differẽtia inter Mauros & Amazonides. dixit, ꝙ ipſe non dũ cõgregauit quid ſit congregatio. Contentiones vero ſunt in differentijs verborum, ſed magis perſuaſiuũ. I quo ſunt contentiones, eſt de laſſo ſcindente promiſſiões legis, & ſunt res, quę videntur homini impoſſibiles. ſed notum eſt, ꝙ, qñ res eſt diuina, licet agens ſit maxime enormis, nõ facit adipiſci aliquam rem ꝑter bonam ęſtimationem de ſuo opere, &
I confidentia in illo, & de ſua excellẽtia. Iam aũt expoſuit Abuhamadh Algazel in ſuo libro ii. ſcripto circa hæc, & dixit fides ſimpliciter in via laſſi, prout eam deſcripſerũt loquẽtes, eſt via vulgaris: egregiorum. n. via eſt alia. Sicq; numerauimus hęc I rebus, quæ ſunt deforis, de quibus ęſtimatur, ꝙ ex eis cueniat veritas. Rhetorica aũt reſidui huius eſt nota. Signa vero ſunt nobiliora & vehementioris prioritatis, illis. n. vtimur ad confirmationẽ illius, quod fuerit ex his ignotis eſſe, aut ignotum eſſe. v. g. quando prędicta loquẽtis nota, neq; diuulgata, vtimur K
huius expoſitiõe. hoc aũt ſit, qñ aliquis ęſtimauerit, quod putauit eſſe miraculum, ꝙ non ſit miraculum, vtuntur hoc ad oſtendendum hoc eſt miraculũ. Et ſiſt eſt I atteſtationibus, & iudicijs, & reliquis, qñ accidit diſputatio de illis. Oĩbus autem his rebus poſſe eſt, ꝙ ipſis vtãtur in oĩbus artibus coniecturatiuis, prout vſi ſunt illis prędeceſſores, qa illi coniectabantur, ꝙ eſſet via veritatis. Ariſt. vero, ex quo expoſitę fuerunt ei ſui gradus in veritate, opinatus eſt, ꝙ opportunitas harum credulitatũ ſit vſus vulgi, quo vtant illis ſiter ſe in rebus particularib⁹ volũtarijs, de q bus decernit iudiciũ, ꝙ ſint bonę vel malę. Qñ aũt rerũ volũtariarũ, de q bus iudiciũ decernit: ꝙ ſint bonæ, aut malę, ꝺ̃ ſunt, ꝺ̃ inueniunt in hoĩ in ſe tpe ꝑſenti, & hę ſunt virtutes & vitia: & quędã ſunt, ꝺ̃ inueniuntur tpe prędicto in alio, & eſt ęquitas, & iniquitas: & ꝺ̃dã ſunt, ꝺ̃ ei inueniunt pro tpe futuro, & hę ſunt res iuuantes & nocentes: quarũ primarũ dr oratio demõſtratiua, ſecundarũ vero dr iudicialis, tertiarũ vero dr deliberatiua. hõ M
. n. ẽ quodãmodo ſocialis, & ciuilis neceſſario. Quod aũt fiant orationes oratorię in his tribus generib⁹, expoſuit Ariſt. tradendo regulas, & res, quibus hõ valeat eloquenter dicere de vnaquaq; harum rerũ perfectiſſimo mõ, qui poſſibilis eſt huic rei. Et ideo definiuit hanc artem, ꝙ ſit via, qua homo valeat agere perſuaſionem de vna quaq; re particulari perfectiſſimo mõ, quj illi cõuenit ſm ſuam naturam. Id aũt, qđ diximus de hoc ſm noſtrum propoſitum de eloquentia, ſatis ſit.

IN

IN LIBRVM POETICÆ.

De Orationibus Poeticis.

Poeticę autẽ oſones ſunt oõnes metricę quib⁹ ꝯſtitur rei aſſimilatio, & exemplũ in oſone ad ꝓmouẽ dũ rẽ verſus fugã a re, aut fugę enor mitatẽ. Inſtitutę aũt ſunt metricæ, qa ſic fit aſſimilatio profectior. Et ſi cut in maiore parte artiũ, ꝙ aſſimilãtibus rebus ſenſatis, ſicut eſt ars Pictu rę, & alię, non ſunt verę ipſę res ſenſatę, ſic oſones; quę aſſimilant rẽ, nõ ſunt oſones, quib⁹ intelligitur illi⁹ eſſentia. Aſſimilationũ aũt ſunt duę ſpẽs, videlicet ſpẽs, qua aſſimilat res alicui rei per vnã dictionũ aſſimilatiõis: aut ſimulacrũ ſumptũ, ac ſi eſſet eſſentia aſſimilati. hoc aũt fit ſecũdũ cõmutationẽ, & accommodationẽ: ꝓput dicimus terrę ſudor eſt iꝑm mare, qũlibet illud tulerit. Hę aũt induſtrię quędam ſunt propinquę, & quędam remotę. Notũ autẽ eſt, ꝙ hęc ars non ſumat aſſimilationes, ꝙ ſint ipſamet res, ſed aliqñ erat maior pars horum in hoc, & ſumũt rei aſſimilationẽ ſm ꝙ ſit ipſamet res ꝓput dictum Empedoc. de aqua maris, ꝙ ſit terrę ſudor, quẽ cõgrega uerit in eius veſica. Fallũt aũt iſtę aſſimilationes, quãdo ſumunt ſm modũ permutationis, & nõ venit in illis dictio aſſimilatiõis. Maior aũt pars illius, quo fallunt hę ſimilitudines, fit, qñ ſumunt ſm modũ pmutationis ꝛ res, quibus impoſſe eſt imaginari aſſimilationem, aut difficile eſt illã imaginari. Hę itaque ſunt plures fallacię, ſicut nõ ęſtimat, ꝙ imaginetur ens, quod non ſit intra mũdum, neq; ſit extra iꝑm. Locus vero magis ꝓprius huic errori eſt lib. Elenchorũ. Hęc aũt ars, licet ſit ſyllogiſtica, tñ nõ vtit ſyllo in actu, nec eſt ei ꝓpria ſpẽs, qua appropriet. Qñ vero vteret oſone ſyllogiſtica in actu, id fit ſm modũ erroris, & aſſimilatiõis alij arti. Ariſt. aũt, quia uidit, ꝙ inuamen hui⁹ artis ſit magnę neceſſitatis, quia pẽã ꝓmouet vulgus verſus fidẽ alicuius rei, & ad nõ credendũ illã uerſus actionem aliquã, aut illius omiſſionẽ, nũerauit res, quib⁹ hõ ualet aſſimilare rẽ alicui rei de eo, cuius aſſimilationẽ ꝓponit perfectiſſimo mõ, quo poſſit fieri in hac re. Eſt itaq; ars Poetica, ars, qua ęſtimat hõ, ꝙ aſſimilet rẽ alicui rei, pfectiõe qua põt. Verũtñ hę pfectiões ſunt extra pfectionẽ humanã. Concludẽdo aũt dicimus, ꝙ qui intellexerit ea, ꝙ ſcripſimus in his tractatibus, & nõ ſit ſciẽs naturaliꝛ, poſſe eſt, ꝙ inſtituat oẽm oſonem, quã audiuerit in uerificatiõe & formatiõe. in hac aũt arte eſt honor, & pręſtantia mõ, quo hõ ſit per ipſam ꝓmptus uerſus ultimã pfectionẽ, ſi ſua pfectio ſit in adeptiõe ueracis ſpeculatiõis, & p hãc quantitatẽ pueniet, ꝙ ſit aptus illam recipere. Hac ergo quantitate pueniet ei gradꝰ, quo ſit fœlix ad ultimã pfectionẽ. Excelſus autem Deus eſt, qui eſt Deus adiutor, & ſuſtentans, & non eſt Deus, niſi ipſe, qui ſemp laudetur.

Amen.

PETRI VICTORII
IN LIBROS POETICÆ ARISTOTELIS
Ad Lectores Præfatio.

MAgni semper honores habiti sunt poetis: nec tempus vllum fuit, quo studium condendi carminis non extiterit, quantum è priscis literis, veterumq; omnium memoria licet suspicari. Scripta namq; Hebræorum, quæ satis antiqua sunt, testantur gentem eam ad modum hac arte delectatam fuisse: in qua etiam non pauci apud eos magnopere floruerunt: summamq; inde laudem, ac gloriam reportarunt. Extitere postea Græci, qui cum cæteros omnes mortales omni doctrinæ genere superarent, in studium & ipsi idem toto pectore incubuerunt: in primisq; genus hoc orationis, pedibus quibusdam ligatum, coluerunt: neque eo tantum quæ oblectare possent, ac suauitate quadam animos hominum permulcere, numeris quibusdam, versibusq; complexi sunt, sed graues etiam materias, tristesq; hoc tanquam condimenti quodam genere asperserunt. Testantur hoc, verumq; esse declarant, Parmenides, Xenophanes, Empedoclis opera, qui cum aut theologi, aut physici fuerint, subtiliter a se, optimeq; cogitata hac ipsa oratione incluserunt. Vixerunt isdem temporibus non pauci: ac multo plures ipsos ætate consecuti sunt, qui cum veriorem materiam sui carminis cepissent, magisq; aptam huic lepori, festiuitatiq; recipiendæ, omnem operam, industriamq; suam in poematibus conficiendis consumpserunt. vt taceam, qui cunctos illos tempore antecesserit, lumen eximium ingeniorum: fonteremq; omnis elegantiæ, Homerum. de cuius summa virtute, naturæq; diuinitate cum omnes consentiant: reliqua ipsius omnia valde incerta, & obscura sunt neq; enim omnino compertum est, aut qua ætate vixerit, aut vbi natus sit, aut quod denique ipsius instituti, naturæ ne ipsius vi, an arte, doctrinaq; præstiterit. Aeschylus autē in primis, qui & philosophus erat: & in omni suo studio, vitaq; amplitudinem ac dignitatem colebat, grande argumentum sectatus est, tragœdiaq; scribendæ se totum dedit, quam cum rudem, & inchoatam accepisset, pluribus rebus ornauit, ac magnopere studio suo expoliuit. Huic successere Sophocles, atque Euripides, qui in eadem scena magna cum laude versati sunt, ac si quid illic desiderari poterat, cura, diligentiaq; sua addidere. Non enumerabo nunc, qui ætate illa in eodem studio vixerunt, quamuis longe diuersa genera poematis amauerit, alijsq; musis se totos dicauerint. Et sanè cum mecum diligenter cogito: mentēq; quæ fuerit vita eorum, qui tunc Athenis ætatem degebant, reuoluo, fortunatos illos, beatosq; fuisse iudico. quibus cotidie liceret aliquod specimen ingenij gustare: eodemq; tempore suauem aliquam voluptatem se vndiq; explere, & mores simul, vitamq; ab omni labe, culpaq; emendare: in eam enim præsertim vrbem, domo profectō quidam Musarum, florebant & studia reliqua doctrinæ, & hæc in primis elegans, & polito hominum digna, disciplina. Quæ recte

rectè existimatur amplus ille grandisq; poeta dixisse, nec sine causa tantum huic ciuitati, præclarisq; ipsius institutis tribuisse, qui affirmant Athenas Græciæ Græciam esse, quod vt vniuersa Græcia cunctæ Barbariæ præstaret, ita hæc vna Græciæ ciuitas reliquas omnes eius gentis ciuitates dignitate, ac gloria superaret. Non opus est nunc accurate docere, quanto studio Athenienses partus optimorum ingeniorum fouerent: quibusq; quasi condimentis quibusdam, hunc suauem etiam sua sponte cibum animorum concinnarent. cum potius in hac re quibusdam aliquando visi sint plus quam oporteat, fecisse: insitum q; ipsius mensuram transiluisse. qui fortasse falso inferunt: nec quantum boni inde capi possit, siquis vere existimet, cognouerunt: cantus enim quidam, musicæq; artis lepores, vt magna voluptate aures afficiunt, & eo quidem puro, ac sincera, ita & animus moderantur, & motus ipsorum turbidos extinguunt. vt non sine summo cõsilio illi dicti sint a grauissimis, sapientissimisq; viris magnam vim habere ad veteres mores retinendos, statumq; ciuitatis optimum conseruandum. nam quanto facilius irrepant in pectora hominum: quæ sese suauitatibus his commendata fuerint, vel potius hoc eximio bono ornata, neminem arbitror ignorare. quantum vero studium veteres poetæ adhibere soliti sint, vt vitæ hominum prodessent: exemploq; aliorum, quos tanquam imaginem quandam magnarum virtutum, aut ingentium vitiorum effingerent, nos expolirent, & ab omni culpa reuocarent, exploratum est: neque enim illi sine fine alium suorum laborum habuissent, tantopere probati fuissent: nec adolescentes ipsi voluntate parentum: consiliorq; eorum, qui teneræ illi ætati præsunt, omne illud tempus in illis & diligenter legendis, & ad verbum ediscendis consumpsissent. quare existimari debent, huic etiam parti doctissimi viri prouidisse, & eos potissimum numeros, modosq; elegisse, qui & rebus illis, quæ canerent mirificè conuenirent, & animos etiam nostros ab omni labe, macula q; purgarent. Quos etiam sumptus nobilis illa ac generosa ciuitas in scena ornanda sustineret, & quanto artificio res eas, quæ illic agerentur, referendas curaret, nemini dubium est. nam scripta etiam epicorum, quibus in theatro locus eodem pacto vt tragicis, comicisq; non erat, non carebant ornatu, nec vllo modo destituta, impolitaq; manebant: adhibitum nunq; antiquitus illa canebantur, & certos quosdam summo studio instructos, atque omni cultu corporis expolitos, quos ΠΕΡΙΟΔΟΝΙΚΑΣ vocabant, habebant. De melico vero: grandioribusq; illis poetis, qui dithyrambici dicebantur, nihil opus est disputare: his enim poematibus exornandis præcipue musica inuenta erat: magnamq; in primis commendationem illa, cum hac arte habebãt. Nec existimare debemus tam eruditam, optimisq; legibus institutam ciuitatem, aures patefacturam fuisse poetis, nisi ex illorum studio fructus magnos capi posse intellexisset: si nanque minus aliquod incommodum ex lectione illorum nasci plerunque cognouisset, longe illam a se voluptatem protinus exturbasset: quis enim est verior fructus rerum secundarum, aut vna alia in re melius tranquillis temporibus homines acquiescunt? sine studio nunque vllo quo, relaxationeq; quapiam animorum nullo modo vita traduceretur. Sed Romana etiam respub. quæ gens grauis in primis, & seuera fuit: durumq; admodum, atque asperam vitam diu coluit, quippe cum multis tribus laboribus tota occupata foret, cito hæc studia recepit: poetasq; in magno honore, ac pretio habuit. quod studium in tã nobili ciuitate, & quæ imperium in omnes gentes haberet, tantopere creuit, vt quẽadmodum cætera bonarum comportata fuisse ex omni orbe terrarum videbantur, ita quoque ipsum relictis veteribus, suisq; sedibus, confluxisse in eam vrbem non sine causa existimaretur. Statim igitur il-

lic

lic orti sunt Ennii, Pacuuij, Accij, qui tragœdias scriberent: grandeq; hoc poema magnificè explicarent: sententiarumq; amplitudinem, cum granditate verborum, tholeq; subtilmore copularent. nec tamen eodem tempore scena altera destituta fuit, ac sine honore ullo, dignitateq; iacuit. extitere namque lepidi ingenia, quæ ipsam frequentarent: atque ita demum tenuem illam materiam colerent, atq; omni suauitate expolirent, vt non piguerit grauem illum populum, & gloria undiq; magnitudineq; rerum gestarum florentem, in theatro sedere, atque aures vocibus commitorum, iocisq; præbere: Is autem fuere Cæcilius, Trabea, Afranius, aliiq; complures, in quibus Plautus, Terentiusq; summum locum tenuere. cum eorum alter facetijs, salibusq; mirificè animos eorum oblectaret: alter vero, seueritate, singularumq; naturarum proprietate, ad mirabilem in modum expressa: rerumq; ipsarum prudenti constitutione, eosdem caperet. non defuerunt etiam ipsis, qui reliqua genera poematum adumbrarent: & si parem in illo laudem Latini cum Græcis primis temporibus consequi non potuere, num apud illos quoque postea nati sunt, qui doctrina, ac studio non parum in ea genera adhibuere, non multum Græcis cederent, nec valde inferiores ipsis. Laude ac gloria forent. quæ omnia, vt verum fateamur, natura ipsa Græcos illos diuinos poetas, suo quosq; in genere primos, videatur informasse: ars vero & diligentia nostros potius expolisse. qui sanè tantũ in ea re profecisse sunt: plus minus ve honoris, commendationisq; acquisierunt, quantum ad illos propius accesserunt: meliores ve, aut deteriores eorum imitatores extiterunt. Cum autem in principe omnium ciuitate hæc studia florerent, & quæ tanquam mater cæteras artes alere soleret, paulatim illa in municipia, coloniasq; manarunt, ac per omnem Italiam spargi, disseminariq; cœperunt. & eadem de causa etiam in prouincias transferunt: quibus omnibus in locis vehementer celebrantur, summoq; in honore erant. Huius vero rei signum est, ac fuit quidem illud certum & exploratum, quod cunctæ illæ ciuitates theatra edificarunt, quorum vestigia multa manent adhuc: vel potius non paucis in locis adeo integra, & ab omni temporis iniuria conseruata sunt, vt certo intelligatur cogitasse illos operis ipsius, ac materiæ firmitate naturam ipsam vincere, quæ vt noua aliqua semper gignit, ac procreat, ita veteri, facilq; cuncta conficit, atq; consumit, voluerunt autem illi præstò sibi semper facultatem omnem esse humanæ voluptatis fruendæ, atque omnia prompta, parata; mauere, quæ ipsam adiuuarent, atque omnino vitæ ornatum, instructáq; redderent. Sed non tam fortasse huic obfuit vetustas ipsa: minuendo; quæ nascantur ab ijs rebus, quæ in propinquo tellari hoc cælo fiunt, quam humana vis, impetusq; mortalium: quos alia mente vsi, longeq; diuersum consilium secuti, illa euerterunt, quæ fabulo mauores, magnisq; sumptibus fabricarant. quæ causa etiam, vt arbitror, fuit, vt optimorum ingeniorum monimenta, quibus illa seruiebant, eodem fato interirent, & ipsa quoque miserabiliter extinguerentur. Vnde pauca illorum ad nos peruenerunt: præsertimq; apud Græcos nouæ comœdiæ pene tus interierunt. vt quæ tenuis esse, & posse mores inuentum corrumpere existimarentur. Cum tamen contrariæ rei efficiendæ illæ inuentæ forent, & ipsius certè præstandæ magnam potestatem haberent. Sed Cicero quoq; vtilitatem huius poematis magnopere prædicauit, qui testimonio veterum grammatici, comœdiam imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis vocauit. & Plutarchus præterea, optimus huius rei existimator, vitæq; cultor trissimus, eximie ipsam celebrauit, cum Menandri fabulas commendaret, ac quot fructus ex illius ingenio tenero adhuc prodijssent: adolescens enim ille mortuus est, significaret. Nam Socratem, Xenocratem

nocratem, Zenonem, ſeueriſſimos quosq; philoſophos, in theatrum venire ſolitos, litteris mandatum eſt. Animus ſane illorum, qui ipſa tollenda curarunt, reprehendi non debet: prodeſſe namque humanæ vitæ voluerunt: conſilium ſortaſſe non omnino ſapiens fuit: quod enim nocere tantum conſueuit, nec bonum quicquam vnquam gignere poteſt, id funditus excidendum eſt, atq; omnes eius fibræ ſine dubio elidendæ: contra antẽ, quod mixtum eſt, & quaſi è duabus maximè contrarijs rebus temperatum, quarum altera deterrimentoſa ſunt: altera vero vtiles, quales ferè omnes res in hac noſtra vita ſunt. neque.n. pura ſincera q; illa vllo pacto ſunt ipſæ nullo modo videntur extirpandæ, ne vna cum malo, bono ẽt priuemur: potius enim via aliqua, ratioq; eſt excogitanda, qua vitium illarum conteratur: commodum autem, bonumq;, quod inde capitur, augeatur. vnde ſactum illud Lycurgi, ſtulti atque importuni regis, meritò inſimulatur. atq; ab omnibus irriſum ſemper eſt atq; exagitatum. qui cum vidiſſet, quibuſdam, qui ipſo vſi fuerant immoderate, vinum aliquid nocuiſſe, ſubito vites excidi iuſſit, ac ſtirpem illam mitem, vnde tot bona ad humanum genus perueniunt, quantum in ipſo fuit, ſeuitia ſua, magnoq; opinionis errore obtruncauit. eadem igitur ratio fuit eorum, qui fabulas poetarũ, ſuauiſſimum paſtum animorum, maximumq; ornatum rerum ſecundarum, deleuerunt: ac paruo ſpatio temporis fructui maiorum ingeniorum, qui valde vtiles erant alijs in generis excolendis, ac quidquid denuq; ad eos expoliendos pertinebat, perdiderunt. Quare non parum fortaſſe in illos quadraret, quod Spartiates quidam in Philippum Macedonem, illum Alexandri patrem, fertur dixiſſe: cum.n. Lacedæmonem nuntius veniſſet, Olynthum eum euertiſſe, atq; in nobilem, ac copioſam Græcorum vrbem rabiem omnẽ ſuam exercuiſſe, inquit, regem eum æqualis illi vrbi condendæ facultatem nunquam habiturum. Sed vetus hoc incommodum, & quod longinquitate temporis pæne tenebris inuolutum eſt, amplius non deploremus: optemus potius, ne huiuſcemodi aliquid in maiorem veniat noſtri ſæculi principibus, ac maturiore conſilio in deliberatione omni de hac re, tractetur. Vt ſi quando etiam duri quidam ac pæne agreſtes, ſiue qui triſtitia hac ſua commendari velint, huiuſcemodi aliquid ſuaſerint, conſilia ipſorum mala refraq; contemnant, ac nullo modo Muſis bellum indicant: cum.n. vita noſtra, malis multis, ac moleſtijs vndiq; cincta, aliqua egeat oblectatione, nec continuetur verſari poſſit in laboribus, requietemq; nullam capere tantarum defatigationum, quæ remiſſio animi honeſtior eſt, ac magis probo viro, liberaliterq; educato digna? Nam imbecilla ætas, & quæ nullo pacto voluptate diutius carere poteſt, niſi in animi voluptatibus aliquibus occupatur, corpori ſe totum tradit, atq; illius cupiditatibus explendis ardenter incumbit. vt vitam ita degere videatur magis beluæ alicuius, quàm hominis propriam: quia neglecta meliore parte ſui, deteriori ſeruit, rationemq; appetitus patitur obtemperare. Præterea fructum illum, qui maximus ex hoc ſtudio percipi poteſt, de quo ſupra diſputatum eſt: qua.n. alacre magis ad virtutẽ colẽdã adoleſcentes, quàm vocibus poetarũ inſtãmantur? aut quo illi magis à vitijs reuocantur, turpitudinemq; eorũ prope oculis inuẽtur, quàm ſpectatu, & tanquam ante pedes poſitis exẽplis illarũ rerũ, quæ ſummo conſilio a poetis, ea de cã, deſcribuntur? Nec Platonis auctoritas, quominus poetas diligamus, ſtu
dumq; ipſorũ toto pectore colamus, debet nobis obſtare. qui putatur nõ valde amicus ipſis fuiſſe. quippe cũ ducẽ eorũ optimũ è rep. illa, quàm finxit, quãuis ornatũ virũ, ac ſummo quoq; honore affectũ, eduxerit, atq; exterminarit. vt qui crederet ſententijs ipſius quibuſdã: totaq; demũ rõne illa, inficiam multũ, atq, depraua
mores hoium eorum,

quos

quos suo quodam, ac novo modo instituat, illic vivere velit: ac si id faceret, plene, perfecteq, beatos futuros existimant. ipse namque perspicit, magnopere hac arte delectatus fuisse sermonemq, ipsius eruditissimi, atque politissimi referri suis vocibus poetarū: accuratis vero eiusdem interpretes longe aliud ipsum sensisse arbitrantur: nec minus aliquid unquam cogitasse, quam Homeri dignitatem violare, quem admiraretur, ac cuius aliquam eius rei occasionem nactus erat, libenter ornabat, ac summa virtute praeditum esse affirmabat: ita demum illi purgare conantur hoc crimen, tanquam nullam maiorē maculam doctori suo, auctoriq; vitae: muri posse existimarint: nec alia ulla re tantum dignitatem illius, existimationēq; laedi ac labefactari, quam si crederetur ille poetam eū infectatus fuisse, quem ceteri omnes iure optimo colerent, ac venerarentur. Quod si alia nulla ratione auctoritatem Platonis poterimus sustinere, opponemus ipsi Democritum, magnum illum physicum, & qui de hoc ēt praeclare potuit iudicare: ipse namq; mirifice Homerum celebravit, scripsitq; ipsum: quae verba adhuc eius illustri loco posita leguntur. [illegible] divinam naturam nactus esset, ope ipsius ornatum illum variorum carminum potuisse fabricare. vt qui putaret sine divino caelestiq; ingenio, nullo modo potuisse ipsum, adeo pulchra, sapientiaq, plena carmina conficere. nam eundem etiam, quod simile huic est, sine quodam afflatu sanctis negasse quemquam poetam magnum esse posse. Cicero testatus est. magnam autem vim apud me habet ad Homeri virtutem perspiciendam, & quasi ante oculos mihi collocandam, cum cogito virum illum ipso cō tempore fuisse, ac nihil amplius in ea re desiderasse, cui unus hic mundus satis non fuit, sed innumerabiles vel infinitos potius, mente animoq; peragrant. Haec igitur ars tam sopere generi humano utilem, cum ipsam valde probaret: & quantos fructus ferre posset, praeclare videret, iudicio suo ac cognitione multa pulcherrimarum rerum ornare voluit Arist. simulq; quae ipsius tractandae optima ratio esset, amatoribus illius indicare: gratiaq; multum ipsi, ac dignitatis adversus eos, qui eam non magnopere diligerēt conciliare. nam non deerant etiam qui, eam colentes, in aliquam rem, ignoratione ductī, peccarent: quos corrigere, atq, in veram viam reducere, rectum esse existimavit. Quod si quis hoc unquam efficere eximie potuit, ille in primis, vel potius unus omnium mortalium, huic rei praestandae idoneus fuit: & quia quae laudi, aut vitio poetis darentur, longo tempore Athenis observaverat: & quia ingenium ad iudicandum habebat, quod imitari res omnes facile valeret: veramq, illarum formam cerneret, atque alios etiam, qui cupiditate ipsarum capti furent, demonstraret. Semper vero eum studium hoc amisse multis modis intelligitur, in quibus hoc etiam non parum animi ipsius erga illud indicium est: quod scripta sua omnia testimonijs poetarum refersit: saepeq; verum esse quod sentit quacunque de re, auctoritate ipsorum comprobavit. Valet etiam plurimum ad idem declarandum, quod cum a patre ipsius prudentissimo rege, Alexandrum susceptisset instituendum, & omni elegantiori doctrina: & quae vitae spei puero conveniret, expoliendum, Homerū in primis illi proposuit: ingenioq; ipsius in virtutibus eius sūmi poetae contemplādo exercuit: cū n. alterū Homeri opus ab ingenioso viro, ac multū in hac re videre, vocatū sit pulchrū humanae vitae speculū: quis non fateatur imaginē magnanimi viri, ac fortissimi regis Iliade expressam esse: nec potuisse optimū, sapientissimūq; praeceptorē verius illi informare, & simulacrū eius vitae, quā sequi postea ipsum oporteret, ante oculos illi melius collocare, quam si monstrasset ei Achillis virtutes, artificioq; poetae docuisset in illo heroe fingendo, caeteroq; principibus Graecarū copiarū, & ipsis clarissimis

virū

viris, exprimẽdis? Inde autem natũ est admirabilis ille amor magni illius regis erga magnum eum poetã, quem multis modis significauit, ac nullo tẽpore passus est minui suo in pectore, atque extenuari quod mirari non debemus, cum in animum eius tenerum singulares virtutes: incredibilemq; industriam huius diuinissimi poetæ acutissimus magister studiose, & quanta maximẽ diligentia posset, infudisset. Nam Alexandrum positæ rerum factum, militarisq; disciplinæ usu ẽt valde peritum, Iliadem bellicæ virtutis ticum existimasse semper atq; appellasse, ab ijs qui res ipsius gestas scripserũt, comitesq; itinerũ eius fuerunt, litteris proditum est. Eundem ẽt Achillis facta magnopere admiratum fuisse: è numeroq; heroum omnium plurimum illum amasse, testatur honos, quem cineri ipsius atque ossibus habuit. Cum enim bellum illaturus regi Persarum, Ilium venisset vel, vt alij volunt, in Sigeum: illicq; Minervæ hostias immolasset, simulq; heroæ rei diuina illis facta, sibi propicios reddidisset, columellam super tumulũ Achillis stantẽ unxit unguentis: nudusq; una cum sodalibus suis circum ipsam cucurrit: coronaq; illis imposita beatum Achillem prædicauit, quod duo illa multũ permagna: & quæ pauci admodum in vita consequi, consecutus esset. Confecisse præterea Aristo. libros non paucos Homericarum quæstionum, memoriæ à veteribus proditum est. quẽadmodum etiam separatim eum tragœdiam ornasse: omneq; demum hoc studium alijs quoque scriptoribus suis illustrasse. Incubuit igitur ille in hanc rem toto animo, atq;, vt existimare licet, quod conatus est, absoluit, cumulateq; perfecit: omnesq; partes poetices subtiliter pertractauit. Cum autem dicendi etiam studium expolisset: atq; ad intimas ipsius partes acie ingenij sui penetrasset, magistrosq; demum illius, artem, quam profitebatur, docuisset, eadẽ natura diuinitate quid boni, maliq, in hac ipsa cernitur posset, declarauit. in quo ẽt plus ne, an minus laborarit, non facile affirmarim. Nã cũ illic plures habuerit, qui ante ipsum in id opus incubuerint, doctoresq; illius studij, ut potuerũt, extiterint, hãc contra arrẽ primũ ipsum aggressum fuisse iudico: neq; enim vlli memorãtur, qui id esse tenuarint: vt post Aryst. ẽt, qui aliquid ipsi addiderint, multũq; in eo progressi sint, minime ferunt. Non falsò ẽt fortasse putaret, qui crederet hũc doctissimi viri laborem magis profuisse ad scripta veterũ poetarum intelligenda: virtutesq;, ac vitia illorũ intelligenda, quam nouum aliquem, qui in eo studio cum laude versatus sit, informasse, & perfectũ undiq; atq; absolutum reddidisse. neq; tamen id auctoris ipsius culpa factũ est: sed vitio potius eorum temporum, quæ postquam ille editus ac diuulgatus est, Athenis, reliquaq; in Græcia, consecuta sunt: ita enim omnia Macedonum armis, intestinisq; malis illic perturbata sunt, vt vetera instituta Atheniensis dimiserint: ac nouos mores, misera illis fortuna conuenientes, paulatim didicerint: otij vero, ac pacis hæc studia socia sunt, floretibusq; rebus gentis alicuius ac populi, non tantum tranquillis ejbus, maxime frequentantur. Romani aũt poetæ ad præcepta hæc, nisi fallor, non multũ auris patefecere: neq; auctoritatẽ huius summi doctoris in studio suo secuti magnopere fuere. tragici nanq;, ac comici totos se ad fabulas Græcas vertendas dederunt, nec nouæ multa argumenta studiose finxerunt. Epico vero carmini colẽdo apti in primis, vt arbitror, Lucretius, Catullusq; fuissent, si eorum alter veriorem materiã cepisset, in qua versibus complectenda ingenium exerceret: alter vero longiorẽ ætatẽ vixisset, cũ innumis adhuc tale specimẽ huius poematis dederit, vt nõ male de ipso hoc auriolari possimus: ambo aũ magnis ingenijs prædita fuere: ijsq; luminibus poemata illa sua referfere, vt si toto pectore in hoc amplum argumentũ incubuissent, nullo negocio pares illi tractandæ,

omniq;

omniq; virtute cumulando, futuri fuisse intelligantur. nam quanta in utroq; fuerit facultas scribendi, eleganciaq; orationis, cum ea etate vixissent, qua maxime latinus sermo purus, sincerusq; esset, quid attinet disputare? Successisse Virgilius, non magno satis spatio temporis intercedente. sed quo gravia ī primis mala, atrociaq; exorta sunt, & qua ve veterem statum eius civitatis liberet. Claruere ac pene Romanum imperium everterūt ita Latinum sermonem, extincta omni nobilitate, totum inquinarunt: & antiquū oēm leporem ei eripuerūt. hoc igitur, cum idoneam materiam, propriamq; eius carminis sum psisse, plurimum ipsam studio diligentiaq; sua exornauit: ac quod arte iudicioq; praestari potuit, egregie perfecit, atque cumulauit. nam & Homerum ducem sibi proposuit, ipsumq; omnia in parte suo pene modo accurate expressit, vel ut quidam voluit, potius exprimere quam certe tanquam apis quadam singulos eius flores, ut tragicorum etiam, reliquorumque optimorum, & Graecorum, & Latinorum poetarum hausisse: indeq; suauissimum mel confecerit, dubitari non pōt. Sed tamen hic magnus, & qui studio illo suo, curaq; adiutus, primum facile locum inter suos sibi vendicarit, ac iudicio multorū cum Homero etiam de primo loco ac palma concertarit. Sed vt ad opus Aristoteleum, artemq; hanc rediam, iacuit diu ipsa: & pene modo; tenebris oppressa atq; extincta fuit. quippe cum è tribus libris, primus tantum in vita relictus sit: reliqui autem duo quos consequebantur, interierint: nec vestigium eorum vllum reperiri. nam ad hunc numerum librorum, quos scripserit de hac arte, peruenisse Aristotelis testimonia veterum auctorū perspicitur: & Plutarchus, n. in Homeri vita tertio libro mentionem fecit, non longe a principio eius bene longa scriptionis, vbi de origine eius poetae disputat, ac quid de vetula memoria prodiderit Aristoteles, diligenter commemorat. Sed etiam Laertius in Socratis vita narrat Aristotelē in vij. lib. ὃν ποιητικῶν duxisse optimo illi viro sedulo aduersatos fuisse Anaxilochum Lemnium, & Antiphontem interpretem portentorum.

Praeterea ipsemet in viij. libro de optimo statu reip. testatur, se accurate, copioseq; disputasse de purgatione perturbationum in his, quae scripsit de poetica. necnon & in primo itidem, & in vij. libro de arte dicendi exponit, se de facetijs, omniq; ipsarum specie seorsum disseruisse in ijsdem de poetica scriptis. quarum rerum vix vmbra quaedam nūc reperitur in hoc libro, quem in manibus habemus. praeterquam quod nullo modo verisimile est ipsum, accuratum in primis doctorem, multas partes huius operis neglecturum fuisse. & eas quidem non paruas: imperfectumq; demum id, atq; inchoatū reliquisse: aut. n. non attingendum id fuit, aut postquam manus illi admouisset: partesq; ipsius alias quas accurate perfecturus esset, reliquas ēt expolire debuit: propositumq; suum ad exitū perducere. nā quum statim in principio huius operis comoediā appellarit: ipsamq; ornādā sibi proposuerit, dubitari nō potest. quomodo igitur ipsam, si opus plenum, integrumq; esset, omittere potuit? Vtinā potius hunc vnum librum, qui restitit, totum, integrumq; esse affirmare possemus, vt scriptionem hāc ipsam ma. cum, debilemq; esse asseuerare nō timeremus. Neque tamen ob id minus nobis gratum, acceptumq, hoc, quod tenemus, esse dēbet: cū. n. ipsum è magna quadā procella, naufragioq; salutem sit, videtur, a nobis ea de eā magni custodiri, ornariq; debere. praeterquam quod ita multa praecepta in ipso continētur: disputationesq; ita acutae, & poetae informando necessariae illic existunt, vt omnis opera in eo diligenter legendo bene collocetur: fructusq; sine dubio maximus inde capiatur. Sed vt fatear ingenue, iacebat hoc praeclarū opus: nec aliquos adhuc acres sui amatores nactum fuerat: quānis .n. formis excusum iā, diuulgatumq, foret, Georgiusq; Valla ī Latinū

ser-

ſermonem ipſum vertere conatus eſſet, non tamen adhuc, quia nulla magna diligẽtia in eo illuſtrando adhibita fuerat, in vſu, honoreq; vllo erat. quum conſtet eruditiſſimos ẽt viros, qui oẽm ætatem in humanioribus ijs litteris expoliendis conſumpſerunt, accurate ipſum non legiſſe: neq; inde vnquam teſtimonia vlla citaſſe. Exortus poſtea eſt Alexãder Paccius, cuius mens, qui ſtudio præterea hoc ipſo vehementer tenebatur ac tragœdiã ẽt quandam, inuento noue genere verſus, noſtro patrioq; ſermone conſcripſit, vt plures ẽt e Græcis poetis, non ſine laude & induſtria multa, partim eodem noſtro: partim Latino ſermone expreſſit: ille igitur ita acriter hoc opus amauit: vt ſemper in manibus illud haberet: ac de nulla re magis cum hominibus docto, verſatuq; in ſcriptis huius philoſophi loqueretur. Quare cum incenſus deſiderio ipſius eſſet ac nulli labori parceret, vt eũ adiuuaret, cũ antiquis libris, cuius rei poteſtatem magnam nactus eſt, cum gratia apud Clementem VII. Pont. Max. floreret, peruulgatam ſcripturam contulit, & multos ſiue dubio locos emendauit. Sed ẽt, cum idem arderet ſtudijs omnis elegantiæ doctrinæ: in primisq;, vt traditum eſt, artem hanc coleret ac frequentaret, vt magis familiarem ſibi hũc librum redderet, ſingulas q; ſententias accurate ponderaret, in Latinum ſermonẽ ipſum vertere aggreſſus eſt: nec tamen plenè, quod aio contendebat, effecit: conatu. n. illi egregio mors obuiam iit, ac ſingulare bonum, quod inde naſci potuit, fregit ac diſturbauit. inchoatus igitur, imperfectusq; labor ille honeſtis ac probi viri exijt: nec tamen non ſtudia aliorum non parum excitauit. Iiidem opus non multo poſt Franciſcus Robortellus toto pectore incubuit: qui & annis, & eruditione florens, conſumptis in tam præclaro, arduoq; opere plurimis vigilijs, hunc librum primus ſcriptis ſuis illuſtrauit. plurimumq; caliginis inde ſuſtulit atq; diſſipauit: necnon ope antiquorum librorum, nonnulla præterea ex eo maculas deleuit atq; exturbauit: cum. n. multa ille legiſſet, fabulas q; oẽs omnium poetarum diligenter verſaſſet, ac ſedulo in primis Græcos ſcriptores, in quibus varia, multiplex q; doctrina exiſtit, volutaſſet, bene paratus in hanc paleſtram venit, quare non ſine cauſa, magnam inde laudem, gloriam q; reportauit. Deſcendit ſtatim in eam dem arenam egregie & inſigniter a parte ornatus, ac ſcientia oĩ ſubtilis comitatus, Vincentius Madius. qui cum ætate. n in grauioribus libris eiuſdem auctoris cotriuiſſet, atq; in celeberrimis gymnaſijs ſcripta ipſius interpretatus eſſet, laborem ẽt hunc viribus ſuis indignum non exiſtimauit, atq; in eo ſuſtinendo oĩ ingenij ſui robur contendit: hic & ſingulas ſententias diligenter examinauit, ac quæ obſtare illæ pugnareq; inter ſe videbãtur, cognouit: adhibita q; diligentia plurima nodos plures diſſoluit, atq; extricauit. & ne longior in laudibus ipſius perſequendis ſine vlla neceſſitate ſim, quippe cum liber ipſe, plenus eruditionis ac diligentiæ, in manibus ſit, vtilem valdè operam ſuam ĩ hoc præbuit atq; collocauit. Sed neſcio quo pacto ego, dum hos vere ornaui, & quantopere ad hoc munus obeundum inſtructi accefferint, ſignificaui, errorem animi mei magis indicaui. qui non ita fortaſſe idoneus huic operi, neq; par tanto oneri ſuſtinẽdo, tamẽ illud ſuſcepi, & quaſi cum illis cõtendere voluiſſe, poſſum exiſtimari. a qua ſane mẽte, conſilioq; longe ſemper abfui: ac quidem aliud magis aio meo cogitaui. quod ſane verũ eſſe, atq; ita prorſus ſe habere, res ipſa, vt arbitror, ratioq;, quã in hac ſcriptione mea ſecutus ſum, declarabit: neq; oĩ huius turpiſſimi criminis ſuſpicione liberabit. Sed, vt rõuem mei conſilij aperiã, ac quid denique me, vt tam erumnoſo nauigationem ſalo, impulerit, ſtudium id fuit iuuandi, & amor erga hunc optimum ſcriptorem incredibilis: cum. n. olim diligenter libros eius de arte dicendi legi: ac ſtudio, vigilijsq; meis quantum potui illuſtraui, eodem

tempore hunc ẽt libellum, non valde alienum ab eo argumento, accurate versani, & ẽ
ipsum obscuritatẽ illuminatissem, ac quam male ille à vetustate tractatus fuisset, cogno
uissem, aliquid lucis ipsi adportare: placuit; nonnullos aliquando eruditos sanare mihi
videbar. cumq; diuitius in hac meditatione fuissem, cœpi sperare, si id facere perexissem, tepo-
re futurum esse, vt adiumento alicui ad eum intelligendum esset, qui non tantum in eo la
borassent, futurus essem. Quod vero fallit in hoc, decipiq; magnopere potuerim, admirã-
dum non est, cum nihil tam difficile omni hominis sit, quam scire, quis sit, ac quid pra-
stare possit, videre. hoc igitur fortasse multis fraudi fuit, ac quod primò, si totum mihi
propositum fuisset, merito me perturbasset, atq; ab eo conatu penitus abduxisset, paula-
tim susceptum, non tam arduum, laboriosumq; mihi visum est. Sed his oibus rebus
nunc relictis, ignoscet arbitror operi vere illis, qui desiderio inuandi ceteros capti, splendo-
req; laudis occecati, manus ausi quod omnes suscipiunt, quam vires earum valeant sustinere,
haud igitur multi quoq; veniam dari rogo: præsertim si timor nullus, obtrectationisq; i hoc
meo labore apparebit: quarum rerum vtrum eorum. spẽmq; vt illa (nisi fortasse nimis
mihi placeo) abesse meo absint, ita vnde delere, ac funditus extinguere conatus sum. Ac
cesserunt postea preces amicorum, assiduaq; ipsorum voces, vt quidquid & ipse mouissem
sem ad hoc studium illustrandum aptum, diuulgarem. & cum amantissimi ipsius mu
ris communicarem: ego ne vt timidè semper ac pedetentim ad hoc opus accessi, & in sin
gulis ipsius partibus multum hæsitauissem ad extremum hoc consilium capiendũ valde
coactus, & tanquam scopulum aliquem prolationem in medium mearum harum vigi
liarum reformidaui. Nam quis cupidi ipsius multi inuenirentur nunquam dubitauit:
neq; id contingit hic, quod in altero illo studio, arteq; dicendi vsu venit, vt in literis tan
tum cimeliis locus sit, vigeatq; solum vt unquillo statu reipub. atq; omni strepitu
bi illi procul fugato. cum enim & illic maxime floreat, ac secundis ipsarum rebus magnope
re delectetur, grauum tamen est regibus, honoresq; ac præmia magna adipiscitur ab opu
lentissimis quibusq; hoibus: idemq; rerum aduersarum solatium ac perfugium magnũ
est. Quis nescit Aeschylo ab Hierone Siculo maximos honores habitos esse? qui cum
Athenis discessisset, existimans se ignominia notatum, quod ipse sui adolescẽtem Sopho
clem, qui tum primum in scenam venerat, delecti iudices anteposuissent, eumq; victo-
rem illius certaminis sententijs suis declarassent, in eum potissimum tellurem se contulit:
tyrannoq; illi mirifice gratus & acceptus fuit. vnde statim præclarum ipsius facinus, be
neficiumq; in illos hoies maximum ingenio suo celebrauit: condolebat enim Hieron tunc Aet
næam velem. vnde poeta ille, argumentum hoc sui carminis fecit, suiq; eo hoie do-
cuit, qua & auctorem eius beneficij ornauit, & hoibus, qui illic viuerent, beatam vitã
ommatus est. Apud Archelaum ẽt Macedonem, vixisse multum Euripidem, notum est
qui rex tam benignus in eum poetam fuisse fertur, & tam sæpe maximas pecunias, munera
ribusq; amplissimus eum ornasse, vt magnum sane pondus auri aliquando Euripides
magno animo recusaret: atque in eo contra preces ipsius perstiterit: aliquando tota
illam pecuniam sodalibus suis necessarijsq; Athenas miserit, ne alium regis erga se pieta
tis videretur repudiare. nam Menandrum ẽt, qui alteram scenam colunt, a Ptolemæo
primo Aegyptiorege magnis propositis donis euocatũ fuisse, memoriæ proditum est. Sed
alia plurima, si maiore confirmatione res egeret, exempla occurrerent: nec solum vete-
ra, verũ ẽt noua, magisq; huic ipsi ætati propinqua, quãuis negari non possit, quin hæc
uariora sint, vt pp misera ẽt, & valde calamitosa superiora tempora, non ita multi fue-

rr,

re, qui huic laudi toto animo incumberent, quamuis non penitus illa vnquàm extincta
sit. cum in aliqua semper gente omni ætate aliqui extiterint, qui vt potuere tunc studia
hæc colerent, atq; amarent. In quo etiam vere patria hæc nostra gloriari potest. quæ in
genia illa tulit, quæ primæ hanc Laudem renouarent, atq; omnibus alijs, qui aliquid ip
sius linguæ scripsissent, longo interuallo præstarent. si autem fuere, vt vno omnium con
sensu patet, Dantes, ac Petrarcha, qui inter alios eius sæculi poetæ, tanquam lumen ali
quod emicuerunt. eorum verò alter, ætate prior, & amplitudine argumenti maior, &
cognitione omnium scientiarum inlustrior, poema confecit, stupore plenum, & diuinita
te multa refertum. Quod si aliquem inferiore ætate natura armauit, ac siquis se ad
scribendum diuino spiritu afflatus contulit, hic profectò is fuit: neq; enim humanis viri
bus mixta mens vlla, quæ vidit ipse, & vt nos videremus effecit, potuisset vnquàm con
templari. Qui successit autẽ illi, quum minorem materiam sumpserit: est enim Petrar
chæ poesis, vt de Anacreonte illo Teio, Cicero memoriæ mandauit, tota amatoria: mul
tum tamen ipsi dignitatis attulit, honestéq; in primis atq; ample teneras illas res, ac mol
les pertractauit. cum contra Græcus ille & turpiorem amorem celebrarit, & vini ple
num, temulentiæq; poema condiderit: ita se demum noster, in eo opere gestit, vt nihil in
eo videatur posse desiderari, quod ad argumentum illud ornandum, atque omni laude
cumulandum faciat. Cum igitur eleganus hoc studium tantum adiumenti ceperit a no
stris hominibus: nec tantum inuenti sint apud nos, qui magnificè, præclaræq; ipsum co
luerint, sed etiam palmam ex eo tulerint, cur non debui & ipse, siquid opis ipsi adferre
possem, valde conari. & cum eximium carmen scribere nõ valeam: nec etiam fortasse re
cti ad faciendi rationem alijs tradere, cum saltem, qui summo ingenio præditus hoc fe
cit artemq; hanc docuit atq, omni elegantiæ supellectile locupletauit, scriptis meis adiu
uare: & præcepta, quæ dedit, vetustate ipsa, & præterea alijs malè corrupta multum,
atque obscurata, sedulitate mea illustrare? Cum aut nunc explicationem huius libri, fi
nem mei laboris esse statuerim, habeam tamen instituta quædam alia, quæ valeant ali
quid ad artem hanc ipsam ornandam, commodiore tpe illa diuulgabo, vt nullare, qua
possim, desinam ipsam expolire, si modo id, quod conatus sum, vllam in partem efficere
potui, atq, præstare. Vt autem omnes ingenij mei vires contendi in singulis sententijs
explanãdis, ita diligentiæ plurimũ studiq; adhibui in antiquis exẽplaribus conquiren
dis: cumq; eis, quæ apud nos sunt, bibliothecas perscrutatus essem, opera & amicorũ, in
dustriaq; in hac re vsus sum. qui vt studio meo inseruirent, cetteras Italiæ omnes excus
serunt, vnde aliquid aptum ad hunc librum purgandum posset expromi. Sed se potius
in hoc illi studiosos mei, diligentesq; præbuerunt, quam auxilio multum mihi, opiq;
ad id quod quærebam, tulerunt. quod sanè ipse admiratus non sum: sciebam. n. vulnera
quæ imposita erant huic operi, multo ab hinc sæculis eo comportata fuisse: videramq;
ipse olim, ac diligenter tractaram volumen quoddam antiquissimum, in quo cum vnà
cum alijs nõnullis bonis auctoribus, fideliter scriptis, hic ẽt liber esset, nihilo melior illic
ille: multis locis, quàm pernulgatus quilibet, typisq; excusus erat, quare desperani ali
quid boni inde posse expectari. Totum igitur me contuli ad lectionem eõm diligẽter
spectandam, quam tamen arbitror me multis locis emendasse, ac studio meo meliorem
reddidisse. quod partim feci ope illorum ipsorum, cuicuimodi erant, scriptorum librorũ:
partim collatione aliorum locorum, ac testimonio denique, auctoritateq; quorundam
veterum auctorum. vt coniecturæ etiam aliquando, acerrimaq; animaduersione ani-

mi mei. quod tamen pudenter (nisi fallor) & caute feci: semelq; tantũ, aut iterũ, aliquid mihi, necessitate coactus, in hoc permisi: aut, si quis ẽt hoc velit, arrogani. nec recuso ẽt, si forte deceptus sum: nimisq; in hoc mihi tribuo, quim opinio mea refellatur. veritasq; ipsa tudocio meo anteponatur: oẽs n. malo, quàm hanc diuino, atq; utilis in primis operi, cui plurimum prodesse studui, videri obfuisse, aut aliquid ipsi macule aspersisse. Nam i hac quoq; simplicitas animi mei cupiditasq; infinita commendi apparebit. quod vt labor hic meus cõsor sit: fenestratisq; auctorũ manore cum molestia percipiantur, ab his ẽt, qui ipsius linguam non didicere, singula verba expressi, ac ne ordinem quidem illorum plerunque seruaui: hanc n. rationem, rudem penitus atq; inornatam, aptiorem semper existimaui scriptoribus huius doctissimi. atq; acutissimi scriptoris exprimendis. qui nanq; in preceptis alicuius artis, rebusq; subtilibus, atq; obscuris versandis, elegantias sermonis secluetur, huc studio ille suo (vt opinor) potius efficeret, quàm lectorem adiuuaret: ac scrupulos sæpe magnos in animum eius inferret: oratio n. eorum, qui aliquam artem tradunt, longe diuersa est a genere dicendi oratorum: & eorum denicq;, qui multum in eo studio versati sunt: quamuis n. illi tunc longè alij scriptoribus incumbant, retinent tamen non parũ frequentia ab ipsis locutionis: resq; oĩs aut multum augere, aut contra contrahere valde, & extenuare consueruut. Hoc ẽt, vt apparet, vidit Melanthius: acutus valde & ingeniosus poeta, vitiumq; minus expolite orationis significauit: cum n. quæsitum esset ex eo quid sentiret de tragœdia Diogenes, respondit non posse se ad eam oculis penetrare, nimis nubes undiq; tenebras atq; obscuritatem. Eodem igitur pacto acuti sensus Aristo. non potuunt indagari, si grauitate verborum spẽq;, tanquam velis quibusdam, operti fuerint atq; adumbrati. Quæ in re fortasse plures, non parum lapsi sunt, qui dum versati in illo scriptore, verborumq; splendore, ac copia diligenter notata, studium Ciceronianum huc transtulerunt, atq; in hoc potius studium oẽ suum: quàm in sensibus philosophi exprimendis posuerunt. quod nullo modo (nisi fallor) fieri oportuit: eruditio n. doctrinaq; absconditæ huius petitur, non flores, ornatusq; sermonis ab his auctoribus expectantur. Verum aũt hoc esse, prorsusq; probari debere, intelligitur ẽt auctoritate illorum, qui publicè Aristoteleos libros interpretantur. qui cum eruditissimi viri sint, ac de hac re egregiè possint existimare: quippe cum ipsos tanquam incudem quandam, commenter tundant: nec vllum quamuis minutam & exilem partem eorum relinquant, quam non subtiliter perpendant & excutiant, relicto labore hoc ipsorum, doctoreq; suo ita concinnato, vt vix agnoscant: veterem illam simplicem puramq; tralationem sequuntur. in eab ea vnquam, in quo sanè multum videnr, decepti elegantia, splendoreq; vllo verborum dimittuntur: siquis n. illic aliquantulam a vero sensu auctorũ digrediatur, quod necesse est, si pluribus verbis, aut ornatioribus vtatur, statim plures, ac molestæ quæstiones eruuntur, quæ magnopere perturbant lectorem, ac sine causa ingenium ipsius exercẽt: cum tale nihil ab auctore vnquam prolatum, aut cogitatum sit. Cognouit rẽ Petrũ Halcyonium, qui rarum quantũ in hoc valuit: ac si conatus hic laudem in se magnam aliquam hẽt, non debuit non magnopere commendari. ita se certe ille in ea rõne gessit, vt non veritus sit Theodorũ infectari, ac cetteros oẽs, quos ille doctissimus vir, plurimumq; in hoc munere laudatus, secutus fuerat, præ se contemnere atq; conculcare. hic nonnullos lib. Arist. interpretatus est, atq; oẽm industriam suam in eo posuit, vt sententias philosophi Ciceronis verbis exprimeret: cuius eloquentiam merito semper probarat, & cũ scribebat ẽt aliquid, non infeliciter reddebat. quid aũt præstare in hoc de quo quærimus

po-

potuerit, non eſt tempus nunc accuratè docere. laborem certe illum non eſſe probatũ teſtatur. quod in ſcholas philoſophorum receptus non eſt, præterquam quod ſtatim exortus eſt, eruditus ſane & accuratus vir, qui valde ipſum accuſauit, ac volumen ẽt de illius in eo opere erratis diuulgauit. Poſſem ẽt exẽplis poſitis certorum locorũ, vitium hoc ipſorum patefacere, & quàm nullo iudicio in hoc vſi ſint declarare: ſed quia ab aliorum vulpis exagitandis toto animo abhorreo, & rem ipſam ſatis iam planam, & apertam eſſe arbitror, omni hoc labore ſuperſedebo. Nam ipſe quoq; huiuſcemodi aliquid fortaſſe efficere potuiſſem, ſi conatus eſſem, atque id rectum eſſe, ac laude magna dignum exiſtimaſſem: eam enim laudem eſſe, dignamque prorſus, quæ hoc nomine appelletur puto eſſe, quæ a ſapientibus viris, iudicioque præditis proficiſcitur: non ab his naſcitur, qui vmbram potius rerum, & quod in promptu eſt ſpectant, quàm vim illarum, naturamq; reconditam intuentur. Huic igitur quoque periculo me expoſui: nec voces malenolorum, imperitorumq;, fructus aliorum gratia reformidaui. & cum fide demum me in hoc, quemadmodum in alijs oĩbus partibus geſſi, atq; eam in primis ſeruaui. Nec tamen nõ auctor ſum ijs, qui harũ litterarum: artiumq, cũm optimarũ ſtudioſi ſunt, vt Græcum ſermonem perdiſcant. quod non magno negocio, ſi tantum ipſius percipere voluerint, quantum huic eruditiſſimo ſcriptori legendo, ceterisq; ſcientijs eo ſcriptis percipiendis ſatis eſt, neque longo tempore impetrabunt: ita. n. paucorum menſium labore, maximos labores, in quos neceſſario aliter ſingulis diebus incurrent, declinabunt: ac multo facilius ad occultos ſenſus auctoris penetrabunt: neq;. n. exiſtimandũ eſt. quemquam melius, aptiusq; ſenſum animi ipſius oratione editurum, quàm auctor ipſe fecerit, è cuius mente, intellectuq; illi prodierunt. Qui vero ſemel guſtata ſuauitate, copiaq, huius ſermonis, contentus hoc non erit, ſed ad fontes etiam poetarum accedere auſus fuerit, atque inde iucundiſſimum liquorem hauſerit, & tanquam in amaniſſimis muſarum prætis requieſcere voluerit, laborabit hic quidem magis. quippe cũ illis ſiſtuitates oĩs, & lepores vndiq; collegerint, & è vetere et iam memoria, peregrinisq; regionibus verba quædam eruerint, vt non pauca quoq; libere ſatis & contra conſuetudinem ipſam aut inuenxerint aut immutarint. Vnde factum eſt. vt quidam ipſos alia lingua, quàm ceteri ſcriptores, locutos exiſtimarint, & ob hanc difficultatem illos attingere magnopere reformidarint. nec tamen non labor ille maximum fructum, voluptatemq; aliquando in animis ipſorum creabit, & moleſtiam illam non ſine grandi fœnore compenſabit. Cum autem iam, quæ dicere cogitaram, ac conſilio meo conſtituendo, neceſſaria exiſtimarem, expoſuerim, alacri animo ad auctorem ipſum ire iubebo. & vt omnes ſingula ipſius verba diligenter expendant, admonebo. quem ipſorum laborem, ſi ſtudio, diligentiaq; mea plurimum leuatus, gaudebo, ac quod magnopere cupij, me plene conſecutum putabo. Sin nullum magnum, vt ſtudui, fructum illis tuli, voluntas certe non defuit: conatusq; huius rei efficiendæ, vt vnicuiq; apparere poſſe puto, non mediocris.

ARISTOTELIS
POETICA

Petro Victorio Florentino interprete.

SVMMA LIBRI.

De Poeſeos conuenientia, ac differentijs: Poeſis origine, ac incremento: Tragediæ eſſentia, partibus, ac ſpeciebus: Epopœæ partes: Poetarum increpationibus, ac defenſionibus: Tragœdiæq. & Epopœiæ comparatione.

Quod ſit operis propoſitum. Quæ Poeſeos conuenientia, ac penes imitationes differentiæ. Cap. 1.

H DE Poetica, ipſaq; & formis ipſius, quam vim vna quæq; habet, & quo pacto oportet coagmentare fabulas, ſi poeſis bene ſe habitura ē: Præterea ex quot, qualibus ve eſt partibus: eodemq; mō et de aliīs, q̄ eiuſdē rationis, viæq; ſunt, diſſeramus, initio ſumpto, vt naturæ mos eſt, pri-
I mum a primis. Epopœia iam & tragœdiæ poeſis: adhuc aūt comœdia & dithyrambica, atque eius quæ vtitur tibīs pluri ma: nec non citharisticæ, omnes imitatio ſunt, ſi quis totum ſimul ſpectet. Diſcrepāt autem inter ſe tribus, aut. n. quod rebꝰ genere diuerſis imitantur, aut q̄d res diuerſas, aut quod aliter, & non eodem mō. Quēadmodū. n. & coloribꝰ & figuris multa quidā imitātur, effigiē illorū exprimentes: hi q̄dē per artē: hi vero per conſuetudinē: alī vero per vocē imitantur: ſic in artibus dictis, cunctæ ſanè imitationem efficiunt in rhythmo & oratione & harmonia. His autē aut ſeparatim aut mixtis ceu harmonia & rhythmis vtītur ſolū, & ea quæ tibias inflat et citharistica: & ſi forte aliquæ aliæ huiuſcemodi ſunt, vt ars illa, q̄ fiſtulis vtitur. Ipſo autē rhythmo imitant abſq; harmonia, q
ē numero ſaltatorū aliquos imi M
tantur: hi nanq; per rhythmos figuratos imitantur & mores, & affectus, & actiones. Epopœia vero ſolū ſermonibus nudis, vel metris, & his q̄dē ſiue mixtis illis inter ſe, ſiue yno quodā genere metrorū vtens, vt vſque ad hanc diem fecit. Nullo enim haberemus nominare communi Sophronis ac Xenarchi mimos, & Socraticas fabulas: neq; ſiquis per trimetra, aut elegos

aut

A aut alia quædam huiuſcemodi genera carminum, imitationē non fecerit, niſi quod homines coniungentes cum metro, ποιη̃τ, hos quidem ἐλεγειοποιοὺς: hos autem ἰαμβοποιούς, nominãt. Non vt eos, qui ſunt ſecundum imitationem, poetas, ſed cõmuniter ſecundum metrum appellantes: etenim ſi quidpiam medicinæ præcepta continens, aut artis muſicæ propriũ verſibus ediderint, ſic appellare conſuerunt. Nihil autem commune
B eſt Homero & Empedocli præter metrum. Quapropter hunc quidem poetam iuſtum eſt vocare, hunc vero phyſiologũ potius q̃ poetam. Similiter autẽ, & ſi quis omnia metra permiſcens non efficiat imitationem ceu Chæremon Centaurum cõfecit, opus mixtum ex omni genere verſuum, non oportet iam hunc poetam vocare. De his quidem igitur hũc in modum explicatum ſit. Sunt autem nonnullæ, quę vtuntur omnibus dic-
C ctis: intelligo autem, ceu rhythmo & concentu & metro: quẽadmodum et dithyrambo:um poeſis, & nomorum, nec nõ tragœdia, & comœdia. diſcrepant verò hę inter ſe, quod partim harum vna cunctis: partim autẽ ſingillatim vtuntur. Has quidem igitur dico differentias artium, in quibus efficiunt imitationem. Quia aũt imitantur ĩj, qui imitantur agentes: neceſſe aũt ẽ, hos aut ſtudioſos aut improbos eſſe: mores.n. ferme ſem D
per comitantur his ſolis: vitio .n. & virtute, quod pertinet ad mores diſcrepant oẽs, ſiue meliores, q̃ comparati nobis ſint, ſiue deteriores, ſiue & tales neceſſe eſt imitari, quemadmodũ pictores. Polygnotus quidem .n. meliores: Pauſon, autem deteriores. Dionyſius vero ſimiles pingebat. Planũ autem eſt, quod vna quę q̃ dictarum imitationum habebit has differen-
E tias: & erit diuerſa, eo quod diuerſas res imitetur hunc in modum. etenim in ſaltatione, & tibiarum fidium q̃ vſu fieri põt, vt ſint hæ diſſimilitudines. Et circa orationem & nuda carmina: ceu Homerus quidẽ, meliores: Cleophon autẽ, pares: Hegemon vero Thaſius, ille qui primus parodias cecinit: & Nicocharis, qui Deliada verſib⁹ ſcripſit, deteriores. Simili mõ autẽ et circa dithyrãbos, & circa nomos: vt Perſas & Cyclopas, Timotheus & Philoxenus, imitari poſſet aliq̃s. In eadẽ autẽ diſ- F
ferẽtia et tragœdia ſeparata fuit a comœdia: hæc quidẽ. n. deteriores: hęc vero meliores, imitari vult, quã ñ q nũc ſunt. Adhuc aũt horũ tertia dr̃ia ẽ, vt ſingulas has res imitareť aliq̃s, etenĩ ſ ñſdẽ et eaſdẽ res licet imitari: aliqñ q̃dẽ exponentẽ, vel aliud quippiã factum, qũo Homerus facit: vel vt eundẽ et nõ ſe ĩmutãtẽ: vel oẽs vt agẽtes & moliẽtes aliq̃d eos, quos imitamur.

G In trib⁹ iã his dr̃ĩs imitatio versatur, vt initio dixim⁹: in quibus ſ. & quæ, & quomodo. Quapropter hac quidem idem cum Homero imitator Sophocles eſſet: imitantur enim ambo ſtudioſos. hac vero cum Ariſtophane agentes enim imitantur & gerẽtes ambo. Vnde & dramata vocari nonnulli ipſa aũt, quia imitantur agentes. Qua etiam de cauſa vendicant ſibi tragœdiam & comœdiam Dorienſes. Aſciſcunt verò ſibi comœ-
H diam Megarenſes: & qui hic, tãquam illa exorta ſit apud ipſos, cum popularem ſtatum ciuitatis habebãt: & qui ex Sicilia: ex illis enim locis Epicharm⁹ poeta prodiit, qui multo tempore prior extitit Chonnide & Magnete. Tragœdiam vero ſibi vẽdicant quidam ẽ numero eorũ, qui incolũt Peloponneſum, ducentes ſignum a nominibus: hi enim affirmant ſe appellare co-
I mas, pagos. Atheniẽſes vero, demos: tanquam comœdi vocati non ſint a verbo κωμάζειν, ſed nomen duxerint ab errore illo per pagos, quo illic vagabãtur, qui ignominia notati ex vrbe diſcedebant. Præterea facere ipſi quidem ſe oſtendunt vocare δρᾶν. Athenienſes vero πράττειν. De differentijs autem imitationum, & quot, & quæ ſint, hæc ſatis habenda ſunt.

De ipſius poeticæ ſuarumq; ſpecierum origine, ipſarum incremento, ac mutatione Tragœdiæ, atq; Epopœiæ ſimilitudine. K
Cap. 2.

VIdentur autem genuiſſe quidem omnino poeticã cauſæ duæ quædam, atque hæ naturales: imitari enim inſitum eſt hominib⁹ a pueris: & hac re illi differunt a cæteris animantibus, quod animal eſt homo maxime aptum ad imitãdum & primas perceptiones ipſe facit imitando. Et gaudere L
rebus imitatione expreſſis vniuerſos. ſignum autem huius rei eſt, quod contingit in operibus opificum, quæ enim ipſa cum moleſtia videmus, horum imagines, magno artificio, exquiſiteq; expreſſas cum ſpectamus, lætitia afficimur, ceu beluarum formas abiectiſſimarum, & cadauerum. Cauſa autem huius etiam rei eſt, quia diſcere non ſolum philoſophis iucundiſſimũ eſt, verum etiam alijs ſimiliter: verum parum participes eius M
ſunt: hanc enim ob cauſam gaudio afficiuntur, cum cernunt imagines rerum: quia contingit ipſos, ſpectantes perdiſcere, ac ratiocinari quid vnumquodque eorum ſit. Ceu quod hic ille eſt: quia, niſi ille antea rem viderit, tunc non imitatio efficiet voluptatem, ſed propter artificium ſtudiumq; opificis, aut colorẽ, aut propter aliam quampiam huiuſcemodi cauſam. Cum au-

tem

A tem imitari nobis ex natura ſit, & harmonia & rhythmus (nam metra particulas eſſe rhythmorum perſpicuum eſt) a principio qui natura facti erant præcipue ad ipſas has res, paulatim promouentes, procreauerunt poeſim ex ſubitis ſtudijs, & ijs quæ ex tempore dicerentur. Diuulſa vero poeſis fuit ſecundum ſuos proprioſq; mores eorũ, qui eam tractarent: grãdiores enim honeſta facta imitabantur: & ea denique quæ ab huiuſcemodi naturis proficiſcerentur. Humiliores vero, facta turpium virorum: primum canentes vituperationes: quemadmodum alteri illi hymnos & laudationes. Eorum quidem igitur, qui Homerum ætate anteceſſerint, nullus poſſum⁹ huiuſcemodi poema dicere: credibile autem eſt eſſe multos. Si vero ab Homero initium fecerimus, licet. Ceu eſt Margites illius, & huiuſcemodi nonnulla. in quibus & quod valde congrueret, iambicũ metrum venit. Vnde & iambicum vocatur nũc, quia in hoc metro ſe mutuo lędebant, atque omni contumelia afficiebãt: extiteręq; priſcorum illorum: hi quidem, heroicorum: hi vero, iamborũ poetæ. Quemadmodum autẽ & in rebus grauibus maxime poeta Homerus extitit (ſolus enim non tantum quia bene: verum etiam, quia imitatiões dramaticas condidit) ſic & comœdiæ figuras primus leuiter monſtrauit. nõ vituperationem, ſed ridiculam materiam tanquam dramate complectens: Margites enim proportione ſe habet, vt Ilias & Odyſſea ad tragœdias, ſic & hic ad comœdias. Cum autem apparuiſſet tragœdia & comœdia, qui ad vtranque poeſim ferebantur naturę quodam inſtinctu: hi quidem pro iambis comici extitere: hi vero pro hexametris, tragici euaſere, quia maiores, plenioresq; honoris figuræ hæ ſunt, quàm illæ. Quærere vero præterea, ſi tragœdia iam, quod ad ipſius ſpecies pertinet, ita ſe habet, vt ſatis ipſi eſſe poſſit, an non: ipſumq; per ſe exiſtimatum & ad theatra, alia diſputatio eſt. Nata igitur initio extemporanea & hęc & comœdia: & altera quidem ab his qui dithyrambum canebant: altera vero ab his qui phallica, q̃ vſq; ad hoc tempus manẽt quibuſdam ĩ ciuitatibus legibus inſtitutisq; confirmata, paulatim creuit, vlterius ſemper producẽtibus, quantum ipſius perſpicuum fuit. Et cum multas mutatiões ſuſtinuiſſet tragœdia, quieuit, quia ſuam naturam nacta eſt. Et hiſtrionum multitudinẽ ex vno ad duos primus Aeſchylus perduxit, & partes chori minuit: & orationẽ quę prima concertaret, inſtituit. Tres autem, & ſcenæ ornatum Sophocles. Adhuc autẽ magnitudo ex paruis fabulis & locutione ridicula quia ex ſatyrico mutata eſt, ſe-

rò

G rō granditatem honeſtatemq; ſuam nacta eſt. Metrumq; e tetrametro iambicum natum eſt: primum.n.tetrametro vtebantur: quia ſatyrica & multū reti nens ſaltatorię artis erat tūc hęc poeſis. Locutiōe autem nata, ipſa natura ſuum propriumq; metrum repperit: maxime .n.e numero omnium metrorum iābi cum aptū locutioni eſt. ſignum aūt huius rei eſt: plurimos nan que ſenarios iambicos edimus in ſermonibus, quos inter nos H habemus: hexametros vero; ra ro, & tunc ſolum, cū eximus ex modulatione apta familiari ora tioni. Adhuc aūt epiſodiorum multitudines, et cetera vt ſingu la ornata fuiſſe dicūtur. De his quidem igitur tot a nobis dicta ſint: multū.n. fortaſſe opus eēt ſingillatim percenſere. Comœ dia autem eſt, vt diximus, imi tatio deteriorū quidem: non tñ in omni vitñ genere: ſed ridicu lū turpis eſt pars: ridiculū.n.eſt I peccatū quoddam et turpitudo ſine dolore, & q̄ non interimat: ceu ſtatim ridicula facies, q̄ tur pis eſt ac diſtorta ſine dolore. Tragœdiæ quidē igitur migra tiones, & per quos extitere, non fefellerunt. Comœdia vero, qa initio nullum ſtudiū in ea poſi tum eſt, fefellit: etenim chorum comœdorum ſero magiſtratus dedit: ſed voluntarñ erant. Cū autem ipſa iam figuras quaſdā haberet, qui ferūtur ipſius poe tę memorantur. Quis autē per ſonas asſignauit, aut prologos, K aut multitudinem hiſtrionum, & reliqua huiuſcemodi, igno ratur. Fabulas autem facere Epicharmus & Phormis in cœpere. A principio quidem igitur ex Sicilia venit. eorum vero, qui Athenis nati ſunt, Crates primus cœpit, cum abie ciſſet formam illam iambicam, in vniuerſum facere ſermones vel fabulas. Epopœia quidem igitur tragœdiæ comitata ē vſ que ad hoc ſolum, quod metri ca oratione imitatio eſt ſtudio- L ſorum virorum. Quod autem metrum ſimplex habet, & enar ratio eſt, hac parte ſter ſe diſcre pant. præterea longitudine: hęc nanque quem maxime pōt, ni titur intra vnum ambitum Soſ lis redigi, aut parū variare. Epo pœia vero indefinita eſt tempo re: & hoc diſcrepat ab illa: quā quam primis temporibus ſimi li ratione in tragœdīs hoc facie bant, & in epico carmine. Par tes autem ſunt hæ quidem ex dē: hæ vero propriæ tragœdię. M Quapropter quicūq; de tragœ dia cognouit, ſtudioſa et nequā, idem ēt cognouit de epico car mine: quęcunq; .n. habet epo pœia, tragœdiæ inſunt, quæ ve ro ipſa habet, non omnia in epo pœia inueniuntur. De poeſi q dem igitur, quæ in hexametris imitatur, & de comœdia, poſt dicemus: de tragœdia aūt diſpu tem⁹, collecta ex dictis, q̄ ide na ſcit, definitione eſſentiæ ipſius.

Quę

A *Quæ ſit Tragœdiæ eſſentiæ definitio.*
Cap. 3.

ESt igitur tragœdia imitatio actionis ſtudioſæ & perfectæ, magnitudinem habentis, cõdita oratiõe, ſeorſum vnaquæq; formarum in partibus agentibus: & non per expoſitionem, ſed per miſericordiã & metum cõficiens huiuſcemodi perturbationũ purgationẽ. Dico iam conditam quidẽ orationem, quæ habet numerum et harmoniam et metrum. illud autẽ. Seorſum formis, quia opemetrorũ quędam ſolum efficiũtur, & rurſus alię vicãtus. Quia autem agentes faciunt imitationem: primum quidẽ neceſſario vtiq; eſſe debet aliqua pars tragœdię oculorum ornatus: deinde cantus, & dictio: in his. n. faciunt imitationẽ. Voco autẽ dictionem, ipſam metrorum cõpoſitionem: cantũ autem, quod vim perſpicuam habet omnẽ.

Quot, & quæ ſint ipſius Tragœdiæ partes quales, & quem inter ſe ordinem habeant. *Cap.* 4.

QVia autẽ actionis eſt imitatio: agitur autẽ a quibuſdam agẽtibus: quos neceſſe eſt quales quoſdam eſſe & moribus & ſententia: propter hos. n. & actiones eſſe dicimus quales quaſdam, duæ actionũ cauſę natura ſunt, ſnĩa & mores, & ſm has adipiſcuntur finem ſuum: & inde ẽt depelluntur oẽs. Eſt autẽ actionis quidem imitatio fabula: appello enim fabulam hanc compoſitionem rerũ: Mores autem ſm quos quales quoſdã eſſe affirmamus eos, qui agunt: ſentẽtiam aũt, ea, in quibuſcunq; dicentes demõſtrant aliquid, ſeu ẽt enuntiant mentem ſuam. Neceſſe eſt igitur oẽs tragœdiæ pres eſſe ſex, ſm quas qualiſquædã tragœdia eſt: hæc autẽ ſunt, fabula, mores, & dictio, & ſnĩa & apparatus & concentus: quibus quidẽ. n. imitãtur, duę partes ſunt: vt autem imitantur, vna: quæ aũt imitantur, tres: & præter has, nulla. His quidem igitur nõ pauci ipſorum, vt ita loquar, vtuntur formis: etenim aſpectationem habet oẽ, & mores, & fabulã, & dictionem, & concentum, et ſnĩam eodem pacto. Maximum autem horum eſt rerum coagmẽtatio: tragœdia enim imitatio eſt, nõ hominum, ſed actionis & vitæ: & felicitatis & infelicitatis: etenim felicitas in actione eſt: & finis actio quędam eſt. non qualitas. Sunt autem ſecundum quidem mores, quales quidam: ſecundum autem actiones, felices vel cõtra. Non igitur vt mores imitentur, agunt: verum mores cõplectuntur propter actiones. Quapropter res & fabula finis tragœdiæ: finis autem maximum õmnium. Præterea ſine actione quidem nullo modo fieri poſſet tragœdia: ſine moribꝰ aũt extare poſſet: recentiorum .n. plurimorũ tragœdiæ carent moribus:

G moribus: & omnino poetę multi huiuſcemodi ſunt: ſicut & pictorum Zeuxis ad Polygnotum ſe habet: Polygnotus quidem enim bonus eſt deſcriptor morũ. Zeuxidis autem pictura nullos habet mores. Præterea ſi quis deinceps collocarit ſermões moratos, & dictiones & ſententias probe cõſectas, efficiet quod eſt tragędię op⁹: verum multo magis, quæ his deterioribus vtitur tragœdia erit, habens fabulam & coagmentationem rerum.

H Ad hæc autem: maxime res, quibus tragędia capit animos hominum, fabulæ partes ſunt: peripetiæ inquam & agnitiones. Adhuc ſignum eſt, quod qui ſe ad ſcribendas tragędias dant, prius valent & locutione & moribus exquiſitè res tractare, & ſchemata rerum, coagmentare: ſicuti & primi poetæ ferme omnes. Principiũ quidem igitur, & tanquam anima mus tragędiæ fabula eſt: ſecundum autẽ, mores: aſſimile enim

I eſt & in pictura: ſi enim aliquis illuniret pulcherrimis medicamentis fuſim, non ſimiliter oblectaret, ac ſiquis albo deſcriberet imaginem. eſtq; imitatio actionis, & per hanc maxime eorum qui agunt. Tertium autem ſententia. hoc autem eſt dicere poſſe ea, quæ in re inſunt, & quæ illic congruunt: quod quidem in oratione ciuilis facultatis, & artificij dicendi, opus eſt: priſci quidem enim ciuiliter faciebant dicẽtes: noſtri vero temporis, rhetorice. Sunt autem mores qui- K
dem huiuſcemodi quiddã, qđ aperit electionẽm qualis quædam: in quibus non eſt perſpicuum num eligit aut fugit. Quare non habent mores è numero orationum illæ, in quibus penitus nõ eſt, quod eligit, aut fugit, qui dicit. Sententia verò in quibus demonſtrant aliquid, quod eſt, aut quod non eſt, vel vniuerſum aliquid enuntiant. Quartum autem eorum, quæ in oratione quidem manent, dictio. L
Dico autem, quemadmodum prius dictum eſt, dictionem eſſe per verba animi interpretationem: quod & in vincta metris, & in ſoluta oratione habet eandem vim. Reliquarum vero quinta eſt melopęia, maximũ condimentorum. Apparatus autem quiddam eſt, quod quidem allicit ad ſe animos: maxime autem eſt expers artis: & minime ſuum proprium⁊ poeticæ: tragędiæ enim vis & ſine cõtentione & hiſtrionibus manet. M
Præterea maiorem poteſtatem habet in fabrica, conſtructione ve apparatuum ars opificis illius, qui fabricat inſtrumẽta ſcenæ, quàm ars poetarum.

De Fabula magnitudine. Cap. 5.

EXplicatis autem his, dicamus poſthęc qualem quã dam oportet conſtitutionem eſſe rerum: quia hæc & primum & maximũ eſt tragędiæ. Poſitum autem eſt a nobis tragœdiã

A gœdiã perfectæ ac totius actionis eſſe imitationẽ: quæ habeat magnitudinem aliquam: eſt.n. totum & quod nullã habet magnitudinem. Totum autẽ eſt, qd habet prĩcipiũ, et mediũ, & finem. Principiũ aũt eſt, qd ipſum quidẽ ex neceſsitate non poſt aliud eſt: poſt illud autem aliud natum eſt eſſe, aut fieri. Finis autem contra, qd ipſum quidem poſt aliud natum eſt eſſe, vel ex neceſsitate vel plerunq; poſt hoc autem aliud nullum. B Medium autẽ, quod & ipſum poſt aliud, et poſt illud itẽ aliud diuerſum ab eo. Oportet igitur bene conſtitutas fabulas, neque vnde ſors tũlit, temereq; incipere: neq; vbicunq; contigit deſinere, verum vti dictis formis. Adhuc autem quia pulchrum & animantem & oẽm rem, quę conſtitit ex quibuſdã, non ſolũ hæc ordine poſita oportet habere, verum ẽt adeſſe magnitudinẽ, non quamlibet: pulchrum .n. i magnitudine & ordine manet. C Vnde neq; valde puſilla aliqua eſſe poſſet pulchra animãs: confunditur .n. ſpectatio prope inſenſile tẽpus facta: neq; valde magna: non.n. ſiſ' ſpectatio fit, ſed perit euaneſcitq; ſpectantibus vnum ac totum ex ſpectatione. Ceu ſi decem milium ſtadiorum ſit animans. Quapropter oportet quemadmodum i corporibus, & in animantibus habere quidem magnitudinẽ: hanc autem facile circumſpici poſſe, ſic & in fabulis, habere L quidem longitudinem: hanc autem facile memoria teneri poſſe. Longitudinis autem terminus ad contentiones & ſenſum, non artis eſt. Si enim centũ tragœdias oportuiſſet contẽdere, ad clepſydras vtiq; contendiſſent: quemadmodum quondã & alĩs temporibus affirmant. Terminus autẽ rei ex ipſius natura, ſemper quidem qui maior eſt, dummodo maneat itra eos fines, vt vna totus perſpicuus ſit, pulchrior ẽ, quod ad magni E tudinem pertinet. Vt autẽ ſim pliciter, re definita, dicamus, in quanta magnitudine ſecũdum veriſimile, vel neceſſarium, deinceps naſcentibus rebus, contingit in res ſecundas ex aduerſis, vel ex rebus ſecundis in aduerſas mutari, idone⁹ terminus eſt magnitudinis.

De Fabulæ vnitate. Cap. 6.

FAbula autem eſt vna, non, quẽadmodum nõnulli arbitrantur, ſi circa vnũ fue F rit: multa .n. & infinita genere contingunt, ex quibus nonnullis nihil eſt vnum. Sic autem & actiones vnius multæ ſunt, ex quib⁹ vna nulla fit actio. Quare omnes videntur peccare, qui cunq; poetarum Heracleidem, & Theſeidem, & huiuſcemodi poemata fecerunt: putant enim quia vnus erat Hercules, vnam & fabulam eſſe oportere. Homerus autem, quemadmo-

G et ceteris rebus antecellit, et hoc videſ pulchre vidiſſe, ſiue pp artē, ſiue propter naturā. Odyſ ſeam. n. faciens, non complexus eſt carmine illo oſa, quęcūq; ipſi contingere. Ceu vulnus accepiſſe in Parnaſſo: ſimulaſſeq; in fanire in coitiōe exercitus: Quorum nullum altero facto, neceſſarium erat: vel veriſimile alterum factum eſſe. Verum circa vnam actionē, qualem dicim⁹ Odyſſeam, manſit: eodem pacto & Iliadem: Oportet igitur, H quemadmodum in alijs imitatricibus vna imitatio vni⁹ eſt: ſic & fabulam, quia actiōis imitatio eſt, vniuſq; cē & huius totius: & partes rerum conſtare ſic vt tranſpoſita aliqua parte, vel dempta, diuerſum reddatur vel moueatur omne: quod. n. cum adeſt vel nō adeſt, nihil facit apparens, neq; pars hoc eſt.

Quæ ſit inter Poeſim, & Hiſtoriam differentia. Cap. 7.

I PErſpicuum aūt ex dictis, & quod nō ea, quæ facta ſunt dicere, hoc poetę op⁹ eſt, ſed qualia vtiq; fieri debuerunt, & ea quæ effici poſſunt ſecundum veriſimile vel neceſſarium: hiſtoricus enim & poeta non eo, q̄ aut metris adhibitis, aut ſine metris dicant, differūt: liceret. n. Herodoti ſcripta ſ metra ponere: & nihilominus vtique hiſtoria quędam eſſet, ſi cū metro eſſet, quām ſine metris. Verum hoc diſcrepat, quia hic dicit ea, quæ facta ſunt: hic autē, qualia fieri debuerunt. Quare & Philoſophū magis, et magis ſtudioſum poeſis, q̄ hiſtoria eſt: poeſis enim potius quæ in vniuerſum: hiſtoria vero, q̄ ſingillatim fiūt, dicit. eſt autem vniuerſale quidem quali homini qualia contingit dicere aut facere ſecundum veriſimile aut neceſſariū: quod propoſitū habet poeſis, nomina imponens. Singulare autem, quid Alcibiades fecit, aut paſſus eſt. In comœdia quidem igitur iam hoc manifeſtum extitit: cum. n. conſtituerint fabulam per veriſimi L lia, ſic quælibet nomina impo-nunt: & non, quemadmodum iamborum auctores, circa ſingulos homines carmen cōdūt. In tragœdia autem nominib⁹, quæ iam fuerint, hærent. Cauſa autem eſt, quod aptū ad perſua dēdum eſt id, quod fieri poteſt. Quæ igitur facta non ſunt, nōdum credimus eſſe poſſibilia: quæ autē facta ſunt, perſpicuū eſt, quod poſſibilia ſunt: neq; n. facta fuiſſent, ſi eſſent e genere M eorum, quæ fieri non poſſunt. Nec tamen non etiam in tragœdijs: in aliquibus quidem vnū, vel duo notorum nominū ſunt: cetera autem ficta: in quibuſdā autem nullum, vt in Agathonis flore: ſimiliter enim in hoc & res & nomina facta ſunt: & nihilominus delectat adeo vt nqn omnino quærendū ſit, traditis a maioribus fabulis, circa quas tragœdiæ ſunt, hærere: etenim

ridiculum

A ridiculum hoc quærere, quia et nota paucis nota ſunt, & tamen oblectant cunctos. Perſpicuũ igitur ex his, q̃ poetam magis oportet fabularum eſſe effectorem, cũ ſit verſuum, quanto poeta eſt ſm imitationem: imitatur autem actiões. Quamuis igitur contigerit res factas pangere, nihilominus poeta eſt: rerum.n. factarum nonnullas nihil vetat huiuſcemodi eſſe, quales veriſimile eſt fieri debuiſſe: & eius generis vt effici illo modo potuerint, ſm q̃d ille ipſarũ poeta eſt.

B

Quæ Fabulæ pulcherrimæ, & quæ deterrimæ. Cap. 8.

SImplicium aũt fabularum & actionũ, epiſodicæ ſunt peſſimę. Appello autẽ epiſodicam fabulam: in qua epiſodia altera poſt altera neq; veriſimile, neq; neceſſe eſt eſſe. Huiuſcemodi aũt efficiuntur a malis poetis propter ipſos: a bonis autem pp̃ hiſtriones: concertationes.n. facientes, & ſupra vires fabulã extendentes, fæpenumero coguntur diſtorquere ordinem. Quia autem non ſolum perfectæ eſt actionis imitatio, verumetiam terribilium & miſerabilium: hæc autẽ fiunt maxime huiuſcemodi: & magis quando fuerint præter opinionem inter ſe connexa: admirabile enim ſic habebunt, magis quam ſi a caſu & fortuna: quia & eorum, quæ a fortuna fiunt, hæc maxime admirabilia vidẽtur, quęcunque tãquam ex induſtria apparent facta fuiſſe. ſi cut ſtatua Mitys Argis interfecit eum, qui cauſa interitus Mityi fuerat, cum in eum ſpectantem incidiſſet: videntur enim huiuſcemodi non temere facta eſſe. Quapropter neceſſe eſt huiuſcemodi eſſe pulchriores fabulas.

C

D

De ſimplicibus, atq; implexis fabulis: Peripetia, agnitione, ac perturbatione, fabulæ partibus. Cap. 9.

SVnt autem fabularum hæ quidẽ ſimplices: hæ autem E
plexę & enim actiões, quarum imitationes fabulę ſunt, illico huiuſcemodi exiſtunt. Dico autem ſimplicem quidem actionem, qua fãcta, quemadmodum definitum eſt, cõtinua & vna, ſine peripetia, vel agnitione tranſitus fit. Plexa autem eſt, ex qua cum agnitione vel vel peripetia, vel ambabus, trã ſitus fit. Hæc autem oportet facta eſſe ex ipſa coagmentatione fabulæ, vt ex ante factis contingat vel neceſſario, vel veriF
ſimiliter, fieri hæc: differt enim multum fieri hęc propter hæc, vel poſt hæc. Eſt autem peripetia quidem in cõtrarium eorũ, quæ aguntur, mutatio, quemadmodum dictũ eſt. et hoc aũt, vt dicimus, ſm veriſimile aut neceſſarium. Ceu in Oedipode, cũ veniſſet vt lętitia affecturus Oedipum: & liberaturus metu aduerſus matrẽ, cũ aperuiſſet, qui nam ille foret, contrarium

effecit

effecit. Et in Lyncheo: hic quidē ductus vt moriturus: Danaus autem perſequēs, vt interfecturus: hunc qui sē contigit ex rebus geſtis, mori: hunc vero, conſeruari. Agnitio autem eſt, quē admodum et nomen ſignificat, ex ignoratione in cognitionem mutatio: vel in amicitiam, vel inimicitias, perſonarum, quæ ad vitam beatam aut miſeram definitæ ſunt: Pulcherrima autem agnitio eſt, cum ſimul peripetiæ extiterint: quale habet, quæ in Oedipo eſt. Sunt quidē igitur & aliæ agnitiones: etenim ad res inanimes et quaslibet ēt, eſt quando, vt dictum eſt, cōtingit. & ſi fecit aliquis aut non fecit, licet agnoſcere: Sed ea, quæ maxime fabulæ eſt: & quæ maxime actionis, eſt, quæ dicta eſt: huiuſcemodi. n. agnitio & peripetia vel miſericordiam habebit, vel metum, qualium actionum tragœdia imitatio eſſe ſupponitur. Adhuc autem & miſerum effici, & valde ſecūdis rebus vti, in huiuſcemodi continget. Quia iam agnitiō, quorundam eſt agnitio, agnitiones hæ quidem ſunt alterius ad alterū ſolū, qñ fuerit alter manifeſtus quis eſt: aliquando autem ambos oportet agnoſcere. ceu Iphigenia Oreſti agnita ē ex epiſtolæ miſſione: illi autem ad Iphigeniam alia opus fuit agnitiōe. Duæ quidem igitur fabulæ partes circa hæc ſunt, peripetia, & agnitió. Tertia autē paſſio: Harum peripetia quidem, & agnitio, dictæ ſunt. Paſſio autem ē actio, quæ interitum affert, aut graues dolores gignit. vt quæ ſ aperto fiunt mortes, & ciulat⁹, & vulnerationes, & quæcunq; huiuſcemodi.

Quot, et quæ ſint Tragœdiæ partes quantæ. Cap. 10.

PArtes quidē igitur tragœdiæ, quibus quidē, vt formis, oportet vti, prius diximus. Secundū autem quantum, & in quas diuiditur ſeparatas, hæ ſunt. Prologus, epiſodiū, exodus, choricum: et huius quidem altera pars, parodus: altera vero, ſtaſimō. Communia quidē omniū, hæc: propria autem, quæ ab ſcena, & commi. Eſt autem prologus quidē pars tota tragœdiæ, quæ ante parodum chori. Epiſodium autem pars tota tragœdiæ, quæ interiecta eſt inter totas chori cantilenas. Exodus autem pars tota tragœdiæ, poſt quam non eſt chori cantilena. Chorici autē: parodus eſt prima dictio totius chori: Staſimon autem cantus chori, qui eſt ſine anapæſto & trochæo. Commus autē lamentatio communis chori & abſcena. Partes aūt tragœdię, qb⁹ q-dē, vt formis, op3 vti, pri⁹ diximꝰ. Secūdū aūt quātū, et ſ quas diuidit ſeparatas, hæ ſunt. Quæ aūt oportet cōiectare, et q̄ oportet cauere, cōſtituentes fabulas, et vñ erit tragœdię op⁹, deſceps tradendū ñra, q̄ nunc dicta ſunt.

Quę

Quæ vitari, ſtilusque texentes fabulas oporteat, & a quibus locis Tragedia ipſius opus ducatur.

Cap. 11.

QVia igitur oportet compoſitionẽ eſſe pulcherrimæ tragœdiæ non ſimplicem, ſed nexam: & hãc formidoloſorum & miſerabilium eſſe imitatricem: hoc enim propriũ huiuſcemodi imitationis eſt, primum quidẽ manifeſtum, quod neq; æquos & probos homines oportet mutare os apparere ex felicitate in infelicitatem: nõ enim formidoloſum, neq; miſerabile hoc, ſed ſceleratum eſt. Neque prauos ex infelicitate in felicitatem: hoc enim è cunctis alienum maxime eſt à tragœdia: nihil.n. habet eorum quæ oportet: neq; enim gratum hominibus, neq; miſerabile, neque formidoloſũ eſt: Neque rurſus vehementer improbum ex felicitate in infelicitatem cadere: quod gratum.n. ſit hominibus haberet ſanè huiuſcemodi cõſtitutio, ſed neque miſericordiam, neque timorem: hæc enim circa indignum eſt, rebus malis oppreſſum: hic autem circa ſimilem. Miſericordia quidem, circa indignum: timor autem, circa ſimilem. Quare neq; miſerabile, neq; formidoloſum erit quod contingit. Qui in medio igitur horũ reliquus: eſt autem huiuſcemodi, qui neque virtute præſtat ac iuſtitia: neq; propter vitium & prauitatem mutatur, caditq; in res aduerſas, ſed propter errorem quendam, hominum, qui ſunt in magna exiſtimatione & abundantia omnium bonorum. Ceu Oedipus & Thyeſtes, & qui ex huiuſcemodi familijs clari atq; illuſtres viri. Neceſſe igitur bene habentem fabulam ſimplicem eſſe potius quàm duplicem, quemadmodum non nulli aiunt: & mutari non in ſelicitatem ex infelicitate, ſed contra ex ſelicitate in infelicitatem: non propter prauitatem, verum propter peccatũ magnum, vel qualis dictum eſt, vel melioris potius, quàm deterioris. Signum autem eſt & id, quod fit: antea quidẽ enim poetæ quaslibet fabulas enumerabant: nunc autem circa paucas domos pulcherrimæ tragœdiæ componuntur. Ceu circa Alcmæonem, & Oedipum, & Oreſtem, & Meleagrum, & Thyeſtem, & Telephum, & quibuſcunque alijs contigit aut perpeſſos ipſos eſſe atrocia mala, aut feciſſe. Pulcherrima igitur tragœdia ſecundum artem ex hac conſtitutione fit. Quare & qui inſimulant Euripidem in eadem re, peccant, quod hoc facit in tragœdijs, & multæ ipſius in infelicitatem deſinunt: hoc enim eſt, quemadmodum dictum eſt, rectum. Signum autem maximũ: in ſcenis enim & certaminibus maxime tragicæ huiuſcemodi apparent, ſi euentum bonum habuerint. Et Euripides, & ſi alio-

G qui non bene texit, verunta-
men maxime tragicus vtiq; poetarū
apparet. Secunda autem, quæ
prima dicta est à non nullis, est
constitutio, dupliceꝫ constitu-
tionem habens, quemadmodū
Odyssea,& definit cōtrario mo-
do melioribus & peioribus: vi-
detur autem esse prima propter
imbecillitatē theatrorum: com
tantur enim poetæ, morem ge-
rentes spectatoribus. est autem
nō hæc à tragœdia voluptas: sed
potius comœdię propria: illic.n.
H si sunt, inimicissimi, qui extite-
rint ſ fabula, ceu Orestes, & Ae-
gisthus, amici facti in fine exeūt,
& moritur nullus ab vllo. Licet
quidem igitur formidolosum &
miserabile ex apparatu nasci, li-
cet autem & ex ipsa constitutio-
ne rerum: quod quidē est prius
& poetæ melioris: oportet enim
& quamuis non videat, sic con-
stitutam esse fabulam, vt qui au
dit res q̄ fiūt, & horreat & mise-
I ricordia moueat ex ijs, quę con
tingunt: in quos affectus cadat
ille, qui Oedipi fabulam audit:
Ope autem apparatus hoc confi
cere, artificiꝫ magis expers est, &
magnos sumptus requirit. Qui
autem nō formidolosum ope ap
paratus, sed monstruosum tan-
tum moliuntur, communionem
nullam habent cum tragœdia:
non enim omnem oportet quæ-
rere voluptatem è tragœdia, sed
suam propriamꝫ. Quia autem
quæ à misericordia & metu per
mitationē nascitur oportet vo-
luptatem fabricare poetam, ma- K
nifestum, quod hoc decet in re-
bus inferere. Qualia igitur atro
cia, vel qualia miserabilia appa-
rent eorum, quæ contingunt, ca-
piamus. Necesse autem aut ami
corum esse inter se huiuscemodi
actiones, aut inimicorū, aut neu-
trorum. Si quidem igitur inimi-
cus inimicum inter fecerit, nihil
miserabile neq; faciens, neq; fa-
cturus, ostendit: præterquam in
ipso illo malo: neq; rursus neu-
tro modo habentes. Quotiescun
que autem in necessitudinibus L
extiterint hæc mala: Ceu vel fra
ter fratrem, vel filius patrem: vel
mater filium, vel filius matrem
interfecerit, aut interfecturus fue
rit, aut huiuscemodi aliqd aliud
facit, hæc quærendum est. Acce-
ptas quidem igitur fabulas sol-
uere non licet. Dico autem, ceu
Clytæmnestram necatā ab Ore-
ste: & Eriphylem ab Alcmęone:
ipsum autem inuenire oportet,
& traditis vti recte. Recte autē
quid dicimus, exponamus aper M
tius: licet quidem enim sic fieri
factum, quemadmodum anti-
qui faciebant, intelligentes ac
cognoscentes: veluti & Euripi-
des fecit interficientem filios Mè
deam. Licet etiam agere qui-
dem: ignorantes autem facere fa
cinus atrox: deinde postea agno
scere amicitiam, quemadmodū
Sophoclis Oedipus: hoc quidem
igitur extra fabulam est: in ipsa
autem tragœdia, ceu Alcmæon
Astydamantis, vel Telegonus in

Vlisse

A Vliſſe vulnerato. Adhuc autem tertium præter hæc, eum qui facere debebat ſ̃guum facinus propter ignorantiã, agnouiſſe prius q̃ faceret: & præter hæc non licet aliter: Aut enim facere oportet, aut non: & ſcientes, aut non ſciẽtes. Horum autem cognoſcentem quidem facturum fuiſſe & non feciſſe, peſſimum: immane namq; in ſe habet, & non eſt tragicum: vacuum enim eſt ab eo, quod vocatur τὸ δεινόν. Quapropter nemo facit ſimiliter, niſi raro. Ceu in Antigona Creontem
B Aemon: egiſſe enim ſecundũ eſt. Melius autem imprudẽtem quidem egiſſe: cum egerit autem agnouiſſe: immane enim non adeſt, & agnitio ſtuporem gignit. Optimum autem eſt poſtremum. Dico autem, ceu in Creſponte Merope parata erat filium interficere: non interfecit autem, ſed agnouit. & in Iphigenia ſoror fratrem: & in Helle filius matrẽ dediturus agnouit.
C Propter hoc enim, quod ſanè iã pridem dictũ eſt, non circa multas familias tragœdiæ ſunt: quærentes enim, non ab arte, ſed à caſu, inuenerunt huiuſcemodi contingere in fabulis. Coguntur igitur ad has domos occurrere, qui buſcũq; huiuſcemodi caſus atroces contigere. De conſtitutione quidem igitur rerum, & quales quaſdã eſſe oportet fabulas, dictũ eſt ſatis.

De Moribus. Cap. 12. D

CIrca autem mores, quatuor ſunt, quæ oportet ſibi proponere. Vnũ quidẽ ac primum, vt boni ſint. Habebit autem mores quidem, ſi, quẽ admodum dictũ eſt. fecerit manifeſtam oratio vel factum, electionem quandam: malos quidem, ſi malam: bonos autem ſi bonam. eſt autem ſingulis in generibus: etenim mulier eſt bona & ſeruus: & ſi fortaſſe horũ E hoc quidem deterius: hoc autẽ omnino malum eſt. Secundum autem conueniẽtes: eſt enim fortis quidem ſdoles ac natura, ſed non cõueniens mulieri fortẽ vel acrem eſſe. Tertium autem ſimiles: hoc enim diuerſum ab eo, quod eſt, probos mores & cõuenientes fingere, quemadmodum dictum eſt. Quartum autem æquabiles: quamuis enim inæquabilis quidam fuerit, qui præbet imitationem: taliq; in- F dole ac moribus fictus ſit: tamen æquabiliter inequabilẽ oportet eſſe. Eſt aũt exẽplum improbitatis quidẽ morũ, nõ neceſſarium, Ceu Menelaus ſ Oreſte. Ei⁹ vero, q̃d nõ deceat & nõ cõueniat ſibi ipſi, & lamẽtatio Vliſſis ſ Scyl la & Menalippę diſputatio. Morũ aũt ingẽq̃liũ, Iphigenia in Aulide: nullã.n. in partẽ ſimilis eſt ea, q̃ ſuppliciter orat poſteriori. Oportet aũt & in moribus, quẽ admodũ & in rerũ cõſtitutione, ſemp̃ quærere vel neceſſariũ, vel veriſimile, adeo vt talẽ talia di-

G cere vel agere, vel neceſſarium, velveriſimile ſit:& hoc poſt hoc fieri vel neceſſarium, vel veriſimile. Manifeſtum igitur, quod & ſolutiones fabularum ex ipſa oportet fabula cõtingere: & nõ, quẽadmodum in Medea, à machina:& in Iliade, ea, quæ pertinent ad renauigationem. Sed machina vtẽdum eſt ad ea, quæ ſunt extra drama: ſiue quæcũq; antea facta fuere, quæ fieri non H poteſt vt homo ſciat: ſiue quæcunq; poſtea, quæ egent prædictione ac ſignificatione: omnia enim tribuimus diis videre. abſurdum autẽ nihil eſſe in rebus. Si non,extra tragœdiam. ceu qđ eſt in Oedipo Sophoclis. Quia autem imitatio eſt tragœdia melio rum. nos oportet imitari bonos formarum expreſſores: etenim illi,cum tribuerint ſuã, propriamq; formam, ſimiles facientes,pulchriores pingunt. Sic & poetam imitantem & iracũdos & inertes. & alia huiuſcemodi I habentes in moribus, tales exiſtentes, probitatis facere exemplam, vel duritiæ oportet. Ceu Achillem Agathõ & Homerus. Hæc,iam oportet ſeruare,& præter hæc,ea, quæ à ſenſibus, qui ex neceſſitate conſequuntur poeticam:etenim ſecundum ipſos,licet peccare ſæpe. Dictũ aũt eſt de ipſis in editis ſermonibus ſatis.

De agnitionum ſpecibus. Cap. 13.

AGnitio autem quid quidem eſt, dictũ eſt prius: ſpecies autem agnitionis prima quidem,quę maximè eſt K expers artis:& quæ plurimi vtũtur propter penuriam, ea quæ p ſigna:Horum autem,hæc quidẽ innata, vt lanceam, quam ferũt è terra nati:aut ſtellas, quales in Thyeſte Carcinus. Hæc autem aduenticia. & horum hæc quidem in corpore, vt ſunt cicatrices:hæc autem extra,monilia:& vt in Tyrone per cunam. Licet autem & his vti vel melius, vel deterius, ceu Vlyſſes per cicatricem aliter agnitus eſt à nutrice, & aliter à ſubulcis: ſunt enim q̃ L fidei faciendę cauſa adhibentur, magis artis expertes:& huiuſcemodi omnes. Quæ vero repenti no quodam caſu, vt quæ in Nipteis, meliores. Secundæ autem, quæ factæ ſunt à poeta:quare expertes artis. Ceu Oreſtes in Iphigenia agnouit ſororem, agnitus ab ipſa: illa quidẽ enim per epiſtolam:ille vero

Hæc igitur ipſe dicit, quæ vult poeta,ſed non fabula. Quare prope dictum peccatum eſt:licebat enim quædam & portare. M & in Sophoclis Tereo radij vox. Tertia,quæ per memoriam, ſentire aliquid videntem:quemadmodũ quæ in Cipriis Dicæogenis: cum enim vidiſſet picturã, luxit:& quæ in Alcini narratione: audiens enim citharœdum & recordatus,lacrimauit. Vnde agnitus eſt. Quarta autem eſt,q̃ ex ſyllogiſmo, ceu in Choephoris, quod ſimilis quidam venit: ſimilis aũt nullus præterq̃ Oreſtes:

A ſtet: hic igitur venit. Et agnitio Polyidis ſophiſtæ de Iphigenia: veriſimile nanq; Oreſtem rationem hanc ſubduxiſſe, quod ſoror imolata eſt, & ipſi contingit imolari. & ſi Theodectis Tydeo: quod cum veniſſet vt filium inuenturus, ipſe periit: Et quæ in Phiniſin: cum enim vidiſſent locum, rationem fati ſubduxerũt: quod in hoc fato editum fuerat ipſis mori debere: etenim expoſitæ hic fuere. Eſt autem quædam & cõpoſita ex paralogiſmo theatri, vt in Vlyſſe falſo nuntio: hic
B quidem enim arcum inquit futurum vt cognoſcat, quem non viderat: hic autem vt per illum agnituro: per hoc fecit paralogiſmum. Omnium autem optima agnitio eſt, quæ ex ipſis rebꝰ, cõſternatione nata per veriſimilia. Ceu ea quæ in Sophoclis Oedipo, & Iphigenia; veriſimile.n. velle dare literas: huiuſcemodi enim ſolæ, ſine factis ſignis, &
C monilibus. Secundæ vero, quæ ex ſyllogiſmo conſtant.

Quo pacto decorum ſit in ipſis fabulis obſeruandum. Cap. 14.

Oportet autem fabulas cõſtituere, & oratione confícere, q̃ maxime añ oculos ſibi ponentem: ſic enim vtiq; euidentiſſime cernens, tãquam rebus ipſis præſens adfuerit, cũ gerebãtur, inueniret id quod decet: & minime ipſum fefellerint ea quæ ſub contraria ſunt.

Signum autem huius, quod reD prehenſionem afferebat Carcino: Amphiaraus.n. è fano exĩt, quod non videntem ſpectatorẽ fefellit: in ſcena autem lapſus, atque explo ſus eſt, ſtomachantibus hoc ſpectatoribus. Quæcũq; autem poſſibile & figũris conſtantem facere: maxime.n. apti ad perſuadendum ab eadem natura, qui in perturbationibꝰ ſũt. & fluctuare facit alium, qui ipſe fluctibus agitatur: & ad iram cõmouet, qui ira commotus eſt veE riſſime. Quare ingenioſi hominis poetica eſt, aut furioſi: horũ enim hi quidem facile formantur: hi autem facti ſunt ad inquirendum.

Conſtitutos ſermones prius in vniuerſum, eſſe explicandos, poſtmodum Epiſodia legitime conſtituenda. Cap. 15.

HOsq; ſermones & factos oportet, & ipſum facientem, exponere vniuerſe: F deinde ſic epiſodia inſerere & producere. Dico autem ſic vtiq; ſpectari, quod vniuerſum eſt. ceu Iphigeniæ. Cum imolata eſſet quædam virgo, ſublataq; foret è medio, ita vt qui imolauerant, uidere non potuerint: eademq; cõportata in aliam regionem eſſet, in qua lex erat hoſpites imolare deæ, hoc nacta eſt ſacerdotium. Sequenti autem tempore fratri contigit eò venire, ſacrorum eorum cauſa. cur? quia reſponſum dedit deus, quandam ob cauſã quę extra vniuerſum, venire

G & quod vtiq; vt conſequeretur, extra fabulam eſt. Cum veniſſet vero & captus foret, immolari debens, agnouit: ſiue vt Euripides, ſiue vt Polyides fecit. vt veriſimile erat dicens. Quod profecto non ſolum ſororem, ſed & ipſum oportuit immolari, & hinc ſalus. Poſt hæc autem, cum iam ſuppoſuerit nomina: epiſodia inſerere: quomodo autē erunt ſua propriaq; illarum rerum, epiſodia videre. Ceu in Oreſte inſania, per quam captus eſt, & ſalus H per expiationem. In dramatibus igitur epiſodia conciſa: epopœia autē his producitur. Odyſſeæ namq; longum argumētum eſt, Peregrinantis cuiuſdam annos multos, & obſeruati à Neptuno, & ſolius exiſtentis. Adhuc autem domeſticis rebus ſic ſe habentibus, vt fortunæ ipſius à procis abſumerentur: & filius inſidijs appeteretur. ipſe autem venit tempeſtatibus vexatus, & cum agnouiſſet quoſdam, ipſis imponens, ipſe quidem conſer- I uatus eſt: inimicos autem perdidit. Proprium quidem igitur hoc eſt: alia autem, epiſodia.

De connexione, ſolutioneq; fabulæ. Cap. 16.

ESt autem omnis tragœdiæ hoc quidem, nexus: hoc autem, ſolutio. Ea quidem quæ extrinſecus, ac non nulla eorum, quæ intrinſecus, ſæpe ſunt colligatio, reliquum autē eſt diſſolutio. Dico autem colligatio K nem quidē eſſe eam, quæ à principio eſt, vſque ad hanc partem, quæ poſtrema eſt, ex qua tranſit in res ſecundas. diſſolutionē autem, quæ eſt à principio tranſitus vſq; ad finem, quemadmodum in Lynceo Theodectis, nexus ſunt ea omnia, quæ ante geſta ſunt, & pueri ſumptio: diſſolutio autem à loco illo, quo cauſa mortis obijcitur vſq; ad finem.

De quatuor tragœdiæ generibus, quæ pa- L ſtio tragœdia appellanda ſit una, vel diuerſa, ac de tuendo epiſodiorum contextu in ipſa tragœdia. Cap. 17.

TRagœdiæ autem ſpecies ſunt quatuor: tot enim & partes dictæ ſunt: hęc quidem perplexa: cuius totum eſt peripetia & agnitio: hæc autem pathetica. Ceu Aiaces & Ixiones: hæc autem morata, ut Phtiotides, & Peleus. Quartum autē, M vt Phorcides, & Prometheus, & quæcunq; apud inferos. Præcipue quidem igit omnia oportet conari habere: ſin autem, maxima & plurima: præſertim & vt nunc criminantur poetas: cū enim extiterint vnaquæq; I parte boni poetæ, ſingulos proprio in bono poſtulant vnum ſuperare. (Iuſtum autem & tragœdiā aliam & eandē dicere nihil fortaſſe ob fabulam: Hoc autem, quarum eadem plicatio & ſolu-

tio.

A tio. Multi autem, qui complica
runt bene, ſoluunt male: oportet
autem ambo ſemper cum plau-
ſu excipi. Oportet autem, quod
dictum eſt ſæpe, recordari: & nō
facere epopœicam coagmenta-
tionem tragœdiam: epopœicam
autem dico, quę eſt multarum
fabularum: vt ſi quis Iliadis to-
tam facit fabulam: illic quidem
enim propter longitudinem ca-
piunt partes conuenientem ma-
gnitudinem: in dramatibus ve-
ro multum præter exiſtimatio-
B nem euenit. Signum autem, qui
cunq; expugnationem Ilij totam
fecerunt, & non particulatim:
quēadmodum Euripides Nio-
bem, & non quemadmodū Aeſ-
chylus, vel labuntur, vel male
certant. Siquidem & Agathon
la pſus eſt in hoc vno: in peripe-
tijs autem & ſimplicibus rebus
aſſequuntur, quæ volunt admi-
rabiliter, tragicum enim hoc &
acceptum hominibus. Eſt autē
hoc quando ſapiens quidē, cum
improbitate autē, deceptus fue-
C rit: quemadmodum Siſyphus:
& fortis quidem, iniuſtus autē,
ſuperatus in pugna ſit: eſt autem
hoc veriſimile, quemadmodum
Agathon dicit: veriſimile.n. ſieri
multa & contra veriſimile.

De Choro. Cap. 18.

ET chorum aūt vnum opor
tet exiſtimare hiſtrionum,
& partē eſſe totius, & vna
contendere: non quemadmodū
apud Euripidem, ſed quēadmo
dum apud Sophoclem. Reliquis

autem, quæ dantur plus fabula, D
vel alia tragœdia ſunt. Quare
embolima canunt. cum Agathō
primus principium dederit hu-
iuſcemodi rei. Atqui quid diſ-
fert vel embolima canere, vel di
ſputationem ex alio in aliud ac-
cōmodare, vel epiſodium totū.

De Sententia. Cap. 19.

DE alijs quidem igitur iā
dictum eſt: reliquum au-
tem de locutione vel ſen-
tentia dicere. Quæ quidem igi-
tur circa ſententiam in libris de
arte dicēdi poſita ſint: hoc enim E
proprium magis illius rationis
ac viæ. Sunt autē ſecundum ſen-
tentiam hæc, quæcunq; ab ora-
tione oportet comparari: partes
autem horum demonſtrare, &
ſoluere, & affectus excitare: Ceu
miſericordiam, vel metum, vel
iram: & quæcunq; huiuſcemo-
di: & præterea magnitudinem
& paruitatem. Perſpicuum autē
quod & in rebus ab ijſdem for-
mis oportet vti, quando vel mi-
ſerabiles, vel acerbas, vel ma-
gnas, vel veriſimiles oportuerit F
conficere: niſi quod tantum diſ-
crepant, quod hęc quidem opor
tet apparere ſine doctrina: quæ
autem in oratione, ab dicente cō
parari, & ab oratione fieri: quod
enim vtiq; eſſet dicentis opus, ſi
apparerent iucunda, & non pro
pter orationem.

De dictione, eius partibus, ac partium ſpecie-bus. Cap. 20.

EORum aūt, quę circa locutio
nē: vna quidem ſpēs eſt ani-

G maduerſionis figuræ locutionis, quas percepiſſe eſt hiſtrionicæ, & eius, qui huiuſcemodi habet architectonicam. ceu quid mandatũ eſt, & quid preces, & narratio, & minæ, & interrogatio, & reſponſio, & ſi quid aliud huiuſcemodi : ab cognitione enim vel inſcitia harum rerum nulla in poeticam artem reprehenſio affertur, quæ quidem alicuius pretũ ſit: Quid enim aliquis exiſtimet vitioſe tractata eſſe ea, q̃

H Protagoras accuſat, quod cum putet precari, præcipit, vbi dixit. Iram cane dea: iubere enim inquit aliquid facere aut nõ, præceptio eſt. Quare omittatur, vt alius, & non poeticæ artis, conſideratio. Locutionis autem omnis hæ ſunt partes, elementum, ſyllaba, conjunctio, nomen, verbum, articulus, caſus, oratio. Elementum quidem igitur eſt vox indiuidua: nõ omnis autem, ſed ex qua natura fit, vt naſcatur intelligibilis vox : etenim beluarum ſunt indiuiduæ voces, quarum nullam dico elementum.

I Huius autem partes, vocale q̃ & ſemiuocale, & mutum. eſt autẽ vocale quidem, quod ſine ictu habet vocem, quę audiri poteſt, ceu α, & ω. Semiuocale autem, quod cũ ictu habet vocem, quæ audiri poteſt, vt σ, & ρ. Mutum autem, quod cum ictu per ſe quidem nullam habet vocem: cum his autem, quæ habent aliquam vocem, efficitur huiuſcemodi, vt ea audiri poſſit. ceu γ, & δ. Hæc autem differunt inter ſe figuris K oris, & locis, & craſſitudine & tenuitate, & longitudine & breuitate. Adhuc autem acumine, & grauitate & medio. De quibus ſingillatim in metricis conuenit contemplari. Syllaba autem eſt vox, quę nihil ſignificat, compoſita è muto & vocem habente: etenim γρ, abſque α, ſyllaba eſt, & cum α. Ceu γρα: ſed & horum contemplari differentias metricæ eſt. Coniunctio autem eſt vox nihil ſignificans: L quæ neque vetat, neque facit vocem vnam ſignificatiuam, ex pluribus vocibus aptam componi, & in extremis & in medio, niſi congruerit in principio orationis ponere per ſe. Ceu μέν, ἤτοι, δή, vel: vox nihil ſignificans: quæ ex pluribus quidem vocibus vna, ſignificatiuis autem, facere apta eſt vnam vocem. Articulus autem eſt vox nihil ſignificans, quæ orationis principium aut finem, aut diſtinctionem indicat, vt τὸ ἐπεὶ, M & τὰ ἀμφί, & reliqua: vel vox nihil ſignificans, quæ neque prohibet, neque efficit vocem vnam ſignificatiuam, ex pluribus vocibus natura aptam componi: & in extremis & in medio. Nomen autem eſt vox compoſita, ſignificatiua ſine tempore, cuius pars nulla eſt per ſe ſignificatiua: in duplicibus enim non vtimur, vt & ipſum per ſe ſignificat. Ceu in Theodoro. illud doron non ſignificat.

Verbum

A Verbū aūt, vox cōpoſita ſignifi-
catiua cū tpe, cuius nulla pars ſi-
gnificat per ſe, quēadmodum &
in noībus. Hoc quidē. n. hō, vel
albū, nō ſignificant qñ. Hoc aūt,
ambulat aut ambulauit, adſigni
ficat: alterū quidem preſens tps:
alterū vero ꝓteritū. Caſus aūt eſt
noīs, vel verbi: hic quidē ſm id
qđ eſt huius, vel huic ſignificās,
& quæcunq; huiuſcemodi: hic
aūt ſm quod vni vel multis. ceu
homines vel homo: hic vero ſm
ea, quæ ad geſtus pertinent, vt ꝓ
B interrogationem vel præceptio
nem: ambulauit. n. vel ambulat,
caſus verbi ſm has ſpecies eſt.
Oratio aūt, vox cōpoſita, ſignifi
catiua: cuius quædam partes ꝓ
ſe ſignificant aliquid: non. n. oīs
oratio ex verbis & noībus con-
ſtat. Ceu hoīs definitio, ſed con-
tingit ſine verbis eſſe oīonem:
partem ſanè ſemp quampiam ſi
gnificantē habebit. Ceu in illo
ambulat Cleon, Cleon. Vna au
tem eſt oratio, dupſr: aut. n. quæ
vnum ſignificat, aut quæ ex plu
C ribus coniunctione fit. Ceu Ilias
quidem, cōiunctione, vna. Hoīs
verō ratio, quod vnū ſignificet.
Noīs aūt ſpecies: hæc quidē ſim
plex (ſimplicem autē dico, quæ
non ex ſignificantibus conſtat)
hæc aūt duplex: Huius aūt, hæc
quidem ex ſignificante & ſigni
ficatu carente: hæc aūt ex ſignifi
cantibus conſtat, eſſet aūt & tri-
plex & quadruplex nomen, &
multiplex. ceu multa Megalogo
ſum, Hermocaicoxanthus. Oē
aūt nomen eſt vel ꝓpriū, vel lin D
gua, vel translatio, vel ornamen
tum, vel factū, vel porrectū, vel
ſubtractum, vel immutatū. Di-
co aūt ꝓprium quidē, quo vtun
tur ſinguli: lſguā aūt, quo diuer-
ſi. Quare perſpicuum, qđ & lin
guā & propriū eſſe poſſe idem:
non ñſdem autē ϛίγωνον. n. Cy-
prīs quidē propriū: nobis autē
lingua. Translatio aūt eſt noīs
alieni inlatio, vel á genere ad ſpe
ciem: vel á ſpecie ad genus: vel á
ſpecie ad ſpēm, vel ex analogia.
Dico aūt á genere quidē ad ſpe- E
ciem. Ceu, Nauis aūt mihi hæc
ſtetit: in ſtatione. n. eſſe, quoddā
ſtare eſt. A ſpecie aūt ad genus.
Certe iam decem milia Vlyſſes
bona fecit: decem milia. n. mul-
tum eſt, quo nunc ꝓ multo vſus
eſt. A ſpē aūt ad ſpēm. Ceu Aere
aſum cū hauſiſſet. Incidit īdefeſ
ſo ære: hic. n. haurire ꝓ incidere:
& ſcidere ꝓ haurire ingt: ambo
n. auferre quiddam ſunt. Ana-
logia cōſtare dico, cum ſiſt ſe ha
bueriꝫ ſm ad primū: & quartū F
ad tertium: dicet. n. ꝓ ſcđo quar
tum, vel ꝓ quarto ſcđm; & qñq;
adponūt pro quo dicit, ad quod
eſt. Dico aūt, ceu. Siſt ſe hēt pocu
lum ad Bacchum, & clipeus ad
Martem. Dicet igiť & clipeū, po
culū Martis: & poculū, clipeum
Bacchi. Præterea ſiſt ſe habet ve
ſper ad diē, & ſenectus ad vitā.
Dicet igiť veſperū, ſenectutem
diei: & ſenectutē, veſperū vitæ:
vel, quēadmodū Empedocles,
occaſum vitæ. Quibuſdam aūt

non

G non eſt nomē poſitū eorū, quæ ꝓportione ſibi rīdent: ſed nihilominus ſiſr dicetur. Ceu hoc, ſemen quidē iacere, ſerere: ſlāmā verō à ſole, noſe caret: vꝝrū ſiſr ſe habet hoc ad ſolē, & ſerere ad ſemen. Quare dictum eſt Serens à deo conditā flāmā. Licet autē modo hoc trāslationis vti & alterꝰcum appellauerit, qđ alienū eſt, negare quippiam eorū, quæ propria ſunt, ceu ſi clipeū dicat poculum, non Martis, ſed ſine vino. Factum aūt eſt, qđ oīno nō appellatū ab aliquibus, ipſe ponit poeta: vīr. n. aliqua eſſe huiuſcemodi. Ceu cornua ἱερυγαϛ & ſacerdotē ἀἰητῆρα. Porrectū aūt eſt, vel ſubtractū: hoc quidē, ſi vocali longiore vſum fuerit ꝛ̄ ſua ſit ac propria: vel ſyllaba inculcata: hoc aūt ſi ſublatum fuerit quippiam vel ab ipſo, vel ab eo, qđ inculcatū eſt. Porrectū qdē vt πόλεως πόληος. & πηλεΐδου, πηληιάδεω. Sublatū autē. Ceu κρὶ & δῶ. & μία γίνεται ἀμφοτέρων ὁ↓. Immutatum eſt, qñ noſati: hoc quidem reliquerit: hoc aūt fecerit. Ceu δεξίτερον κατα μαζὸν, pro δεξιὸν. Adhuc ipſorū vtiq; noīum, hæc quidē virilia: hęc aūt muliebria hæc aūt media. Virilia quidem, quæcunq; deſinūt in ν, & ρ· & ϛ cunq; è quopiā mutorū elementorū conſtāt: hæc aūt ſunt duo ↓ & ξ. Muliebria aūt quæcunq; è vocalibꝰ & in ſemp longā. Ceu in η, & ω: & eorū, quæ producūtur in α. quapropter æqua contingit multitudīne in quot viri H lia & muliebria, ↓, enim & ξ eadem ſunt. In mutum aūt elementum nullum nomē deſinit: neq; I vocale breue. in ι aūt tria ſola. μέλι, κόμμι, πίπερι In υ autem quinq; πῶυ, ταρυ, γάνυ, δόρυ, ἄϛυ. Media aūt in hæc, & ρ, & ϛ.

De Dictionis uirtute. Cap. 21.

LOcutionis aūt virtus, ap- tam & nō humilem eſſe. Apertiſſima quidē igitur eſt ea, quæ ex ꝓpriis noībus, ſed humilis. Exēplū aūt Cleophontis poēlis, & Stheneli. grādis autē & immutans vulgarē rōnem quæ peregrinorū ſpeciem habē tibus vtit. peregrinorū aūt ſimilia dico linguam, & translationem, & productionē, & oē, qđ præter proprium. Verū ſiquis ſimul oīa huiuſcemodi fecerit, vel ɠnigma erit, vel barbariſmꝰ. Siquidem igitur è translationibus, ænigma: ſi aūt è linguis, & barbariſmꝰ: ænigmatis. n. forma hæc eſt, dicentem quę inſunt, im- M poſſibilia copulare. Per cōpoſitionē quidē igiť noīum non dat facultas hoc facere: per translationē aūt, contingit. Ceu. Virum vidi igne æs ſuper viro glutinātē: & huiuſcemodi. è linguis aūt barbariſmꝰ. Quare temperatur aliquo modo his. Non populare quidem igiť faciet, neq; humile lingua & trāslatio & ornamētū, & aliæ dictæ formæ: propriū aūt, claritudinē. Non minimam aūt partem cōferunt, vt locutio L

aperta

